

Universitätsbibliothek Wuppertal

Totius Latinitatis lexicon

secundum tertiam editionem, ..., correctum et auctum labore variorum

Forcellini, Egidio

Schneebergae, 1831

A

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1615)

A

A littera prima est alphabeti in omnibus linguis. *Insuavissimam litteram* ob sonum vocat Cic. Or. 49. [Is dicit: Proximus (versus) inquinatus insuavissima littera (finitus): *Frugifera et ferta arva Asiae tenet*. Sed hic nec litt. T, ut putat *Gesnerus* propter finitum, quod *Schütz* delevit et in sonitu mutandum putavit, nec S, ut alii, nec A, utpote quae omnium prima facillime exprimitur ab infantibus, et, ut ait *Martianus Capella*, sub hiatu oris congruo solo spiritu memoretur, sed litt. R, quae ob asperitatem vulgo canina appellatur, intelligendam esse apparet. F. *Ceterum quod idem *Mart. V. p. 167*. improbat frequentiore huius litterae usum, credibile est, Romanos tantum afuisse, ut a conjungendis propter frequentiore vocalem verbis ubique abstinerent, ut interdum de industria quaerent ad rem amplam et grandem ipso verborum sono exprimentam.] P Interdum est litt. numeralis, quae quingenta designat, ut ceterae alphabeti litt. alios numeros, de quibus suis locis. V. antiquum codicem de Notis numerorum adjectum *Probo p. 1683*. *Putsch*. Porro eidem litterae A si recta linea superaddatur, quinque millia significat. P A puncto postposito praenomen significat, ut A. *Caecina*, *Aulus Caecina*. [*In Cic. *Tusc. qu. persona*, quae litt. A designatur, est *Auditor*. Sic rectius *Turneb. Lambino*, qui *Adolescentem*, aut *Lactant.*, qui *Dir. inst. 1, 15*. *Atticum* designari putat.] P A item, sicut reliquae litterae, ponitur interdum sola pro tota dictione, cuius est initium, ut A. A. Auro, Argentio, Aere. [*v. *Triumvir*.] P Sed multa praeterea significare potest sive sola est, sive aliis litteris adjecta, ut est apud *Ursatum de Notis Roman.* Illud tamen hoc loco omittendum non est, A. in iudiciis usurpatam fuisse pro *Absolvo*. Itaque *Ascon. in Cic. *Divin. 7**. In causis majoribus, inquit, universi iudices in cistam tabulas coniciebant suas, easque insculptas litteras habentes A. *Absolutionis*, C. *Condemnationis*, N. L. *Ampliationis*. Quae de re latius *Brisson. de form. 5. n. 214*. [*cf. *Ascon. ad Ferr. 2, 1, 9*.] Hinc dicitur *littera salutaris* a Cic. *Mil. 6*, C. vero *tristis*. In Comitibus autem legum, in quibus suae cuique de populo tabellae tradebantur insculptas litteras habentes A. et U. R., A. Antiquo, h. e. *respuo*, *abrogo*, et U. R. Uti rogas, h. e. *consentio*, *approbo* significabant.

A, AB, ABS, praepositiones, quae cum sexto casu adhibentur, Graece ἀπό. [*unde factum ab. Vid. *Schneid. gr. lat. 1. p. 217*.] Significatione nihil differunt, differunt autem solummodo in modo adiciendi. A enim adicitur iis vocibus tantum, quae incipiunt a consonante, ut a Pompejo, a milite; Abs iis fere, quae incipiunt a litteris T et Q, ut abs te, abs quolibet. *Ter. Andr. 1, 5, 56*. et *Ad. 2, 3, 1*. Ab plerumque iis, quae incipiunt a vocali, aliquando tamen etiam a consonante incipientibus, ut ab re apud *Lic. 1, 17*. [*At hoc latius patet. V. *Rudd. inst. lat. gr. II. p. 337*. *Tursell. d. part. h. v. Ab* non dubium est quin fere ante omnes consonantes dictum sit. Qua in re primum *Codd. audiendi sunt* (v. *Bentl. ad Hor. Od. 3, 5, 43*, 16, 22. *Epod. 17, 24*.) quamquam librarios, regularum tenaces, saepe ab in a mutasse credibile est (*Oud. ad Hirt. B. A. 25*). Tum suam quemque scriptorem hac in re rationem secutum esse illud ostendit, quod *Livius* prae ceteris ab amare videtur. Porro aurium iudicio permultum tribuisse veteres certum est, ex quo genere illud est, quod *Cicero* scribere solet ea ab, ista ab et similia simili modo, non ea a etc. de quo dicit *Goer. ad Leg. 3, 16, 35*. *Ac. 1, 2, 8*. cf. *Gernh. ad Off. 1, 19, 63*. *Nep. Dion. 1*. multa alia ab natura. V. *Bremi*. Denique in quibusdam communis usus spectandus est, ut in illo, de quo praecipit Cic. Or. 47. loco memorabili, ubi tamen alii: una est praepos. ab, al. abs exhibent (cf. *Ramsh. gr. l. m. p. 284*). Sic porro non videntur dixisse ab te (*Goer. ad Fin. 5, 6, 75*), praetulisse vero ab re, sicubi id esset praeter rem. Ferunt igitur, ut paucis complectamur, formam asperiores consonantes c, (*Cic. R. P. 3, 8* ab Chrysippo) d (*Goer. ad Fin. 5, 1, 1*), f, g, l, m, n,

(*Gernh. l. c.*) q, v, z, imprimis j (*Burm. ad Oc. Fast. 1, 236*. *Gernh. l. l.*) r, s (*Goer. F. 2, 24, 78*. *Davis. ad Hirt. b. A. 25*) et t, respuunt fere b et p, quamquam huius quoque ex *Lic. (1, 53, 4, 32, 31, 25, 39, 2.)* et *Caes. (b. g. 6, 21.)* exempla afferuntur. Sed nullo modo probari posse videtur eorum sententia, qui etiam significatione differre ajunt ab et a, de quo v. *Ramsh. l. c.* Ei enim sententiae cum alia multa obstant, velut locorum, quos afferunt, nonnulli, tum hoc maxime adversatur, quod Romanos, graves et severos homines, in ejusmodi minutis, quarum fere omnis ratio ad aurium iudicium referri videatur et ad uniuscujusque scriptoris arbitrium, tantum momenti posuisse non facile demonstraveris. Ad *Caesarem*, ut unum certe locum afferamus, illi provocant b. c. 3, 10. conditiones pacis Romae ab Senatu et a populo peti debere. Enimvero ibi et *Codd. dissentiant* et *Caes. aures secutus a populo* videtur scripsisse; ceterum ne illud quidem spernendum, quod *Oud. b. g. 5, 34*. docet, *Caesarem* ita solere ab et a conjungere. Ut ut haec sunt, eum hoc modo in pace petenda majorem esse Senatus, quam populi auctoritatem indicare quis est qui erudat? P 2. [*Quae de vi praepos. in sqq. tradit *Forc.* sine ordine ex *Tursellino* aliisque sunt de prompta. Verum quum uniuscujusque particulae certa quaedam ac definita debeat esse ratio, quum ille non attulit, ea hic supplementum, ad quae singula illa videtur referri posse. Vera igitur praep. ratio haec est, ut id significet, a quo proficiscitur aliquid, ad quod tanquam ad originem (largoque sates *Curetas* ab imbre *Or. Met. 4, 282*), caput, fontem, causam aliquid pertinet et redit, et a quo tanquam initio proficiscimur in rebus spectandis (*Or. Met. 6, 316*. a facto propiore priora renarrant. *Caes. b. g. 1, 22*. cognoscere a. *Brut. ap. Cic. Fam. 11, 10*. a certo sensu iudicare). Hinc est, quod personam agentem et causam efficientem (ἀπό) ea partic. indicari dicunt Grammatici; hinc ubi de tempore sermo est, tempus illud sign., a quo initium alicui rei fit (*Hirt. b. g. 8, 1*. quum a superiore aestate nullum bellandi tempus intermisset); ubi de loco, terminum sign., a quo proficiscimur, ad quem reliquorum locorum ratio dirigitur; hinc illud quoque, quod sign. a parte (et *Caes. loquitur b. c. 1, 23*.) i. e. quod proficiscitur ab aliquo, et quod attinet ad, h. e. quod spectamus in iudicando. Ad haec quomodo singula sint applicanda, partim ipsi infra monstravimus, partim facile dijudicabitur.] A et Ab cum verbis passivis significant personam agentem, ut *Eratosthenes* a *Serapione* et ab *Hipparcho* reprehenditur *Cic. Att. 2, 6*. [*Qua cautione opus sit in ambiguis quibusdam locis, partim ipsorum lectorum iudicium, partim *Vorstius d. Lat. m. susp. c. 13*. alique Grammatici docebunt. Nos exempli causa afferimus *Val. Max. 2, 4*. *Atellani* ab *Oscis* (ex *Oscorum* populo) acciti sunt. Cf. *Caes. b. c. 1, 6*.] P 3. Significant remotionem quoque seu vacantem ab aliqua re, ut *vacatio a causis Cic. Leg. 1, 4*. [*cf. *Caes. b. c. 3, 25*. Sed in his, ubi vacationem sign. dicit *Forc.*, a potius sign. quod attinet ad. Sic *Ter. Ad. 5, 3, 44*. ab re-omissiores. *Ph. 2, 2, 26*. otiosus ab animo (cf. *Heaut. 1, 1, 23*). A culpa castae (i. e. liberae, et hinc castae) *Pl. Poen. 5, 4, 13*. *Cic. Att. 8, 14*. tempus mutum a litteris. Neque aliter expl. *inops*, *copiosus* a etc. de quibus suo dicitur loco. Sic infra n. 8. imparatus, firmus etc. Sic etiam ponitur, ubi non ab adject., sed a substant. et verbis pendet. *Cic. Brut. 63*. erat ab oratoribus quaedam in foro solitudo. *Att. 1, 1*. quum Romae a iudiciis forum refrixerit. *Rab. P. 10*. quorum impunitas fuit, non modo a iudicio, sed etiam a sermone. — Sed quod remotionem quoque sign. ait *Forc.*, per se apparet, eam rem, quae ab alia proficiscitur et quasi exit, quodammodo ab ea sejungi et removeri. *Or. Met. 3, 310*. eripitur ab alvo. cf. 7, 423. *Caes. b. c. 3, 33*. a fano tollere. *Oud. ad b. g. 1, 53*. Eo pertinet ab re (v. *mox*) et verborum c. hac praep. frequentissima copulatio, qualia sunt *separare*, *liberare*, *repellere*, *removere*, *prohibere*, *arcere* etc., et in quibus horum vis inest, defendere, munire, cu-

stodire, tutus etc. de quibus hic dicendi non est locus. Interim v. *Sanct. Min. 1. p. 559*. sqq. ubi magnus verbb. c. a junctorum recensetur numerus. Hinc conjungitur etiam cum verbb. *mutationem* et *diversitatem* sign. *Virg. A. 2, 274*. quantum mutatus ab illo Hectore. Inde dicitur *diversus*, *alienus*, *alius* ab i. q. *aliter atque*. V. *Rudd. II. p. 216*. *Mela 1, 9*. multo aliter a ceteris agunt, ubi tamen ac ceteri fuerunt quibus placeret. Huc denique nescimus an referendi sint comparativi c. hac partic. conjuncti, (ubi falso abundare putant praepos.) de quo egit *Salmas. ad Vopisc. Car. 19*. defendens illud *Varr. r. r. 1, 2*. inferior a dextra.] P 4. Significant aliquando praeter, ut ab re, *Suet. Aug. 94*. [**Pl. Trin. 2, 1, 17*. consulere ab re, opp. consulere in rem; v. *Lindem. et in Res.*] P 5. Item per, ut ab se cantat cuja sit, h. e. per se, sua sponte. *Pl. Rud. 2, 5, 21*. [*Eodem redeunt, quae n. 28. afferuntur. A et Per interdum in eadem sententia conjunguntur, ut *Cic. Fam. 3, 11, 9*. *Att. 9, 9*. v. *Rudd. II. p. 212*. Quae quomodo differant et quando promiscue usurpentur, nonnulla disputantur ap. *Sanct. I. p. 548*. sq. *Cic. Rosc. Am. 29*. Occidebantur per quos (quorum ope, ministerio, manu)? A quibus (quorum jussu)? Cf. *d. univ. 6*. per se et a se et pateretur et faceret omnia.] P 6. Cum adjunguntur verbis sto, sum, dico, [**Cic. Inv. 2, 48*. dicere a scripto. cf. id. *Her. 2, 6, 7, 27*. *Cluent. 34*.] facio, ago, [v. haec vv.] et similibus [**Sentire Pl. Rud. 4, 4, 56*.] idem significant ac facere, ut stare a mendacio *Cic. Inv. 1, 3*. [**Nep. Dat. 6*. Aliud est, quod *Acron* dicit ad *Hor. Od. 1, 9, 4*. flumina concreta a cursu suo stetit.] Critolaus erat ab Aristotele *Id. Or. 2, 38*. [**Proprie dicitur stare ab*, unde quae origo sit ejus locutionis, apparet. Nam a vicinia loci, quoniam ejusdem exercitus milites inter se vicini sunt, traducitur ad partes, quas defendimus, quibus favemus. Quod secundum exemplum affert *Forc.*, in eo praep., quis auctor fuerit illius disciplinae, significat (cf. *Tusc. 2, 3*. *Fin. 4, 3, 7*. ubi v. *Goer. Off. 3, 33*. ab *Aristippo* Cyrenaici i. e. *Aristippe*. *or. 4. Mur. 30*. ita gr. ἀπό). Sed commemorandum erat illud *Cic. d. Or. 1, 13, 55*. vide, ne hoc totum sit a me, i. e. meae faveat sententiae, et *Off. 2, 16, 56*. ipsaque illa delectatio multitudinis sit — eaque a levissimo quoque, i. e. in commodum levissimi cujusque. Aliter tamen istam formulam explicat *Müllerus*.] P 7. Ponuntur etiam ad significandam proximitatem et distantiam locorum. *Caes. b. g. 1, 49*. Passus sexcentos ab his castris. [*Notandum hic erat, quod *Caes. dicit b. g. 6, 7*. positus castris a milibus passuum XV. coll. 4, 22. ubi al. praep. omittunt.] P 8. A vel Ab pro eo quod dicimus: quod pertinet ad. *Cic. Att. 7, 15*. Sumus imparati cum a militibus, tum a pecunia. [*v. *Rudd. II. p. 264*. *Cort. ad Cic. Fam. 10, 8*. *Gernh. ad Off. 2, 6, 19*. Huc nescimus an non referendum sit, quod *Cic. dicit Fam. 5, 20*. a quo (i. e. ad quem quod attinet) mihi exploratum est — nihil eum fecisse etc. ubi *Ern. de placuit*. Nos per anacoluthiam dictum putamus, cum *Cic. pergere vellet: a quo — nihil factum esse*. Sed aperte huc pertinent *Pl. Aul. 2, 2, 9*. male valere a pecunia. *Curc. 1, 1, 51*. a me pudica est coll. *Ter. Hec. 1, 2, 70*. *Pl. Truc. 1, 1, 19*. periit ab animo et re. *Epid. 1, 2, 26*. ab animo aeger fui. *Caes. b. g. 7, 10*. ab re frumentaria laborare (quocum tamen conferre nolumus, quod ap. *Hor. ediderunt Sat. 1, 4, 26*. ab avaritia — laborat. *Plin. 30, 10*. laborare a frigore). *Pl. Cist. 1, 1, 51*. doleo ab animo — oculis. Addatur, quod id. paulo aliter dixit *Capt. 2, 3, 11*. tu tibi prodes a tuo ingenio, ubi v. *Lindem.* — Addimus hic locos, in quibus ab est a parte. *Cic. Mil. 35*. honori fuerit a civibus suis. *d. Or. 3, 35*. a ceteris silentium fuit, ubi tamen in al. praep. deest. *Vop. Avel. 42*. ab omnibus (prorsus) infelix. Quod ap. *Cic. Divin. 2, 21*. legitur: a nobilitate igitur periculum, *Markl. in nobilitati* mutandum censuit. (Differt certe hic locus ab illo *Ter. Heaut. 5, 2, 27*. a fame periculum). Huc porro refer illa: a patre, a matre, timere a, audire (bene) a et similia, de qui-

flatu noxio cassum et inane in spica evanescit quodam abortivo.

ABORTO, as, n. 1. abortum facere. Varr. R. R. 2, 4. Haram facere oportet ea altitudine abs terra, ne dum exilire velit (sus) praegnans, abortet. [Schneid. legendum probat abortiatur. F.] Usus est et Firmicus Math. 3, 7, 6.

ABORTUS, a, um, ἀπορῶντος, exortus. Stat. Th. 8, 32. Nec solitus sentire metus expavit aborta Sidera, jucundaque offensus luce profatur. Al. leg. oborta et sane rectius. Sic abortae lacrimae legitur a nonnullis in Liv. 1, 58. et 40, 8. extr. [*ubi v. Drak.] item in Ov. Met. 1, 350., sed abortae ubique retinendum.

ABORTUS, us, m. ἔρῳνα, fetus immature editus et mortuus. Cic. Att. 14, 20. Tertullae nollem abortum. [*Ter. Hec. 3, 3, 38. dicam abortum esse] Plin. 21, 18, 69. Feminis quidem abortus facere non dubitat, h. e. inferre. [*Abortum insidiae Plin. 30, 12, 44. De hoc v. Salm. l. c.] Plin. ep. 8, 10. Audies neptem tuam abortum fecisse, h. e. passam esse. P In arboribus dicitur, cum a prima origine degenerant, et infeliciter nec justa mensura proveniunt. Plin. 12, 2, 6. Namque et chamaeplatani vocantur coactae brevitatis: quoniam arborum etiam abortus invenimus. P Translate. Plin. proem. hist. nat. prope fin. Quoniam audio et Stoicos, et Dialecticos, Epicureos quoque parturire adversus libellos, quos de Grammatica edidi, et subinde abortus facere, etc. h. e. libros edere imperfectos. P Abortus et Aborsus quomodo differant V. ABORSUS, us. [*Manil. 1, 140. abortum pro occasu stellarum posuit.] P Abortum, i, n. 2. Ulp. Dig. 29, 2, 30. Mox abortum factum est. Paul. ex Festo: Abortum gravidae mulieris dicitur quod non sit tempore ortum. Glossae: Abortum, ἐρῳνα. [*v. Duk. de Lat. Ict. vet. p. 307.]

ABPATRŪS, i, m. frater abavi mei ex parte paterna, qui et patruus maximus dicitur. Caj. Dig. 38, 10, 3. et Paul. ibid. l. 10.

[ABRACADABRA, monstrum verbi, quod hemitritaeo depellendo chartae inscriptum, ita ut ordine retrogrado littera deficiat, et lino inclusum collo suspendere jubet Seren. Sammon. 52, 941. Inscriptis chartae quod dicitur Abracadabra, Saepius et subter repetis, sed detrahe summae. Et magis atque magis desint elementa figuris Singula, quae semper rapies, et cetera figes, Donec in angustum redigatur littera conum: His lino nexis collum redimere memento. Est ergo haec figura:

A b r a c a d a b r a
a b r a c a d a b r
a b r a c a d a b
a b r a c a d a
a b r a c a d
a b r a c a
a b r a c
a b r a
a b r
a b
a

Haec protulit Furl. C. Steph. Dict. hist. p. 8. ed. Lloyd. Voss. Op. V. p. 24. Virtue, Epit. pt. 2. p. 69. addidit Bail.]

ABRADO, dis, si, sum, a. 3. radendo demere, ἀπορῶν. Varr. L. L. 4, 31. Itaque homo in pratibus pro foeniscia eo (rastello) festucas abradit. [*Col. de arb. 10. acuta dolabra abradito] Plin. 6, 28, 32. Abradere barbam. Id. 17, 11, 15. Est innoxium abradi partes (radicum), quae se nudaverint. P Translate est auferre, demere. Plin. Pan. 37. Destrungi aliquid et abradi bonis, quae sanguine meruissent. [*Vid. ibi Schwarz. p. 148. et de alio Plin. ep. 2, 12. loco in Adrasus.] Cic. Caec. 7. Posteaquam videt, nihil se ab Caecina posse litium terrore abradere. [*cf. Ter. Phorm. 2, 2, 19.]

ABRAM, Abrae, m. אַבְרָם, nomen primi Patriarchae, Latine pater excelsus: qui postquam a Deo promissionem accepit, nasciturum ex gente sua Jesum Christum, Abraham, ahae אַבְרָהָם appellatus est, quod est pater multarum gentium. Genitivus Abrae legitur ap. Prud. Apoth. 441. et Abrahae ap. Tertull. adv. Marc. 4, 13. P Potest etiam Abraham tanquam indeclinabile usurpari, ut docet Charis. 1. p. 94. P Paenultima in Abraham a Christianis poetis modo corripitur, modo producitur. Tertull. (seu quicumque alius auctor est) in carn. adv. Marc. 3, 29. Est Abraham, cujus gnatos vos esse negatis. Prud. Apoth. 431. Eripit Abraham cum stirpe et gente fideli. P Si hebraicae vocalis quantitatem spectes, rectius producitur; quod praeter Prud. fecere etiam Arator Act. Apostol. 2, 283. et Sidon. ep. 7, 17. in carn.

ABRAMEUS, et Abramius, a, um, Ἀβραμῆος, ad Abram pertinens. Paulin. Nol. carn. 32, (al. 15.) 581. Aut illum gremio exceptum fovet Abramio.

ABRÁSOR. V. ABRROSOR.

ABRÁSUS, a, um, part. ab abrado, ἀπερῶντος, radendo ablatum. Cic. Rosc. C. 7. Supercilia penitus abrasa. Lucan. 6, 115. Abrasae fauces, h. e. esculentorum asperitate exulceratae.

ABRAXAS, ae, m. Ἀβραξας, nomen summi, omni-

potentis, et conditoris Dei, fictum a Basilide haeretico et ejus asseclis, sub quo Mithran, h. e. Solem, Gentilium numen, colebant. Hujus nominis litterae secundum Graecam supputationem conficiunt numerum CCCLXV. quo numero dies totius anni includuntur; totidemque caeli significantur, quot Basilides esse dicebat: qua de re v. Augustin. lib. de Haeresib. ad Quodvultdeum. Meminere hujus Dei etiam Tert. de Praescript. 46. et Hieron. in Abd. 1. et in Amos 3. [De hoc nomine docte disseruit P. E. Jablonskius Opusc. T. 4. p. 80. F. cf. Voss. in l. c. ad Abracadabra. Zoeg. d. Orig. et us. Obel. p. 203. et in Corrig. p. 646. Bail.]

ABRELICTUS, a, um, derelictus. Tert. adv. Jud. 1. Populus Judaeorum divinitate abrelieta simulacris fuit deditus.

*ABRENTATIO, i, q. renuntio, e. g. diabolo, in formula baptismatis. Salvian. de gub. Dei 6. p. 208. ed. Rittersh.

ABREPTUS, a, um, part. ab abripio. Cic. Ferr. 2, 1, 3. E complexu parentum abreptos filios ad necem ducere. Liv. 3, 57. Virgo a complexu patris abrepta. Ter. E. 1, 2, 30. Puella ex Attica hinc abrepta. Tac. H. 3, 22. Occisi centuriones, abrepta signa. Id. A. 15, 35. Intimus quisque vincit abreptique. Liv. 26, 39. Naves in terram remis abreptae. Plin. 8, 7, 7. Abrepta scuta jacens in sublime. P Cum ablat. sine praep. Suet. A. 17. Antonium juvenem simulacro D. Julii abreptum interemit.

*ABRETTENA, ae (Ἀβρεττηνὴ Strab. se. γη sive Mysia) est pars Mysiae. Hinc ABRETTINI (Abrettini) Plin. 5, 30, 34. incolae ejus regionis.

*ABRINCATUI, orum, pop. Galliae Celt. vel Lugd. Plin. 4, 18, 32. Oppidum eorum Jugena. Etiam Abriacatae appellabantur, Notit. Imper., unde h. Avanches.

ABRIPPIO, is, ipui, eptum, a. 3. ἀβριπάζω, vi rapio, vi traho, abstraho: ex ab et rapio. Cic. Lig. 12. Voluntate omnes tecum fuerunt, tempestate abreptus est unus. [*Infra demum hic locus poterat commemorari. Sermo est de Ligario turbis belli civilis ut tempestate quadam abrepto et in partem a Caesare dissentientem delato. Sic etiam Corn. Nep. Fragm. 7. II. p. 356. ed. Bard. vi tempestatum ex Indiciis aequoribus abreptos. Cf. ultimum quod ex Cic. affert exemplum Fore. et Virg. A. 1, 108. — Primitivae h. v. significationis clarissimum exemplum est apud Stat. Sil. 3, 1, 77. abripere vina de mensis, quem locum nobis suppeditavit Handius.] Id. Verr. 2, 4, 50. Non Proserpinam asportasse, sed ipsam abripuisse Cererem videretur. Id. ib. 10. Abripere aliquem de convivio in vincula. Stat. Th. 1, 602. animasque a stirpe recentes abripere atricrum gremiis. Cic. Cluent. 33. Abripere aliquem ad quaestionem. Ter. An. 4, 4, 47. in cruciatum. Hirt. B. Afr. 26. Abripi in servitutum. [*Cic. de R. P. 1, 16. ad humanum exitum abr.] Prop. 4, 8, 5. Qua sacer abripitur caeco descensum hiatu, h. e. in abruptum desinit, patet in praecipit. P Significat etiam corripere, vi prehendere. [*Minime; certe, quae sequuntur, nihil differunt a superioribus.] Pl. Most. 2, 1, 38. Abripite hunc intro actum inter manus. Val. M. 2, 7, 6. Abripi a lictore et mactari jussisti. [*Abripi sign. sejungi de morientibus. Curt. 3, 5. illum (Alexandrum) — divelli a se et abripi. Al. abruppi.] P Abripere se, est se subducere. Pl. Mil. 2, 2, 21. Ita abripuit repente sese subito. Id. Cure. 5, 1, 8. Vix foras me abripui atque effugi. [*Ap. Ter. Ph. 1, 1, 11. abrip. dicitur de auferenda pecunia: quod ille compersit miser, id illa universum abripit. — Ita interdum explicari potest per intercepte, ut ap. Nep. Dat. 4. et quae regi portarentur, abripiebat. V. ibi Bos. (Al. arripiebat, frequentissimo errore librarium. V. Oud. ad Caes. b. g. 5, 33. Quorum verborum tam leve est discrimen, ut saepe promiscue dici posse videantur. Abripere tamen ibi videtur scribendum esse, ubi rapiendi sign. cum notione auferendi, abducendi conjuncta urgetur. — Itidem dicitur de iis, qui e patria abiguntur in servitutum. Nep. Mil. 4. omnes ejus gentis cives abreptos in Asiam ad regem miserunt.] P Translate. Cic. Verr. 2, 5, 12. Ut eum etiam natura a parentis similitudine abriperet [*i. e. etiam natura non propensus esset ad patris vitia], consuetudo tamen patri similem esse cogeret. Id. Or. 3, 36. Repente te quidam quasi aestus ingenii tui procul a terra abripuit. [*Omnino h. v. sic utitur, ut studium, quo quis fertur in aliquam praeponitur, significet. Sil. 5, 229. Abreptus pulchro caedum — amore. (Cf. Burm. ad Propert. 1, 13, 2.) 6, 332. Abripuit traxitque virum fax mentis honestae Gloria. Claud. cons. Prob. et Olybr. 153. nec tanta licentia vitae abripit.]

ABRŌDIÆTUS, i, m. ἀβροδιᾶτος, cognomen fuit Parrhasii pictoris nobilissimi, quod latine significat delicatum atque elegantem, ab ἀβρός, mollis, delicatus, et δίανα, vivendi ratio. Plin. 35, 9, 36. n. 6. Namque et cognomina usurpavit Abrodiactum se appellando; aliisque verbis principem artis, et eam ab se consummatam.

ABRŌDO, is, si, sum, a. 3. ἀβροδάω, est rodendo abscondo. Plin. 10, 62, 82. Viperae mas caput inserit in os, quod illa abrodit voluptatis dulcedine. [Varr. R. R. 2, 9. de canibus: quae vincla si

abrodere conantur. P Particip. Abrodens ap. Pers. 5, 162. Crudum Chaerestratus unguem Abrodens. F.]

ABRŌGATIO, onis, f. actus abrogandi, ἀβρογάτωρ, ἀβρογάσις. Cic. Att. 3, 23. Neque enim ulla est lex, quae non se sepiat difficultate abrogationis.

ABRŌGATOR, oris, m. qui abrogat. Arnob. 1. p. 30. Divini operis abrogatores.

ABRŌGATUS, a, um, part. ab abrogo. Cic. p. Dom. 31. Imperium abrogatum. Id. fr. pro C. Corn. Lex abrogata. Tac. H. 4, 46. Abrogati consulatus, quos Vitellius dederat. [*Flor. 1, 9. fascēs abrogati].

ABRŌGO, as, avi, a. 1. ἀβρογάω, ἀναγέω, rescindo, dissolvo, antiquo, infirmo, irritum facio. Proprie est rogatum tollo, cum de legibus sermo est. Rogare enim legem est legem ferre, rogata, h. e. interrogata plebe, an velit aliquid ratum habere. [*Briss. d. Form. 2, 8.] Unde abrogatur legi, cum lex prorsus tollitur: derogatur autem legi vel exrogatur, cum pars detrahitur: subrogatur legi, cum aliquid adjicitur: obrogatur, cum alia lex fertur prioris infirmatae causa. Cic. de Rep. 3, 22. ap. Lact. 6, 8. Huic legi neque obrogari fas est, neque derogari ex hac aliquid licet, neque tota abrogari potest. Id. Att. 3, 23. ejusdem legis caput referens. Quod per legem Clodium promulgare, abrogare, derogare, obrogare sine fraude sua non liceat; quodve ei qui promulgavit, abrogavit, derogavit, obrogavit, etc. Hinc abrogare idem fere est atque antiquare. Haec tamen differentia intercedit, quod proprie antiquabatur lex, quae promulgata non recipiebatur, abrogabatur vero ea, quae postquam perlata erat, retractabatur. Utrumque conjungit Liv. 22, 30. Plebiscitum, quo oneratus magis, quam honoratus sum, primus antiquo abrogoque. Sed late et oratorio more loquitur. P Dicimus autem abrogare legem et abrogare legi. [*Gifan. Obs. in L. L. p. 5.] Cic. Brut. 62. Tantum dicendo valuit, ut legem frumentariam abrogaverit. Modest. Dig. 50, 16, 102. Derogatur legi, cum pars detrahitur: abrogatur legi, cum prorsus tollitur. Alia quae afferuntur ex Auct. ad Her. 2, 10., ex Liv. 9, 34. ex Aur. Vict. de Vir. ill. 73. et ex Cic. Phil. 1, 9., omnia dubiae sunt lectionis. [*Abrogare legibus quidem valde dubitamus an nusquam dixerint probi scriptores et dubitare videtur etiam Drakenb. ad Liv. l. c. Certe libb. mss. ubique alteram scripturam exhibent. Atque in primo quidem loco Auct. ad Her. demonstravit jam Ernest., obrogatio aut derogatio, cui legi obrogatum vel derogatum sit scribendum esse. Ap. Liv. ostendit Drakenb., verum unice esse obrogare, quoniam non tota antiqua lex, sed pars tantum ejus lege Aemilia sublata esse dicitur; in or. Phil. 1. nunc editur obrogatur legibus; in Suetonii loco aliis etiam de causis dubio Caes. 28.: quando et plebiscito Pompejus postea abrogasset, Casaubono, abrogare et derogare legi perinde dici existimanti, fidem abrogaverunt J. F. Gronovius, Burmannus, alii, et ediderunt obrogasset. Cf. Duker. ad Flor. 1, 9, 3. Denique ap. Aurel. Vict. 73. et 65. Arntzenius quidem defendit abrog., ad Pithoem provocans ad Coll. leg. Mosaic. et Rom. tit. IV. §. 2., sed ibi quoque in libris nonnullis obrog. legi testatur Schottus. Postremo, ut obrogare legi quo jure dicatur, facile intelligitur, ita abrog. l. quomodo per sermonis leges dici poterit, nos quidem non satis fatemur perspicere. — Ap. Flor. 3, 17. editur: Ausus tamen abrogare de legibus consul Philippus. Al. obrogare. Nos, quin Florus praep. omiserit (cf. ib. 15.), non dubitamus.] P Abrogare alicui magistratum est eum publica auctoritate magistratu privare. Cic. Verr. 2, 2, 56. Si tibi magistratum abrogasset. Id. Off. 3, 10. Abrogare collegae imperium. Id. Leg. 3, 10. Potestatem intercedendi collegae abrogare. Val. M. 7, 7, 6. Abrogare jurisdictionem. [*Si fides est libb. mss., dixerunt etiam abrogare alicujus imperium. V. Duk. et Drakenb. ad Liv. 22, 25, 10. et 27, 20, 11. Gronovius c. aliis in hac locutione genit. improbaverat.] P Generatim abrogare ponitur pro auferre, detrahere. Auct. ad Her. 1, 10. Quae res fidem abrogat oratori. Cic. Rosc. C. 15. Abrogare fidem jurisjurandi. [*Suet. Tib. 61.] Plin. 2, 53, 54. Abrogare vires beneficiis. Ov. Trist. 2, 278. Et nimium scriptis abrogat ille meis, h. e. nimium detrahit. P Nemo nocens sibi ipse poenas abrogat i. e. conscientia nemini poenas abr. i. e. neminem absolvit, ut expl. Gronov. quem v., afferitur a quibusdam ex Sen. Herc. Oct. 898., sed alii leg. irrogat. P Abrogare aliquem Italia itidem a quibusdam citatur ex Aur. Vict. de Vir. ill. 77., sed ibi legendum fugare ex MSS.

ABRŌICUS, Non. 3, 43. citat locum Plauti in Abroico, qui est titulus comoediae Plautinae deperditae; sed legendum videtur Agroico, h. e. Ἀγροίκω, agresti, rusticano.

ABRŌNUS Silo, poeta Lat. tempore Augusti, discipulus Porcii Latronis, qui obiit Olymp. 194. Scripsit fabulas aliquot versibus. Sen. Suasor. 2. P [Duos fuisse Silones, patrem et filium notat Voss. de poet. lat. 2. Bail.]

ABRŌSUS, a, um, part. ab abrodo. Plin. 37, 6, 21. Abrosae corporis partes. Id. ib. 2, 7. Abrosus calicis margo.

ABRŌTŌNITES, ae, est gen. m. et l. decl., sed figurate neutro generi jungitur, ut vinum abrotoni-

tes: eaque a quibusdam recentioribus Grammaticis apposito dicitur: Graece est ἀβρότονος et ἀβρότονος, ut docet Voss. de Arte Gramm. 7. c. 2. Est autem a graeco ἀβρότονος, ov, o, quod primae est declinationis: estque substantivum adj. vim habens, et jungitur cum altero subst. vinum ea ratione, qua dicitur urbs Philippi, urbs Athenae, urbs Lugdunum, etc. Sic myrtites vinum, abstinthites, scyllites, et alia quamplurima, quae genitivum habent in ae, accusativum in en. Quodsi malis, hujusmodi voces abrotonites, scyllites, etc. esse adjectiva, dicendum erit, Latinos scriptores latine haec vertendo graecam loquendi rationem omnino retinuisse. [Hoc verius]. Graece autem ἀβρότονος οἶνος dicitur, cum οἶνος sit masculinum. Est autem abrotonites vinum abrotono herba conditum. Ejus meminit Col. 12, 35. Eadem ratione Martialis lacus dicitur a Plin. 5, 10, 11. qui Graece Μαροῦτος λίμνη.

ABROTONUM, i, n. et Abrotonus, i, m. ἀβρότονος, herba est odoris jucunde gravis, flore aurei coloris, semine calidae virtutis. Duo ejus genera commemorantur, campestre, quod mas et Galaticum dicitur; et montanum, quod femina esse creditur et Siculum etiam vocatur. Mas quoque aliud est campestre, quod sponte sua provenit et cacumine suo se propagat; et hortense. Quod femineo adscribitur generi, vulgo epressus dicitur. [Lucr. 4, 124. Abrotonique graves. Bail.] Lucan. 9, 920. fumoque gravem serpentibus urunt Abrotonum. Plin. 21, 10, 34. Abrotonum odore jucunde gravi floret aestate. P Varios habet in medicina usus, quos recenset Plin. ibid. 21, 92. [Cf. Col. 6, 7. Veget. A. V. 3, 3. Hor. Ep. 2, 1, 114.] P Legitur et Abrotonum. P [Abrotonum est etiam oppidum Africae ap. Plin. 5, 3, 4. F.]

ABRUMPO, is, upi, uptum, a. 3. ἀβρομπίω, rumpo, frango, perumpo. [Quae in h. v. et in abruptus proponuntur a Fore., rudis sunt indigestae moles. Vera et una v. sign. est solvere vi aliquid et disjungere (divellere, demere, separare) ab altero, cui adhaesit. Sic Ov. Met. 8, 764. abrupta cervice. ib. 4, 494. duos mediis abruptis crinibus angues. Curt. 6, 9. Videbar mihi partem viscerum meorum abrumper. Sic ap. eundem Ovid. M. 2, 359. et teneros manibus ramos abrumper (decerpere), ubi praegressum est avellere. Hoc modo facile explicantur omnia, ut illud abr. vincula, h. e. frangere, abjicere vincula, solvere se vinculis (hic dicitur de removenda ea re, qua continetur aliquid, ut ap. Senec. Herc. F. 237. abrupto objice); abrumper vitam et similia, i. e. vitae cursum discindere; abr. sermonem, i. e. facere, ut sermo non amplius progrediatur; abr. fas, i. e. discindere, dissolvere, tollere, migrare leges, eodemque modo dicitur abr. fidem, foedus, spem, simulationem etc. Abruptum sermonis inquitur ap. Quintil. (v. in abruptus) est, ut explicat Burm., quod sine ambagibus et sine circutione rem ipsam breviter indicat, ut solet esse hominibus fervidis. Denique abrupta loca sunt quasi disscissa (veluti montes, qui si in duas partes disrumpuntur, invii redduntur et iter praecipit praebent) igitur ardua, praecipitia, in quibus aut nullum aut difficile est iter.] Liv. 6, 6. Fuga abrumperium vincula jumentorum. [Hor. Od. 4, 7, 27. Nec Lethaea valet Theseus abrumperere caro Vincula Pirithoo. Adde Virg. A. 9, 118. Ov. M. 2, 315. et cf. in abruptus.] Tac. A. 5, 63. Crurum et poplitum venas abrumperit [i. e. incidit, sed cum vi. Cf. 15, 59, 116, 9. Et sic abscondere venas ib. 15, 69. 16, 11.] P Saepius ponitur pro rumpendo dividere et a reliquo separare. Tac. H. 3, 25. Abrumpuntur laxati ordines: nec restitui quivere, etc. [Curt. 3, 11. 10, 7. alibi] Plin. 2, 92, 94. Ex insula Cea amplius triginta millia passuum abrupta. Id. 5, 32, 40. Donec mare Asiam abrumperat Europae. P Translate. Sen. Herc. Oet. 893. Fata sua abrumperere, h. e. vitam sibi adimere. Virg. A. 8, 579. et 9, 497. Abrumpere vitam. [Cf. 4, 631. Est haec solemnitas poetarum formula de ἀβρομπίω, de qua pluribus egerunt Heins. et Drakenb. ad Sil. 7, 33. Sed aliter Tac. A. 16, 28. Abrumperet vitam ab ea civitate, i. e. vivere desineret in ea civ., discederet.] Sen. Troad. 939. ense lucis invisae moras. Lucan. 6, 610. herbis medios abrumperimus anno. [Cf. Sil. 9, 649. abrumperere cuncta jamdudum cum luce libet.] Virg. A. 3, 55. abrumperere fas, i. e. violare. Tac. H. 4, 60. fidem per scelus. Id. L. 4, 50. Abrumpendas pariter spes ac metus clamitar s. [Cf. Curt. 10, 8. Addatur hic, quod Liv. dicit 21, 44. Omnibus inter victoriam mortemque certa desperatione abruptis, i. e. cum aut vincendum nobi: aut moriendum sit, neque usquam alia pateat via et ratio, qua ex his difficultatibus nos expediamus.] Id. A. 11, 26. simulationem. [Suet. Aug. 17. abrumperere societatem. Tac. A. 12, 50. quamvis servitio sueti, abrumperunt patientiam. Id. Hist. 4, 64. abrumperere voluptates (i. e. negligere, spernere. Al. vectigalibus.) Ib. 2, 53. abr. blandimenta vitae.] P Est etiam ita rumpere, ut ad finem non perducatur. Virg. A. 4, 388. Medium sermonem abrumperere. [Suet. Tib. 21. Sil. 2, 328. mediamque loquentis Bis conatus erat turbando abrumperere vocem. Id. 15, 48. Haud unquam trepidos abrumperet buccina somnos.

Cf. Virg. G. 3, 530.] Luc. 5, 659. ingentes actus abrumperere. [Sil. 3, 79. Si quis forte deum tantos incidit actus, ut nostro abrumperat leto primordia rerum, i. e. res gestas in ipso exordio perturbet et interrumpat.] Plin. ep. 5, 5. Inchoatum aliquid abrumperere. Id. ep. 7, 3. Otium non abrumperere, sed intermittere. [Curt. 5, 5. abrumperere iter. Flor. praef. §. 3. rerum diversitas aciem intentionis abrumperit, i. e. non concedit, ut unam rem diu et acriter intueamur.] P Abrumpere se est se veluti abruptis vinculis liberare [separare]. Cic. Phil. 14, 12. Legio Martia se prima latrocinio Antonii abrupit. [Abrupturus Claud. Rufin. 1, 212. Herba Sollicitum curis non abruptura soporem. F.]

*ABRUMPOS, adj. Abrumi agni i. e. a matre depulsi. Varr. ap. Non. 2, 756. Vid. in SUBRUMPOS. ABRUPTA, ae, f. Locus abruptus, ἀβρομπίω [ἀβρομπίω]. Affertur tum Justin. 4, 1. tum Oros. 7, 9. exemplum, sed utrumque dubiae est lectionis. [Vox nihili est abrupta, ac. Just. 4, 1. Proximum Italiae promontorium Rhegium dicitur, ideo quia graece abrupta hoc nomine pronuntiantur. Est igitur abrupta plur. subst. loco positus. V. supra et Parei lex. crit. p. 11.]

ABRUPTA, adv. Quint. 3, 8, 6. Nec abrupte nec unde libuit incipiendum, h. e. sine exordio aut insinuatione. Id. 4, 1. fin. Abrupte cadere in narratione. Justin. 2, 15. Abrupte agere, h. e. temere, praecipitanter, sine praevia consultatione. P Ammian. 20, 5. Velut incitatos torrentes, hostes abruptis inundantes, h. e. liberius et effusius. Id. 17, 7. Palantes abrupte flammaram ardore. P Item absolute. Macrob. Somn. Scip. 1, 19. c. med. Non abrupte medium solem, sed fere medium dixit.

ABRUPTIO, onis, f. actus abrumpendi, ἀβρομπίω. Cic. Div. 2, 40. Pedis offensio nobis et abruptio corrigiae et sternutamenta erunt observanda. P Translate Id. Att. 11, 3. abruptionem pro divertio posuit, ut exponit Manut. P Pro interruptione usurpat Fest. in Rumentum.

ABRUPTUS, a, um, part. ab abrumpo, perruptus, fractus. [Proprie rumpendo avulsus, disjunctus. Sic Suet. Aug. 25. abruptus hamus.] Tac. A. 1, 66. Equus abruptis vinculis vagus. Virg. A. 3, 199. ingeminant abruptis [divisis, disjectis] nubibus ignes. Id. Aen. 12, 451. ubi ad terras abrupto sidere nimbus It mare per medium, h. e. effusa tempestate. V. SIDUS. [Cf. Georg. 3, 259. et Heyn. ad illum l. Sil. 6, 608. abrupto coelo, i. e. disrupto, discisso.] Apul. de Mundo pr. fin. Abrupti imbres. Flor. 4, 12. Torrentes abrupti [qui non leni tractu, sed praecipiti cursu labuntur.] P Item divisus, separatus. Liv. 3, 19. Plebs veluti abrupta a cetero populo. Id. 40, 2. Fastigia aliquot templorum a culminibus abrupta. P Item interruptus. Sil. 7, 156. abrupta vigil iret ad arma quiete. Stat. Th. 1, 325. Et caligantes abrupto Sole Mycenae, h. e. cum Sol ad coenam Thyestis radios lumenque condidit et diem velut interrupit. P Item praeruptus, divulgus, atque adeo praecipit et inivus. Liv. 21, 36. Locus in pedum mille altitudinem abruptus. Curt. 7, 11. Petra undique abscessa et abrupta. Id. 8, 11. Rupes undique praecipit et abrupta. Plin. 11, 37, 51. Nihil altius abruptusque. Plin. ep. 9, 39. Abruptissima ripae. [Virg. Cic. 465. abruptae arres.] P Absolute more substantivi. Stat. Th. 3, 262. Jamque iter extremum caelique abrupta tenebat, h. e. altissimas caeli partes. [Id. Th. 10, 516. immane abruptum; cf. Barth. et Quintil. Decl. 18, 11.] Flor. 2, 12. Positis per abrupta castris. Virg. A. 3, 422. Sorbet in abruptum fluctus, h. e. in sinum profundum. Stat. Th. 10, 523. equi immane paventes Abruptum mirantur agi. [Cf. Virg. A. 12, 687. Absolute Tac. Agr. 42. per abrupta — ambitiosa morte inclarescere, i. e. per contumaciam et inanem jactationem libertatis. Ammian. 16, 8. in abrupto necessitatis. Quint. decl. 4, 5. in novissimo fatis stamus abrupto, ubi v. Burm.] P Translate. Albinovan. 3, 4. Abrupta [violata] fides. [Sil. 1, 296. abrupto foedere.] Et Tac. H. 3, 63. Abrupta spes. [Cf. Sil. 8, 51.] Id. 1, 48. Galbae amicitia in abruptum tractus, h. e. in praecipit. Id. A. 4, 20. Abrupta contumacia, h. e. praecipit et extrema. [Sil. 7, 219. sq. Fervida si nobis corda abruptumque putassent Ingenium patres i. e. praecipit, temerarium. Cf. hoc c. Tertulliani verbis, quae infra afferuntur.] Plin. 11, 51, 112. Sibilus serpentibus longus, testudini abruptus. Sic Stat. Th. 6, 185. abruptis obmutuit ore querelis. Quint. proem. l. 6. Studia abrupta. Id. 4, 2. Sallustiana brevitatis et abruptum sermonis genus, h. e. concisum, truncatum, vel non cohaerens et veluti interruptum. Id. 3, 8. Abrupta initia, h. e. orationes abrupte inceptae. Macr. Sat. 4, 2. Oratio pathetica necesse est initium abruptum habeat, h. e. sine exordio. [Ammian. 14, 5. abruptum exitum i. e. subitum. cf. 15, 7. 16, 2.] P Abruptus homo dicitur a Tertull. Cor. mil. 1. qui praecipit est [atrox, trux] intractabilis, praefractus. [Juvenc. Evang. 4, 57. abrupta pondera, i. e. quae in abruptum agunt.] P [Obruta et abrupta conf. ap. Curt. 4, 15. cf. Drakenb. ad Liv. 21, 36, 44.]

ABS, ae, praep. ablativo serviens, id. q. a et ab, neque tamen adeo frequentis usus ap. lat. scriptores,

si Comicos excipias: nam saepissime legitur apud Plautum. Praepositur dictionibus incipientibus a q et t. Ter. Ad. 2, 3, 1. Abs quivis homine. Cic. Fam. 7, 31. Vincam te vel vincam abs te. [d. Or. 1, 18, 82. Cicero, et sic fere etiam Plaut. et Terent., hac forma non nisi in abs te usus est, idque maxime in epistolis. V. Ramsh. gr. m. §. 150. p. 284. Praeterea Pl. Pers. 1, 3, 79. abs chorago et ap. Liv. 28, 37. ed. abs consendentibus Drak., ubi al. ab consc.] P Sunt qui putant praeponi etiam verbis incipientibus ab r et s confirmantque exemplis a Plauto, Ter., Sall., Caes. [ut b. g. 1, 44.] et Liv. petitis, sed non antiquas optimas eorum editiones consuluisse videntur, in quibus ab vel a legitur, non abs re: [Ap. Aurel. Vict. 20, 22. editur abs se sine diversitate scripturae.] Idem dicendum de loco Gellii 18, 14. ubi veter. opt. editiones habent ab re, non abs re: quod etiam Cellar. advertebat in Antibarb. [et in cur. posterior. Cf. Vorst. de L. mer. susp. c. 8.] P Doctet Cic. Or. 47. hanc praepositionem abs (ita enim ibi legendum videtur, non ab) suo tempore parum admodum in usu fuisse solumque in accepti tabulis mansisse, et ne his quidem omnium: in reliquo sermone mutatum esse in ab vel in a. [cf. in A. Ab.]

*ABSARUS sc. fluvius vel Absarum, in Colchide fluens, cum castello cognomine. Plin. 6, 4, 4. Alii etiam Absorum appellant.

ABSCEDENS, tis, part. ab abscedo, ἀβρομπίω. Plin. 2, 99, 102. Quod luna accedens corpora impleat, abscedens inanitat. P Abscedentia dicuntur a medicis collectiones humorum in aliqua parte corporis, et inde pure facto erumpentium, ἀβρομπίω. Cels. 5, 18, n. 21. Satisque omnia abscedentia digerit murex combustus. P In picturis abscedentia dicuntur, quae colorum temperamento remotiora representantur, sicut prominentia, quae spectanti propius extare videntur. Vir. praef. l. 7. Et quae in planis frontibus sunt figurata, alia abscedentia, alia prominentia esse videntur.

ABSCEDO, is, essi, essum, n. 3. ἀβρομπίω, ἀβρομπίω, cedo, discedo, recedo. Cic. Divin. 2, 16. Cor est in extis: jam abscedet, simul ac molam inspereris. Liv. 27, 50. Nunquam senator a curia abscessit, aut populus e foro. Plin. 2, 17, 14. Longius a sole abscedere. Pl. Capt. 2, 3, 74. Abscedere extemplo e conspectu. Or. Met. 6, 362. Procul abscedere. Nep. Iph. 2. Thebani Sparta abscessissent. Tac. A. 1, 53. Rhodus abscedere. Pl. Rud. prol. 66. Navis in altum abscessit. [Suet. Cl. 33. triclino abscedere. Ceterum ab modo additur, modo omittitur. V. Drak. ad Liv. 45, 11.] P A Medicis abscedere dicuntur humores, qui in aliqua corporis parte collecti corrumpuntur et in ulcus eunt. Cels. 7, 12, n. 5. Sub lingua quoque interdum aliquid abscedit. V. ABSCEDENS. P Translate. Liv. 26, 7. Abscedere incepto. [Cf. Nep. Ep. 9. universi in unum impetum fecerunt neque prius abscesserunt i. e. destiterunt.] Id. 9, 3. Civilibus muneribus abscedere. Ter. Hecc. 5, 2, 15. Cito ab eo haec ira abscedet. Pl. Merc. 1, 2, 29. Aegritudo abscedit. [Cum his cf. Sil. 17, 209. Auster abscedens reddit mare i. e. quietum reddit.] Sil. 12, 560. credens abscedere vitae, Quod sopor eripiat, tempus. [Suet. Ner. 34. Suppresso testamento, ne quid abscederet, i. e. ex hereditate perderet.] P Passive impersonaliter. Liv. 29, 2. Nec ante abscessum est, quam etc. Id. 27, 4. Negat e republica esse, vestigium abscedi ab Annibale. [Tac. Ann. 1, 63. manibus aequis sc. e proelio.] P Abscessum pro abscessissem syncope. Sil. 8, 109. nec abscessum thalamo. P Abscessit, h. e. mortuus est. Inscr. ap. Grut. 578, 1. [P Quod Or. Met. 5, 375. Venerem dicentem facit: Pallada nonne vides jaclatricemque Dianam Abscessisse mihi, sic intell.: mihi non favere, non stare a meis partibus, non subjectas esse meo imperio. — P Abscedere est evadere in illo Ter. Heaut. 2, 4, 5. triumpho, si licet me latere tecto abscedere, i. e. salvum ex his rebus evadere. Cf. Bentl. ad Eun. 4, 4, 48.] P [Part. Abscessurus ap. Liv. 25, 11. Dixit, extemplo aut abscessuros aut dedituros se hostes. F.]

ABSCESSIO, onis, f. ἀβρομπίω. Cic. Univ. 12. Cum ad corpora necessitate accessio fieret, tum abscessio. Dictys B. Tr. 1, 5. Alexander abreptis quae cupierat, abscessionem properabat.

ABSCESSUS, us, m. abscessio, recessus. Cic. N. D. 1, 10. Quod pars terrae appulsu solis exarserit, pars obriguerit longinquo solis abscessu. [Cf. Lact. d. ir. D. 13.] Virg. A. 10, 445. Rutulum abscessu. [Tac. Ann. 4, 57. causa abscessus i. q. recessus. ib. 6, 38. abscessus continuus i. q. absentia.] P A medicis dicitur concursus mali humoris in aliquam corporis partem, ex quo suppuratio et ulcus fit, ἀβρομπίω. Cels. 5, 18, n. 2. Si materia extrahenda est, ut in incipiente abscessu, in suppuratione etc. Et n. 5. Prodest impositum minutis majoribusque abscessibus. P Solin. 32, n. 12. de Nilo loquens abscessum posuit pro aquarum incremento et exuberantia, si vera est ea lectio, quam tuetur Salmas. [Exerc. p. 303. absce. explicans excessum]: Affirmant, omnem abscessus originem de sole concipi.

ABSCIDO, is, idi, isum, a. 3. ἀβρομπίω, idem quod abscondo [minime vero]: ex abs et caedo. Differunt in quantitate praeteriti, quae brevis est in

penultima ab abscondo, longa ab abscondo. Pallad. 7. Jun. tit. 2. Mense postremo tritici messis absconditur. Ammian. 30, 5. (at. 21.) s. fin. Dexteram militis jussit abscondi. Arnob. s. fin. l. 6. Neque ullis remediis audacia possit abscondi. Ov. Met. 12, 362. Abscondit jugulo pectusque humerumque sinistrum. P In aliis temporibus extra praeteritum alia exempla congesse Jo. Rhod. in Scribon. Larg. compos. 100. et Patreus in Lex. Plaut. ex Virgil., Plauto, Celso, Quintil., Claudian. et al. quae omnia fere dubiae sunt lectionis, et facile ad abscondo trahi possunt. V. Abscissus. [Valde impedita verborum abscondere et abscondere, abscondere et abscondere est ratio, quam si non plane expedire licet, at periculum certe faciendum est, ubi si v. abscondo, nimis diu spretum, quasi postliminio in jus suum restituisse videbimur, operae pretium fecisse putabimus. Ac primum quidem in libb. mss. perpetua haec est discrepantia, aliis abscondere, aliis abscondere exhibentibus. Quantum tamen observare potuimus, plures ique meliores hanc formam saepius quam illam tuerentur, quod apud Livium, si quis, quae de scripturae diversitate ibi enotata sunt, conferre voluerit, testabuntur hi loci: 4, 10, 4, 19, 5, 28, 8, 25, 5, 9, 23, 12, 24, 30, 12, 25, 26, 6, 31, 34, 4, 32, 4, 5, 5, 12, 35, 32, 6, 44, 6, 37, 41, 7, 41, 11, 4, 44, 5, 5, 45, 25, 9, 37, 9. Porro certatim VV. DD. de his verbis dixerunt, e quibus nos afferimus Oud. ad Caes. b. g. 3, 14, et b. Hisp. 20. ad Suet. Caes. 68. ad Cat. 27 et 32. B. Crusius in clavi Suet. Davis. ad Caes. b. g. 7, 73. Bentl. et Feam ad Hor. Sat. 2, 3, 303. Feam in obs. ad Virg. p. 37 sqq. Drakenb. ad Liv. 31, 4. ad Sil. 15, 473. eund. et Gronov. ad 44, 5. Intpp. ad Vell. 2, 77. Burm. ad Anthol. lat. T. II. p. 64. eund. et Heins. ad Virg. G. 2, 23. Cort. ad Lucan. 3, 33, 6, 503. (ed. Weberi) quibus adde, quos hi laudaverunt et Rudd. l. p. 234. Horum partim abscondere et abscondere perinde dici, partim differre inter se censuerunt. Et Arntzen. quidem ad Aurel. Vict. Epit. 23, 3. abscondere dici existimat, ubi de parte aliqua corporis humani detruncata sermo sit, abscondere, si de aliis rebus, quae vi aliqua abruptantur (ut abscondere, a gr. ἀφαιρεσθαι, id. sit quod abruptum, avellere). Cum hoc sentit Voss. ad Virg. Georg. 2, 23. Fea l. c. et Herzog. ad Caes. b. g. 3, 14., quorum hic abscondere de instrumentis praecautis (ut ap. Caes. de falcebus) usurpandum esse judicat. Horum nos sententiam non possumus quin probemus. Primum enim, cum in reliquis formis nulla sit diversitas, quae praeteriti ap. poetas supersunt exempla, ante omnia putamus esse consideranda. Ea vero attulit noster; abscondit Ov. Met. 12, 362. Lucan. 6, 563. Vet. epigr., (quod editum est in Catalect. Virg. Scal. et Lindenbr. Lugd. 1695. ibique sermo est de glacie) quibus adde Martialis 3, 66, 2. abscondit vultus ensis uterque sacros. Horum locorum nullus ita comparatus est, quin confirmet illud, quod supra proposuimus, discrimen. Nam quod Ovid. l. c. de arbore jacta dixit abscondit, ubi non negamus etiam dici potuisse abscondit, tamen arbor illa, quam telum ipse paulo ante appellat, erat instar lanceae. Porro vi translata Lucan. 4, 503. abscondit nostrae virtutis sors invida laudi, et Senec. Phoen. 194. Qui fata proculcavit ac vitae bona projecit atque abscondit etc. De his dicitur infra. Abscondit est ap. Hor. Od. 1, 3, 21. nequidquam deus abscondit Prudens Oceano dissociabili Terras. Or. Met. 1, 22. coelo terras et terris abscondit undas. Virg. A. 3, 418. Hesperium Siculo latus abscondit. Nec adversatur Senec. Thyest. 1062. membra nervosque abscondi Videntibus, si conferas v. 1038. Abscissa cerno capita et avulsas manus, et rupta fractis cruribus vestigia. Vides, Horat. Ovid. Virgil. de eadem re dixisse abscondi. Id casu an justa de causa factum putes, ipse videris; nos ibi recte abscondere pro abruptum, avellere, separare dictum existimamus. Neque adversatur Stat. Theb. 10, 863. jam saxa fasciunt Emotaque trabes: tanto violeatior ille (Saevit enim majore salo) quassatque trahitque Molem aegram; nexus donec celer alveus omnes Abscondit. Recte Barth. expl. disruptit, perfregit. Denique Valer. Fl. 1, 489. carinae Ille ut se mediae per scuta virosque Intulit; ardentis Aesonides retinae ferreo Abscondit, quem non negamus dicere potuisse abscondit; sed falsum tamen non est abscondit de retinae abruptum et solvendis. Ceterum is expressit Virg. A. 4, 580. strictoque ferit retinae ferreo. Utitur vero etiam analogia, quam dicunt, ad discrimen illud stabiliendum. Nam, ut his utamur, abscondere caput, abscondere spem et per se credibilis est veteres dixisse, quam abscondere cap., spem, et confirmari videtur eo, quod amputare caput (Justin. 24, 5), incidere et praecidere spem dixerunt. Vid. Duk. ad Liv. 35, 32, 6. Contra vero abscondere rupes et similia rectius dici, quam abscondere r., si non per se satis probabile sit, at nonne probatur eo, quod praerupta loca dixerunt? Quare ut ex immensa locorum multitudine nonnullos exempli causa proponamus, abscondere, abscondere caput (quamquam ap. Hor. Sat. 3, 3, 303. recte praefert Fea abscondere caput, i. e. discernit. Cf. Eurip. Bacch. 1117. sqq. ed. Herm. ἀποκαταίνων ὄμωρ. Pl. Merc. 2, 4, 1. Ov. Met. 3, 732. Ceterum ap. Hor. manibus portat putamus esse conjungenda, cf. Senec. Phoen. 363. sq.), manus etc. Tom. I.

ubique scribendum esse putamus (ut ap. Sil. 10, 52. abscondere caput Heins. coll. Virg. A. 12, 511. Curt. 8, 3. Liv. 4, 19, 28, 31, 34.) Virg. A. 4, 590. Flaventes abscondita comas. Suet. Caes. 68. abscondita dextra. Cal. 27. lingua (προσπαρτήματα Dio Cass. de eadem re) ib. 32. manus. Liv. 37, 41. in extremis jugis binae circa eminebant falces — illae, ut quidquid ab latere objiceretur, abscondere. Ap. Pallad. 6. Maj. tit. 4. quin recte scribatur: ut optimus operarius in alta silva modii spatium, mediocris vero tertia minus possit abscondere — cum praecedat: caedendi autem hic modus est — quis dubitat? Et ap. eund. 4. Mart. tit. 10. recte cod. Lugd. nisi quae arida sunt, rarissime debemus abscondere. Ap. Liv. 24, 30. spe undique abscondita scribimus, coll. 35, 44, 45, 25, et 4, 10. Volsci exiguum spem in armis, alia undique abscondita quum tentassent, quae egregie defendit Gron., quem v. et Drakenb., et ad horum similitudinem 45, 37. illa enim tibi tota abscondita oratio esset et 9, 23. nos omnium rerum respectum, praeterquam victoriae, nobis abscondimus, et 35, 32. quamquam prope abscondita res erat, ubi tamen Gron. spes conjecit. Contra rupes abscondit ap. eund. Liv. 44, 5. coll. 32, 4, 6, 25, 36. Recte porro Virg. A. 5, 685. humeris abscondere vestem coll. Curt. 3, 11. Flor. 2, 8. Euboeam — reciprocantibus aquis Euripus abscondit (Pin. 4, 12, 21. Euboea — avulsa Boeotiae; cf. Valer. Fl. 2, 619.) et ib. 2. praedam quodammodo Italiae suae abscondimus. Valer. Fl. 2, 161. sic fata querelas Abscondit (abruptit). Liv. 41, 11. abscondita an abscondita aqua, et 8, 25. interseptis munimentis hostium pars parti abscondita an abscondita erat, scripserit, dubitamus, cum non propria verborum vis hic valeat, translata autem esse possit eadem, ut sint omnino separare, jungere, dividere, eripere, adimere. Magis tamen probamus abscondita, si cum altero loco comparamus c. 23. diremerat hostibus societatem auxilii mutui, et in altero, quod paulo ante dixit: amnem — avertit. Ac (non enim diffitemur) nonnullam nihil fere interest, sive abscondit et abscondo, sive abscondit et abscondo probas. Ut ap. Virg. G. 2, 23. Hic plantas tenero abscondens de corpore matrum Deposuit sulcis — tantum abest, ut c. Fossio abscondens fortius dictum videatur, ut utrumque recte dici putemus, prouti aut de scandis aut de decerpentis plantis intelligi malis. Cf. Plantis locum ap. nostrum in abscondo. Denique perlustremus locum Lactant. D. I. 1, 12. De Saturno sermo est, de eoque §. 2. scribit: cujus (patris) dicitur abscondisse genitalia (sicut 13, 2. genitalia amputare). §. 7. Vulcano quoque id potuit adscribi — et tamen cum poetae non abscondit. §. 8. Qui magis abscondit (vulg. abscondit); sed cf. Augustini locum, quem affert Forc. in abscondit. Sic dixerunt exsectus; v. Cic. N. D. 3, 24. exsectum a filio Caelum) esse Coelum putamus, quam omnino sine genitalibus natum? — si vero habuit et a filio abscondit (vulg. abscondit) sunt. §. 10. Quomodo potuit — Coelum a tempore abscondi? c. 13. §. 1. hominem ab homine abscondit. — Ceterum de nonnullis, quos Forc. citat, locis nostrum interposuimus judicium suo loco idque interdum signis et usi.]

ABSCINDO, is, idi, issum, ere, a. 3. ἀποκόπτω, scindo, lacero, divido: ex ab et scindo. Cic. Verr. 2, 5, 1. Tunicam ejus a pectore abscondit. Virg. Georg. 2, 23. Plantas abscondere de corpore matrum. Tac. A. 16, 11. Abscondere venas [sic id. abruptum venas. V. h. v.] Pl. Amph. 2, 1, 7. Abscondere linguam alicui. [Et abscondi (avelli, evelli manu) et abscondi (ferro) dici videtur posse lingua.] Luc. 6, 563. Illa comam laeva morienti abscondit ephebo. In vet. epigr. (quod alii C. Jul. Caesari, alii Germanico tribuunt.) Abscondit tenerum lubrica testa caput. [Et hoc et Lucan. loco hic erat abstinentium. Pertinent enim aperte ad abscondo.] Cic. Phil. 11, 2. Cervicibus caput abscondit. Al. aliter leg. [sed in abscondit consentiunt omnes.] Virg. A. 5, 685. humeris abscondere vestem. Ib. 3, 418. Pontus Hesperium Siculo latus abscondit. Pin. 4, 10, 17. Athos Xerxes continenti abscondit. P Translate Liv. 9, 23. Nos omnium rerum respectum, praeterquam victoriae, nobis abscondimus. Et 35, 45. Abscondere spem. Petron. sat. 108. causam miseriarum. Hor. ep. 16, 35. Abscondere reditus dulces, h. e. intercludere, impedire. Id. Sat. 1, 2, 113. inane abscondere soldo. h. e. separare. [Schol. Cruq. explicat praecidit et separare.] Luc. 4, 503. Abscondit nostrae multum sors invida laudi. [Omittendum erat hic locus et supra ponendus, ut recte Cort. demonstravit, laudans Gronov. ad Sen. Phoen. 194. Gifan. collect. in Lucr. v. Vitalia et Bernegger. ad Justin. 15, 3, 4.]

ABSCISSE } V. Abscissus.
ABSCISSIO }

ABSCISSE, adv. ἀποτόμως, breviter, concise, velut abscondendo superflua. Val. M. 3, 7. ext. 6. Si verba numeres, breviter et callisate; si sensum aestimes, copiose et valenter. Callistrat. Dig. 50, 6, 5. Demonstratur varie nec abscesse. [Abscesse et Abscissio unice probamus. Sic enim dicebatur abruptus sermo et similia. Quamquam concisa oratio nos non fugit.]

ABSCISSIO, onis, f. ἀποκόπη, actus abscondendi.

Translate Scrib. comp. 100. Facit bene haec compositio ad suspirium et ad vocis abscessionem. P Est etiam schema rhetoricum. Auct. ad Her. 4, 53. Significatio est, quae plus in suspitione relinquit, quam positum est in oratione: ea fit per exuberationem, ambiguum, consequentiam, abscessionem, similitudinem. Et 54. Per abscessionem, si, cum incipimus aliquid dicere, praecedimus; et ex eo, quod jam diximus, satis relinquitur suspitionis, sic: Qui ista forma et aetate nuper alienae domui: nolo plura dicere.

ABSCISSUS, a, um, part. ab abscondo. Hor. Sat. 2, 3, 303. Caput abscessum. Plin. 4, 1. Insula abscessa a continenti. Caes. b. c. 3, 72. Abscessus in duas partes exercitus. Id. b. g. 3, 14. Funes abscessi [abscessi]. Ap. August. l. de civ. Dei c. 7. ad fin. est exsectus, eviratus. P Item abruptus, praeruptus. Liv. 25, 36. Nec quicquam satis arduum aut abscessum erat, quod hosti ascensum difficilem praerberet. Id. 32, 4. Saxum undique abscessum. P Translate Liv. 35, 45. Abscessa [abscessa] spes. Cic. de prov. cons. 14. Res abscessae [*abscessae. Cf. hoc cum Liv. l. 35, 32. quem supra laudavimus. Sed verior scriptura ibi sane videtur accisae.] h. e. afflictas, imminutas. Al. leg. accisae. Quint. 9, 4. Cur alia paucioribus verbis satis plena, vel nimium, alia pluribus breviter et abscessa sunt? h. e. trunca, manca, non cohaerentia. Scrib. comp. 74. Abscessus sonus vocis, h. e. interruptus, impeditus. P Interdum ponitur pro rigido, severo, duro. Val. M. 2, 7, 14. Abscessum castigationis genus. Id. 6, 5, 4. ext. Abscessior justitia. Et 3, 10. Abscessa sententia. P Abscessus uno s pro abscessus, item abscesse et abscessio leguntur in multis opt. codicib. probatorum scriptorum, quos in his vocibus allegavimus: et sunt Drakenb. ad Liv. 31, 34. et Joann. Rhod. ad Scrib. comp. 100. qui exempla quamplurima ad hanc lectionem confirmandam large suppeditabunt.

ABSCONDITE, adv. latenter, obscure, ἄκρυτος. Cic. Inv. 2, 23. Non implicite et abscondite, sed patenti et expeditius. Id. Fin. 3, 1. Abscondite disserere.

ABSCONDITOR, oris, m. qui abscondit. Firmic. Math. 5, 15. Rerum humanarum absconditores. Tert. adv. Marc. 4, 25. Qui absconditor non fuit.

ABSCONDITUS, a, um, part. ab abscondo, ἀποκρύβω. Cic. Cat. 3, 1. Insidiae absconditae. Id. Phil. 2, 42. Absconditi gladii. Lucr. 1, 902. Silvis abscondita flamma. Cic. Dom. 54. Absconditum jus pontificum. [Curt. 7, 10. cursus absconditi.]

ABSCONDO, is, ondi, et ondidit, onditum, (rarior onsum) [*de formis abscondidi (qua usus etiam Pl. Merc. 2, 3, 25.) et absconsum (Quintil. Decl. 17, 15. venenum — absconsum) absconsum, absconse, quibus abstinentium est, v. Rudd. l. p. 236.] a. 3. κρύπτω, celo, abdo, occulto: ex abs et condo. Cic. R. Am. 41. Quo studiosius absconditur, eo magis apparet. Curt. 6, 6. Fumus absconderat caelum. Pompon. ap. Non. 2, 59. Numquid abscondisti inter nates? Pl. fragm. ap. Prisc. 10, p. 890. P. Secundum aram aurum abscondidi. Sil. 8, 191. vitreisque abscondidit antris. Caecil. ap. Non. l. c. Hic in tenebris intus sese abscondidit. Virg. A. 4, 337. Abscondere fugam furto, h. e. furtim fugere. Col. de arb. 7. Abscondi in terram. Pl. Cist. 1, 1, 65. Abscondere in latebras. Flor. 4, 2. Sextum fortuna in Celtiberiam abscondit. [*Curt. 5, 5. abscondere miserias.] Sen. Thyest. 721. In vulnere ense abscondere. [*Sil. 1, 316. permissum ventis abscondit in aere telum (altissime jaculatur). Id. 16, 636. galeis abscondunt auro, i. e. imponunt capiti, ut os fere obtegant.] P Abscondi dicuntur sidera, quae occidunt et a nobis non conspiciuntur. Virg. G. 1, 221. Ante tibi Eoae Atlantides abscondantur. [*Stellas absconsoas ap. Firm. expl. Salm. Exerc. p. 507.] P Abscondere locum aliquem dicuntur, qui recedendo ejus conspectum amittunt. Virg. A. 3, 291. aérias Phaeacum abscondimus arces. Claud. Rapt. P. 3, 140. Sicaniam quaerit, cum necdum absconderit Iden. [*Commemorandum erat, quod Sil. dicit 11, 522. Hic fluvium et campos abscondit caede virorum Ductor i. e. implet, ut cerni vix possint. Id. 17, 49. Scipio — abscondit late propulsis puppibus aequor. Ejusdem generis est Tib. 4, 1, 154. densa tellus absconditur (tegitur) umbra. Cf. Curt. 6, 6.] P Translate Sen. ep. 70. in hoc cursu rapidissimi temporis primum pueritiam abscondimus, [*conspectum amittimus pueritiae et praeterimus eam. Praegressum est: praenavigamus vitam] deinde adolescentiam etc. [*Commutantur passim in libris abscondere et accendere; v. Drakenb. ad Sil. 1, 316. 11, 522.]

ABSCONSE, adv. clam. Hyg. fab. 184. Filium infantem mater absconse ad hospitem mandavit. Firm. Math. 2, 2. Vides quam apte, quam absconse.

ABSCONSIO, onis, f. ἀπόκρυψις. Affertur a Lexicographis quibusdam ex Plin. 8, 16, 19., sed ibi legitur rectius abscondente pro absconstone.

ABSCONSOR, oris, m. ἀποκρύπτης [*verbum nihili] Firm. Math. 3, 8. et 11. Absconsores auri et divitiarum faciet.

Rudd. l. mox c.] *Auct. ad Her.* 2, 13. Coelius iudex absolvit injuriarum eum, qui Lucilium poetam laeserat. Subaudi crimine. *Cic. Verr.* 2, 2, 8. Iste Dionem Veneri absolvit, sibi condemnat [haec sic intelligit Dionem Veneri hereditatem non debere et ea in re absolvendum esse Verres iudicat. Ceterum hoc non debebat reliquis immisceri.] *Ib.* 2, 45. Servus ille innocens omnibus sententiis absolvitur. [**Nep. Iphicr.* 3. eoque iudicio est absolutus. *Ammian.* 16, 11. hi soli innoxii absoluti sunt i. e. non intercepti, feliciter evaserunt.] P Est etiam dimittere, expedire. *Pl. Epid.* 3, 4, 30. Te absolvam brevi. *Id. Most.* 3, 2, 153. Omnino ut te absolvam, nullam conspicio avem. [**In pedestri oratione apud Ammian.* 17, 8. legatos muneratos absolvit; cf. 20, 9, 17, 20. *Mire id.* 15, 4. (Rhenus) vocabulo et viribus absolvitur integris (sc. postquam permeavit paludem pigram) i. e. eodem nomine retento eademque magnitudine fluens progreditur ex ea.] P Absolvere creditorem est soluto, quod debetur, pretio creditorem dimittere. *Ulp. Dig.* 22, 1, 37. Si mutuatus sim pecuniam, ut creditorem tuum absolvam. *Ter. Ad.* 2, 4, 13. Ad forum ibo, ut hunc absolvam [**cf. ib.* 18. et *Pl. Most.* 3, 1, 119.] P Absolvere et liberare ex pignorum domum et possessionem, *Modest. Dig.* 34, 3, 20., h. e. solutis pignorum liberam reddere. P Saepe est perficere, ad exitum perducere, complere. *Cic. Off.* 3, 2. Ut nemo pactor esset inventus, qui Coae Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquisset, absolveret. *Id. Leg.* 1, 3. Neque tam facile interrupta contexto, quam absolvo instituta. P Est autem discrimen inter haec: nam absolvere est rem ad finem quoquo modo perducere; perficere est ita rei finem imponere, nihil ut desit. [**Verum an falsum hoc sit, non audeamus decernere. Nos locis comparatis illis, quos affert ipse Forc., discrimen illud non confirmari persuasum habemus. Cic. quum utrumque conjungit, eam verborum copiam et sermonis numerum spectavit, quo constat eum ceteris excellere.] *Cic. Fin.* 4, 13. Quid est quod a natura absolvi et perfici debeat? *Id. Nat. D.* 2, 36. In omni natura necesse est absolvi aliquid ac perfici. P Absolvere rem paucis, breviter narrare, expedire. *Sall. Cat.* 4, s. fin. De Catilinae conjuratione paucis absolvam [**cf. ib.* 38.] *Id. Jug.* 19, extr. Cetera quam paucissimis absolvam. P Absolvere promissum, [stare promissis]. *Varr. R. R.* 2, 11. P Absolvere fidem, h. e. liberare, cui contrarium est fidem obligare, *Tac. H.* 2, 60. [**In isto l. fidem absolvere est fidei veniam dare, condonare. Vid. Ernest.] P Absolvere diem est vitam finire. *Aeicn. Perieg.* 544. [**Pari modo vita absolvi Ammian.* 25, 3.] P Absolvere litem est dirimere. *Terentian. de Metr. de pentametro versu* p. 2422. *Putsch.* P *Solinus* usurpavit pro evincere, demonstrare. Sic enim habet c. 2. Bacchus absolvit, Gallorum veterum propaginem Umbros esse. [**Absolvere pr. solvere simpl. est Sulpicii Sev. Is h. sacr.* 1, 11. Quod (aenigma) cum a prudentibus Aegyptiorum non posset absolvi. *ib.* 2, 42. absolutis omnium animis. *Id. v. b. Mart.* 6, 11. absolvere (liberare) errore.] P [Particip. *Absolvens* apud *Claud. L. Seren.* 30. *Absolvens* puppisque moras crimenque pudoris. *P. De constr. cf. Rudd.* 11, p. 165. sq. Abs. et exsolvere confundi a libris docet *Drakenb. ad Liv. Epit.* 6.]**

ABSOLUTE, adv. τελέως, perfecte. *Auct. ad Her.* 1, 10. Cum adjumenta nostra exposuerimus, contrariaque dissolverimus, absolute nimirum munus oratorium confecerimus. *Id.* 2, 19. Hisce igitur quinque partibus ut absolutissime utamur, hoc modo tractabimus etc. *Sen. ep.* 52. Fluctuamus inter varia consilia: nihil libere volumus, nihil absolute, nihil semper. *Suet. de Gramm.* 4. Ut illum quidem absolute, hunc mediocriter doctum existimus. *Macrob. Sonn.* Sc. 2, 15. Ut absolutius liqueat. *Cic. Top.* 8. In oratorii artibus, quaestionibus genere proposito, quot sint ejus formae, subjungitur absolute [*hoc est: definite]. Et *Tusc.* 5, 18. *ad fin.* Omnia profluerent, absolute, [*i. e. ut nihil desit. Sic infra: vita absoluta] prospere. [**Hoc loco defenditur alius ejusdem Cic. Fin.* 3, 7, 26. semper feliciter, absolute, (recte de philosophorum ἀνταρξία expl. *Schütz.*) fortunate. Non recte scripsit *Goer.* feliciter, absolute fortunate. Ceterum ex *Cic.* accedat locus *Acad.* 2, 17. perfecte et absolute ita pares.] *Scaevola Dig.* 33, 1, 13. *ad fin.* Respondi, non posse absolute responderi, cum multa oriri possint etc. Et *Plin. praef. hist. nat.* de pictoribus. Quos in libellis his invenies absolute opera et illa quae, quae mirando non satiamur, pendenti titulo inscripsisse, ut: *Apelles faciebat aut Polyctetus*, tanquam inchoata semper arte et imperfecta: — tria non amplius, ut opinor, absolute (definite, tanquam ad finem perducta) traduntur inscripta: *Ille fecit* — quo apparuit, summam artis securitatem auctori placuisse. P Item breviter. *Auson. ep. ad Prob.* 16, 7. Possam absolute dicere, sed dulcius circumloquar. [**Ammian.* 23, 6. utque absolute dicatur. *cf. id.* 29, 1.] P Absolute proferre seu construere verbum aliquid est illud usurpare sine casu. *Prisc.* 18, p. 1160. P. et 8, p. 795. Ceterum cf. absolutus.

ABSOLUTIO, onis, f. ἀπόλυσις, liberatio a cri-

mine. *Cic. Cluent.* 27. Sententiis decem et sex absolutio confici poterat. *Id. Cat.* 3, 4. Absolutio virginum. *Id. Fam.* 3, 11. Absolutio majestatis. *Suet. V.* 16. Reis absoluteiones venditare. *Just.* 9, 4. Absolutionem dare. P Item perfectio, τελέωσις. *Cic. Or.* 1, 28. Hanc absolutionem perfectionemque in oratore desiderans. *Id. Inv.* 2, 9. Habitus in perfecta et constanti aut animi corporis absolutione consistit. [**ib.* 1, 30. ut ad inventionem argumenti absolutio etiam argumentandi adjungeretur.] P Pertinet etiam ad rem oratoriam. *Id. Inv.* 1, 22. Partitio debet habere breviter, absolutionem, paucitatem etc. Absolutio est, per quam omnia, quae incident in causam, genera, de quibus dicendum est, amplectimur. P Pro debiti liberatione. *Modest. Dig.* 46, 4, 1. Acceptilatio est liberatio per mutuum interrogationem, qua utriusque contingit ab eodem nexu absolutio. *Pallad.* 1, 6. a. med. Gravem creditorem patitur, cui sine spe absolutionis adstrictus est.

ABSOLUTORIUS, a, um, adj. ad absolvendum a crimine et liberandum pertinens. *Suet. Aug.* 33. Duas tabellas, damnatoriam et absolutoriam, cognoscitibus dedit. *Ascon. in fine commentar. pro Mil. Absolutoriae sententiae.* [*Caj. Inst.* 4, 114. Absolutoria judicia. *F.*] Adde *Sen. Excerpt.* 6. *contro.* 5. P Item pertinens ad liberandum quocumque modo. *Plin.* 28, 6, 17. Clavum ferreum defigere, in quo loco primum caput defixerit corruens morbo comitiali, absolutorium ejus mali dicitur. *Intell. remedium.*

ABSOLUTUS, a, um, part. ab *absolvo*, solutus, ἀπολυμένος. *Plin.* 11, 37, 65. Ranis prima (lingua) cohaeret, intima absoluta a gutture. *Id.* 36, 22, 45. de lapide speculari. Sed majori parte fossilis natura, absolutus segmenti modo, h. e. divisus, separatus. *Prud. in Romano* 1110. Absolutus vineulis. P Item judicio liberatus, ἀπόλυτος, ἀπετος. *Cic. Verr.* 2, 1, 29. Absolutus improbitatis. *Id. Cluent.* 24. Unius sententia absolutus. *Nep. Mil.* 7. Capituli absolutus. [**Hoc quomodo intelligendum sit, disce ex ejusd. Paus.* 2.] P Item completus, ad finem perductus, [**opp. inchoatus. Suet. Caes.* 4. *Cl.* 3.] *Cic. Q. Fr.* 3, 1, 4. Absolutum offendi in aedibus tectum. [**Suet. Caes.* 46. absoluta villa. *Varr. R. R.* 2, 8. liba absoluta (parata). *Suet. Tit.* 10. absolutus spectaculis.] *Martial.* 1, 83. de portico. En quanto jacet absoluta casu! h. e. dejecta, diruta atque adeo finita. [**Huc referendum fortasse, quod Cic. dicit pr. Planc.* 31. nihil in Cispio proficisci; absolutae jam sunt preces tuae. Sed ibi auctore *Manutio*, suasore *Graecio*, *Ernest.* reposuit *obsoletae*. Sed ap. *Lucan.* 7, 869. quum verba: quid totum premitis, quid totum absolvitis orbem, sic nonnulli explicant, ut abs. sit *funditus diruere*, non probamus. Est hoc potius totum orbem malis urgere, ut nulla ejus pars integra maneat et intacta.] P Item perfectus, τέλειος. *Cic. de Fin.* 2, 27. Neque appellatur vita beata, nisi confecta et absoluta. [**Id. d. Or.* 3, 49. conversiones absolutas dicit periodos numerosas et omni ratione perfectas. *Cf. Or.* 51. absolute concludere orationem h. e. perfecte, numerose.] *Plin. ep.* 9, 38. Legi librum numeris omnibus absolutum. [**Cic. omisso hoc verbo varium et elegans omni fere numero poema dicit Acad.* 1, 3, 9.] *Quintil.* 1, 1. *in fin.* Quo sit absolutus os et expressor sermo. *Plin.* 35, 10, 36. n. 6. Pinxit et heroa absolutissimi operis. *Id.* 9, 5, 4. Absoluta similitudo. *Id.* 10, 22, 29. Absoluta nigritia. [**Absoluta ingenia Aurel. Caes.* 15, 3. v. *Lindenbr.* ad *Ammian.* 14, 10.] P Item simplex sine adjunctione. *Cic. Inv.* 2, 57. Hoc mihi videor videre, esse quasdam cum adjunctione necessitudines, quasdam simplices et absolutas [**opponitur h. l. necess. absoluta necessitati quam vulgo hypotheticam appellamus. — Est vero etiam simplex alia ratione, i. e. non fucatus. Ammian.* 14, 10. veritatis sermo absolutus et simplex; *id.* 21, 16. 30, 2. responsum absolutum et unius modi. P Absolutus i. q. liber. *Pallad. d. r. r.* 1, 3. loca ab infimis vallibus libera et nebulorum noctibus absoluta. *Id.* 4. *Nov. tit.* 12. absoluta tempestatibus et impedimentis omnibus dies.] P Absoluta causa *Ulpian. Dig.* 37, 10, 3. a. med. est certa et aperta, et opponitur ambiguae. [**Simile est ap. Cic. de inv.* 1, 11. Absoluta (constitutio) est, quae ipsa in se continet juris et injuriae quaestionem; assumptiva, quae ipsa ex se nihil firmi dat ad recusationem, foris autem aliquid defensionis assumit. *Cf. ib.* 2, 23. *Herenn.* 1, 14, 2, 13. Et *id. Part. or.* 26, 94. Conficiens autem causa alia est absoluta et perfecta per se, alia aliquid adjuvans et efficiendi socia quaedam. Ap. eundem *Inv.* 1, 12. absoluta quaestio est ea, quae tantum unum habet oppositum, ut si quaeratur a Corinthiis bellum indicendum sit an non.] P Vera et absoluta donatio *Paulo Dig.* 39, 6, 34. est simplex et sine ulla conditione, quaeque ita proficiscitur, ut nullo casu revocetur. P Absolutus creditor est, qui soluta pecunia dimittitur. *Pl. Aul.* 3, 5, 43. Jam hosce absolutos censeas; cedunt, petunt. [**P. In absoluto dicebatur remansisse ager, qui non erat limitatus neque assignatus, alibi in soluto. V. Salm. Exerc.* p. 480.] P Absolutum verbum dicitur a Grammaticis, quod, ut ait *Prisc.* 8, p. 795. P., per se profertur et sine casu. Adde 18, p. 1165.

Praeterea *Diomed.* 1, p. 333. vocat absoluta ea verba, quae perfectae actionis significationem habent, ut *caleo*, *horreo*, quemadmodum *inchoativa* vocantur, quae imperfectum aliquid significant, ut *calesco*, *horresco*. P Absoluta nomina aut pronomina ap. eosdem Grammaticos sunt ea, quae per se aliquid significant, nec egent alterius nominis conjunctione, ut *deus*, *ratio*. *Prisc.* 2, p. 581. P. et 17, p. 1062. P Praeterea absoluta adjectiva sunt, quae positiva dicuntur ab iisdem Grammaticis. *Quintil.* 9, 3. Utimur vulgo et comparativis pro absolutis, ut cum se quis infirmiore esse dixerit. P [Sup. *Absolutissimus* ap. *Auct. ad Her.* 2, 28. *Absolutissima* et perfectissima argumentatio. *F.* [**cf. ib.* 24. *Plin. ep.* 1, 20. actio absolutissima 6, 17. liber absolutissimus.]

ABSÓNANS, tis, part. ab *inuit. absone*, idem quod *absonus* vel *abhorrens*. *Justinian. Institut.* 2, 25. Nec *absonans* a juris ratione codicillorum usus esset.

ABSÓNĒ, adv. *absone* voce, insuaviter, prave. *Apul. Apolog.* Versus *absone* et indocte pronuntiare. P Translate *Gell.* 15, 25. Cn. Martius in mimiamibus suis non absurde neque *absone* finxit *recentatur*, pro eo quod Graeci dicunt *ἀναειδύα*. *Arnob.* 2, p. 52. Non est *absone* suspiciatus.

ABSÓNUS, a, um, adj. a recto sono alienus, discrepans, ἀνασος. *Cic. Or.* 3, 11. Vox extra modum *absone* atque absurda. Et 1, 25. Sunt quidam aut ita lingua haesitantes, aut ita voce *absoni*, ut etc. *Nonius* 2, 27. hoc loco *absonus* interpretatur *sine sono*, quod non placet. P Translate est disconveniēns, alienus. *Hor. A. P.* 112. Si dicentis erunt fortunis *absone* dicta. *Liv.* 1, 15. Haec ferme, Romulo regnante, domi militiaeque gesta; quorum nihil *absonus* fidei divinae originis fuit. *Id.* 7, 2. Nec *absoni* a voce motus erant. *Lucret.* 4, 518. Prava, cubantia, prona, supina atque *absone* tecta, h. e. non respondentia ceteris aedium partibus. [**De constr. dicit Drakenb. ad Liv.* 7, 2.]

ABSORBĒO, bes, bui, usitatus quam absorpsi, absorptum, a. 2. *καταβύω*, sorbendo *absumo*; proprie de rebus liquidis dicitur. *Plin.* 22, 25, 70. Lens optima, quae maxime aquam absorbet. [**Curt.* 7, 5.] *Id.* 9, 35, 51. de Cleopatra. Detractum alterum (*unionem*) mersit ac liquefactum absorbit. [**Eodem verbo de eadem re utitur Macrob. Sat.* 2, 13. et *Hor. Sat.* 2, 3, 240. quamquam ibi al. *exsorberet*, al. *obsorberet* exhibent. *V. Bentl. et Fea* ad *h. l.* Sic etiam in altero *Horat.* loco nunc editur *obsorberet*. *V. Hdf.] Hor. Sat.* 2, 8, 24. Absorbere placentas. P Dicitur etiam de aliis rebus, ut de aquarum inundatione. *Luc.* 4, 100. Absorpsit penitus rupes, h. e. undis contextit, demersit. De mari *Cic. Phil.* 2, 27. Oceanus vix videtur tot res tam cito absorbere potuisse. [**cf. Curt.* 4, 2.] P Translate. [**Pl. Bach.* 3, 3, 67. de meretrice: quae acerrime atque aestuose absorbet, ubi quemque attingit. Imaginis eadem est ratio, ut in sqq. *Cf. Catull.* 68, 107. tanto te absorbens vortice amoris Aestus, quem attulit *Furl.] Cic. Brut.* 81. Hunc quoque absorbit aestus quidam non insolitae adolescentibus gloriae. [**cf. Acripio.] Id. Leg.* 2, 4. Ne aestus nos consuetudinis absorbeat et ad sermonis morem usitatus trahat. *Id. Sect.* 6. Quodammodo absorbet orationem meam [*ita ad se trahit, ut reliqua non possim absolvere. — Insignis est locus *Cic. de rep.* 2, 5. ubi sermo est de Roma in Tiberis ripa posita: urbem perennis annis — posuit in ripa, quo posset urbs et accipere ex mari, quo egeret, et reddere, quo redundaret; eodemque ut flumine res ad victum cultumque maxime necessarias non solum mari *absorberet*, sed etiam invectas acciperet ex terra. Ubi quum, an non recte scribar *absorberet*, non pauci dubitent, *Moserus* autem *arcesseret* ediderit, egregie *Beierus* in *Jahn. Annal. phil.* T. III. F. III. p. 26. sq. illud defendit, urbem cordi, fluvium caeve venae in corpore humano res ad victum et cultum necessarias urbi advehentem, quae sicut cor succum quo alimur, absorbeat (*cf. d. nat. D.* 2, 55.) comparari docet, dativumque ex analogia verbi *demere* aliorumque recte se habere ostendit.]

ABSORPTĪO vel Absortio, onis, f. sorbitio. *Suet. Ner.* 27. Quorum uni mellita quadragies HS constitit, alteri pluris aliquanto absorptio rosaria. Ita legitur in quibusdam codicibus, in aliis omnino aliter. Est enim locus non unis interpretum conjecturis valde vexatus. [**In aliis libris deest hoc verbum, in aliis scribitur absirtio (absyrtio). Al. exhibent ab Syrtio. Casaub. et Torrent. aspersio rosaria coniecerunt. Pro mellita libri mitellita praebent, idque tuetur Salm.]*

ABSPELLO et rectius Aspello, is, uli, ulsum, a. 3. repello, arceo, removeo, ἀποθῶ. *Cic. vertens e graeco versus Aeschyl. Tusc.* 2, 10. Sed longe a leto numine aspello Jovis. *Pl. Merc.* 1, 2, 5. Eos qui adversum eunt, aspello, detruo, deturba in viam. *Id. Capt.* 3, 3, 4. Aspelle metum alicui. Adde *Trin.* 3, 2, 46. P Hinc est part. *Abspulsus*, quod affert *Fronto de different. vocabul.*, sed nullo confirmat latini scriptoris exemplo. P Legitur etiam *Abspello* in quibusdam *Cic.* et *Plauti* codicibus.

ABSTINEO, es, ui, entum, a. 2. ἀπέχεσθαι, cohibeo, contineo, tempero: ex *abs* et *teneo*. Cic. Brut. 1, 17. Ut se maledictis non abstinereat. Id. Fin. 3, 11. Quo minus homines nullo dedecore se abstineant. Id. Fam. 7, 26. Qui me ostreis et muræis facile abstinerebam. Hor. A. P. 414. Abstinit Venere et vino. [*Eutrop. 3, 3. bello.] Suet. Tit. 7. Abstinit alieno, ut si quis unquam. Id. Tib. 71. Sermone Graeco abstinit. Tac. A. 3, 3. Tiberius et Augusta publico abstinerunt. [*Suet. Aug. 65.] Cic. Acad. 2, 17, 55. A quibus ne tu quidem jam te abstinebis. Auct. dial. de or. (qui a quibusdam Quintil. ab aliis Tacito tribuitur) 40. Cum plurimi ne a P. quidem Scipione aut Sulla abstinerint. [*His, si opus esset, multa possent addi. Varia enim omnino hujus verbi est ratio. Cf. Suet. Caes. 14, 24. Aug. 52. Cl. 12. Justin. 1, 1. imperio abst. V. Drak. ad Liv. 38, 16. Ovid. Met. 10, 532. abstinet coelo i. e. non adest in coelo (de Venere). Liv. 29, 25. abstinere numero, i. e. numerum non afferre. Sic abst. nominibus (reticere nomina) Curt. 6, 9. Tac. A. 13, 14. principis auribus abstinere i. e. parcere. Commemorandum erat Virgillii quoque locus Aen. 2, 534. Non tamen abstinit nec voci iraque peperit, ubi quod absolute dixit *abstinit*, significat: non potuit a se impetrare, se continere, quin loqueretur.] P. Cum infin. Suet. Tib. 23. Quando ita praefari non abstinerit. Pl. Curc. 1, 3, 24. Dum mihi abstinere invidere. [*cf. Sil. 12, 44.] P. Cum particula *quo minus* et conjunctivo. Suet. de Gramm. 3. Ut ne clarissimi quidem viri abstinerint, quo minus et ipsi aliquid scriberent. [*Cum partic. quin. Liv. 2, 45. aegre abstinent, quin castra oppugnent. Cum partic. ne. Id. 3, 11. multum — se abstinebant, ne — offerrent.] P. Poetice cum genitivo, more Graecorum. Hor. Od. 3, 27, 69. Abstineti irarum calidaeque rixae. [*Ter. Heaut. 2, 3, 132. gemitus, sereatus, tussis, risus abstinere. At hic est accus. Cf. antec. Sed similia vid. ap. Rudd. II. p. 120.] P. Cum accus. rei. [*est enim v. activum, atque hoc prius a Forc. commemorandum erat; tum demum ii poterant loci afferri, in quibus vim habet neutrale] significat accere, cohibere, avertere. Cic. d. Or. 1, 43. Ab alienis mentes, oculos, manus abstinere. Liv. 1, 1. Duobus, Aenea Antoneque, omne jus belli Achivos abstinuisset. [*Ita sine praepos. etiam Hor. Sat. 2, 3, 202. abstinit vim uxore. Cf. Ovid. Met. 8, 751. Ter. Hec. 1, 2, 64. et v. Drak. ad Liv. 5, 43. Burm. ad Petron. 112. p. 519.] Id. 7, 27. Ab aede tantum Matutae abstinerere ignem. Id. 42, 26. Non aequum eum facere, qui ab sociis suis non abstineret injuriam. Pl. Rud. 2, 4, 11. Potin' ut me abstinere manum? Id. Most. 4, 2, 17. Abstinere jam sermonem de istis rebus. P. Etiam cum accus. personae [*exempla nonnulla jam supra attulit]. Liv. 8, 24. de Alexandro Epuri rege: Quamquam Romano bello fortuna eum abstinit. [*Pl. Amph. 3, 2, 45.] Id. 2, 22. Recens accepta clades Latinos ne ab legatis quidem violandis abstinit. [*Id. 2, 16. Ne ab obsidibus quidem iram belli hostis abstinit. F. *cf. Caes. b. g. 7, 47.] Mart. 9, 86. Non se, convivas abstinet ille suos, h. e. ipse non abstinet a conviviis, sed convivas non vocat. [*Sic optimi quique scriptores, cf. Davis. Oudend. et Herz. ad Caes. b. g. 8, 44. Drak. ad Liv. 2, 22, 45. Burm. ad Quintil. Decl. 12, 10. Hinc etiam pass. Liv. 5, 50. ut auro abstineretur. Sall. fr. hist. 3, 11. p. 78. tergis abstinetur. cf. infra. Ceterum nota, quod Pallad. dixit 3. Febr. tit. 24. si se imber abstineat, i. e. si non pluatur.] P. Cum solo accusativo [*at ita etiam in Ter. loco quem supra affert] pro coercere, cohibere, continere. Cato ap. Festum in Repastinari. Ego jam a principio in parsimonia atque in duritia atque industria omnem adolescentiam meam abstini. P. *Abstinerere manus a se* vel *ab aliquo* saepe refertur ad necem. Cic. Tusc. 4, 37. Alexander cum interesset Clitum, vix a se manus abstinit. [*Cf. Vat. 4. Tibull. 1, 3, 4. Abstineas avidas, Mors — manus. Sed ap. Tac. H. 2, 43. non abstinere manibus est i. q. alicui vim inferre.] P. Ap. Jctos *abstinere hereditate* dicitur heres, qui sibi jure debitam hereditatem adire recusat. Pomp. Dig. 29, 2, 11. Impuberibus liberis omnimodo abstinendi potestas sit. Julian. ib. l. 44. Quoties pupillus patri heres extitit et abstinit se hereditate. P. Dicitur etiam tutor *pupillum abstinere hereditate*, cum ab ea adeunda revocat. Papin. Dig. 27, 3, 18. Cum tutor pupillum paternam hereditate abstinereat. Scaev. Dig. 12, 6, 61. Tutores pupillum abstinerunt. P. Hinc Part. *Abstentus*, quod v. supra suo loco. P. *Abstinerere*, in ediam pati. Cels. 2, 12. med. Pridie abstinere debet aeger, ut aptus tali curationi sit. Col. 8, 5. Pulli abstinere debent, dum concoquant [*quod id. ibid. dicit pullos — aqua ciboque abstinere. Cf. id. 6, 7, 26. 8, 5. Pallad. 6. Maj. tit. 7.] P. *Abstinerere*, carere, immunem esse. Pl. Aut. 4, 1, 15. Qui ea curabit, abstinerebit censione bubula. P. *Abstinerere* aliquem, ab ecclesia separare, est Cypr. ep. 39. P. Et impersonaliter. Liv. 5, 50. Ut sacro auro abstineretur. Id. ib. 21. Ut ab inermi abstinereatur. P. Part. *Abstinentus* ap. Col.

6, 7. Bos primo die cibo abstinentus. Sen. ep. 75. Urendus, secandus, abstinentus sum. Pl. Trin. 2, 1, 30. Amor procul adhibendus est atque abstinentus. [*Confunduntur in libris *abst.* et *absterrere* (v. h. v.) et *absistere* (Drak. ad Liv. 31, 17, 10).]

ABSTO, as, stiti, n. 1. ἀποσταῖν, longe sto. Hor. Art. P. 361. Ut pictura poesis erit, quae, si propius stes, Te capiet magis, et quaedam, si longius abstes. Adde Ep. 1, 18, 58. [*At ibi *abstes* mera est Bentleyi conjectura nullo apto confirmata argumento. Vulg. *absis* rectissime se habet. Ap. Pl. quoque Epid. 5, 2, 9. fuerunt, qui *prope abstes* scribendum esse conjecerunt.]

ABSTOLLO, V. in ABSTULO.

ABSTRACTIO, onis, f. Legitur ap. Dictyn Creten. 1, 4. abstractio conjugis animum permoverat, sed is in latina lingua dubiae admodum est auctoritatis.

ABSTRACTUS, a, um, part. ab *abstraho*. Cic. Tusc. 4, 17. Animus abstractus ab integra certaque ratione. Id. Divin. 1, 31. A corpore animus abstractus. [*Sermo ibi est de vatibus, quorum animus divina quadam vi incitatus corporis vinculis solutus ad altiora evahitur.] P. Item vi abductus. Stat. Achill. 1, 152. ipsi mihi saepe queruntur Centauri raptasque domos abstractaeque coram Armenta. Virg. A. 8, 263. Abstractae boves. [*Or. Met. 3, 696. — Tac. A. 4, 13. paternis adversis foret abstractus i. e. in perniciem datus. Cf. Hist. 4, 2.] P. Abstracta quantitas dicitur ab Isid. Orig. 2, 24. quam intellectus ut a materia separatum considerat: quae loquendi ratio valde est scholis philosophorum familiaris.

ABSTRAHO, is, axi, actum, a. 3. avello, abduco, abripio, ἀποσπῶ, ἀγαγέω. Plin. 9, 45, 69. Spongiae ubi avulsores sensere, contractae multo difficilius abstrahuntur. Liv. 3, 44. Sequi se jubent cunctantem vi abstrahitur. Ter. Andr. 3, 2, 39. Quis igitur eum ab illa abstraxit, nisi ego? [*cf. 1, 5, 8.] Cic. Coel. 24. Cum Metellus abstraheretur e sinu gremioque patriae [*s. praep. Or. Met. 13, 658.] Id. Font. 17. De matris conspectu avellere et abstrahere. Liv. 39, 49. Abstrahere alicquem ex oculis hominum. Id. 37, 27. med. Abstrahere naves et portu. Al. leg. a portu. [*Sic recte Drak. Sed idem ostendit, recte dici posse abstrahere ex, afferens 39, 49. abstr. ex oculis hominum.] Or. Her. 16, 154. Quam tu de thalamic abstrahere meis. Pl. Men. prol. 66. Abstraxit hominem in malam crucem. [*Liv. 29, 6. Rhegium abstracti fuerant. Cf. Ter. Ad. 5, 3, 57.] Caes. b. g. 7, 14. Abstrahere liberos in servitutum. Curt. 3, 2. Abstrahere alicquem ad supplicium capitale. [*Cic. Fam. 10, 18. si quos milites a Lepido abstraxissent i. e. a Lepido in suas partes traduxissent.] Et translate Cic. Brut. 68. Nisi eum majoris gloriae cupiditas ad bellicas laudes abstraxisset. [*Nep. Dat. 4. Datames etsi a majore re abstraheretur (a majore re, quam moliebatur, avocabatur).] P. Cum ablativo sine praepos. Tac. A. 2, 5. Ut ea specie Germanicum suctis legionibus abstraheret. P. Translate Cic. Dejot. 14. Abstrahere a sollicitudine. Id. Divin. 1, 37. A sensu mentis abstrahere. Id. Or. 1, 18. Abstrahi a consuetudine. [*cf. Arch. 6.] Sall. Jug. 31. A bono honestoque in pravum abstrahi. [*Non omnittendus erat locus Sall. Jug. 45. omnia in duas partes abstracta erant. — Cum pron. person. Cic. Brut. 74. Cotta se valde dilatandis literis a similitudine graecae locutionis abstraxerat (ab ea recesserat). Sonn. Scip. 9. animus quam maxime se a corpore abstrahit. Ter. Hec. 3, 1, 17. vix me hinc abstraxi (explicui, evasi) atque impeditum in eo expediti animum — hem nova res orta est, porro ab hac quae me abstrahat.] P. *Abstraxe* pro *abstraxisse* dixit Lauret. 3, 65.

ABSTRACTUS, a, um, part. ab inusit. *abstringo*. Quidam afferunt locum Livii 24, 7. Tanquam laxaret elatum pedem abstracto nodo. [*Volunt esse abstringo id. q. solvo.] Sed rectius leg. alii *abstricto* nodo.

ABSTRITUS, a, um, part. ab inusit. *abstero*, detritus: ab *abs* et *tritrus*. Hieron. ep. 22. Eustoch. n. 29. Viduae otiosae et curiosae, quae rubore frontis abstrito parasitos vincunt mimorum, h. e. perfricta fronte. [Alii leg. *attrito*. F.]

ABSTRUDO, is, usi, usum, a. 3. ἀποσπῶ, ἀποσπῶν, abscondo, iustus abdo, de industria celo, ut Sere. ad Aen. 6, 7. exponit. Pl. Aut. 4, 6, 13. Aurum ubi abstrudat senex. [*4, 5, 3. 8, 7.] Cic. Acad. 2, 10. Naturam accusa, quae in profundo veritatem penitus abstruderit. Id. Att. 12, 15. Mane me in silvam abstrusi densam et asperam. Tac. A. 4, 69. Tectum inter et laquearia tres senatores ses cabstrudunt. Ib. 3, 6. Abstrudere tristitiam. [*ib. 15, 5. metum.] P. Joculariter Pl. Rud. 4, 3, 68. Jam in cerebro colaphos abstrudam tuo [*i. e. colaphos tibi infringam, qui quasi usque ad cerebrum propter vehementiam penetrent.]

ABSTRUO, is, a. 3. ἀποσπῶν. Tertull. adv. Marc. 4, 27. Negat lucernam abstruendam, sed confirmat super candelabrum proponendam. Id. de Praescr. 26. Ipse docebat lucernam non sub medio abstrui solere, sed in candelabrum constitui. Al. leg. abstrui.

ABSTRUSIO, onis, f. Arnob. 5. p. 183. Seminis abstrusio.

ABSTRUSIUS, adv. plus abditte. Ammian. 28, 1. *prope fin.* (al. c. 11.) Inter reos recepti vocatque edictis semet abstrusius amandarunt.

ABSTRUSUS, a, um, part. ab *abstrudo*, abditus, reconditus, ἀπόκρυφος. Cic. Agr. 2, 18. Penitus abstrusas insidias alicui ponere. [*cf. ib. 1, 4. Id. Dom. 10. reconditus et penitus abstrusus dolor. Or. Her. 7, 147. abstrusa terra.] Plin. Pan. 45. Otio aut situ abstrusus et quasi sepultus. Id. ib. 63. Abstrusus atque abditus. Suet. Vit. 16. Abstrusus gestatoria sella. Virg. A. 6, 7. semina flammae Abstrusa in venis silicis. [*cf. Georg. 1, 135.] Vellej. 2, 129. Serpens abstrusa terrae. Apul. Met. 3. Propter invisos mores in solitudinem semper abstrusa illa quidem, sed paulo abstrusior [*h. e. paulo altius petita, reconditor. Addimus Claud. de Mall. Theod. Cons. 148. melius magnoque petendum Credis in abstrusa rerum ratione morari? Dicitur de eo, qui remotus a publica luce literis et rerum contemplationi operatur.] P. *Abstrusus homo* dicitur, qui consilia sua magnopere tegit. Tac. A. 1, 24. Abstrusus et tristissima quaeque maxime dissimulans Tiberius. P. *Esse in abstruso* ap. Ammian. 17, 7. (al. 15.) est ignotum esse. In abstruso situm esse, absconditum tectumque esse, Pl. Poen. 1, 2, 129.

ABSTULO, is, pro *aufero*, ab obsoleto *tulo*, [quod v.] et ipsum obsoletum est. Pl. fragm. ap. Diom. 1. p. 376. P. Aulas abstulas. Al. leg. *abstollas*: ut sit *abstollo*, is, ut *contollo*, *attollo*. Sic Pacuv. ib. p. 378. Custodite hunc vos, ne quis eum abstollat neve attingat. Sed Charis. legit *vim attollat*: et Non. 4, 35. *ne cum quis attollat*.

ABSUETUDO, imis, f. desuetudo. Apul. Apol. Mulier sancte pudica, absuetudine conjugis torpens.

ABSUM, abes, abfui, anom. ἀβῆμι, remotus sum, disjunctus sum, ex *ab* et *sum*: significat distantiam tum personae, tum rei. Ter. E. 3, 5, 53. Ita ut fit, domini ubi absunt. Cic. Fam. 2, 1. Te abfuisse tandiu a nobis dolui. Id. Fam. 4, 6. Et domo absum et foro. [*Acad. 1, 1. quum villa abessemus.] Id. Planc. 27. Nunquam ex urbe abfuit, nisi forte necessitate. Pl. Epid. 5, 2, 16. Abesse ab domo. Or. Rem. amor. 773. ibas sine conjuge Creten, Et poteras nupta lentus abesse tua. [*In multis horum locorum abesse est *peregre esse* et *proficiscendi* vim in se habet (ἀποδηΐν). Hinc Suet. Tib. 38. praeterquam in propinqua oppida nusquam afuit. — Praeterea addimus Ovid. Met. 3, 563. jussis mora abesto. 9, 632. mox ubi finis abest i. e. non desinit idem facere. Cf. ib. 12, 87. Curt. 3, 2. ratus pluribus curam, omnibus afuisse fortunam (destitutos fuisse). Denique Pl. Trin. 4, 3, 5. si aberis ab heri quaestione i. e. si non aderis, cum herus te quaeret. Sed ibi al. *abieris*.] P. Cum casibus temporis et distantiae. Cic. Fam. 4, 3. Etsi abfui magnam partem consulatus tui. Id. Sext. 12. Edixit, ut ab urbe abesset millia passuum ducenta. Id. Att. 5, 16. Castra, quae aberant biduum. Ib. 8, 14. Loca quae absunt biduum aut triduum. [*Virg. A. 11, 907. nec longis inter se passibus absunt. — Accuratus notanda erat v. *abesse* cum dat. constructio, ubi *abesse* est *disjunctum esse, non adesse in aliquo vel apud aliquem*, cujus nonnulla exempla reliquis immixta infra attulit noster. Vid. Cic. Leg. 1, 2, 5. Brut. 80. et ap. eund. Offic. 1, 14, 43. cum vulgo legeretur tantum abest ab officio, Gernh. cum plurimis libris omisit praepositionem, *officio* pro dativo habens. Saepissime ita poetae. Tib. 1, 5, 2. at mihi nunc longe gloria fortis abest. Cf. Hor. Od. 1, 9, 17. 3, 24, 64. Ov. Met. 14, 371. ubi vulg. *regis*; ut absteineamus iis locis, in quibus etiam ablativi potest esse forma, nos tamen dativum putamus esse.] P. Cum adv. *longe, prope, procul, multum, parum* [*at male et barbare dicunt *parum abest quin*. Parum est non satis.] Ex Suet. Ner. 28. quod afferunt: parum abfuit quin — recte ibi legitur *paulum*. Dicendum est igitur non *multum, paulum* (Caes. b. c. 2, 35. *minimum ab*. Suet. Aug. 14.) *abest*, vel *prope est ut* (Liv. 2, 65.) et similibus. Id. Att. 6, 3. Tu autem abes longe gentium. Id. ibid. 1, 1. Quoniam propius abes. Id. Fam. 3, 5. Procul enim aberam ab re ipsa et locis. [*Ter. Heaut. 4, 2, 1. haud multum (permultum Bent.) a me aberit infortunium.] P. Translate Caes. ad Cic. post ep. 16. l. 9. ad Att. Nihil a me abesse longius [*i. e. nullo me minus vitio laborare] crudelitate. Cic. Acad. 1, 36. Longe aberit, ut argumentis credat philosophorum. [*pr. R. Dejot. 13. Quod abest longissime i. e. omnium minime fit.] Id. Fam. 6, 2. Abesse [*liberum esse] a culpa. Id. ibid. 12, 22. Quidquid acciderit, a quo mea culpa absit, animo forti feram. Id. Or. 1, 60. Abesse a sententia aliqua [*non probare]. Id. Divin. 1, 21. a consuetudine [*somniaurum, i. e. abhorre]. ut Att. 8, 23. a consilio fugiendi; et sic saepe apud Ciceronem. Cf. Fin. 3, 2, 6. ab eo plurimum absum (minime volo). Similia v. ap. Nep. Ages. 5. Tim. Att. 1, 12. Itidem abhorre explices ap. eundem Epam. 1. abesse ab principis persona. Sallust.

ABVEHO. V. AVEHO.

ABVERTO, is, a. 3. averto, ἀποτρέπω. Pl. Rud. 1, 2, 76. Ab saxo avertit fluctus ad litus scapham. Hirt. B. Hisp. 41. Ut ipse locus ad oppugnandum hostes averteret. Ita quidam codices Plauti et Hirtii (si modo Hirtius est ejus libri auctor): verum plures et meliores habent avertit et averteret [quod quidem multo rectius; nam ex analogia ubique ab ante m et v transit in a. V. Grotefend. gr. II. p. 183.]

*ABUDIACUM. V. ABODIACUM.

ABUNDANS, antis, part. ab abundo, affluens, copiosus, ἐπιπόσιος. Proprie de aquis exundantibus dicitur abundans. Hinc Virg. Georg. 1, 115. incertis si mensibus annis abundans Exit. [*Cic. d. R. P. 2, 19. abundantissimus annis.] Sic Plin. 22, 25, 71. abundantes menses vocat mulierum menstrua largius profluentia. Et Vitr. 5, 9. loca abundantia, h. e. aquis plena dixit. P Saepissime tamen dicitur de re quacumque affluenti. Cic. Brut. 67. Non erat abundans, non inops tamen; non valde nitens, non plane horrida oratio. Id. Quint. 12. Non adesa jam, sed abundanti etiam pecunia. Id. Or. 1, 6. Graeci homines non solum ingenio et doctrina, sed etiam otio studioque abundantes. Id. Pis. 26. Tu abundantior consilio, ingenio, prudentia quam Crassus. Id. Or. 2, 14. Timaeus et rerum copia et sententiarum varietate abundantissimus. [*Suet. Cal. 17. Ner. 42. — Hieron. adv. Jovin. 1, 4. abundantior tristitia.] P Speciatim ponitur pro divite. Cic. Par. 6, 1. Haec utrum abundantis, an egentis signa sunt? Id. Phil. 2, 27. Multa et lauta supellex, non illa quidem luxuriosi hominis, sed tamen abundantis. [*Suet. Aug. 2. abundans patrimonium.] P Cum genitivo Nep. Eum. 8. Via omnium rerum abundans. Virg. Ecl. 2, 20. Quam dives pecoris nivei, quam lactis abundans. Claud. in Eutrop. 2, 380. abundans corporis [*vasto corpore. cf. id. Cons. Hon. IV. 113.] P Ex abundantis, supra id quod necesse est. Quint. 4, 5. Egrege vero Cicero pro Milone insidiosiore primo Clodium ostendit; tum addit ex abundantis, etiamsi id non fuisset, talem tamen civem cum summa virtute interfectoris necari potuisse. Adde Paul. Dig. 33, 10, 9. [*Abundans viri est nomen apud Claud. in Eutrop. 1, 154. et ap. alios.]

ABUNDANTER, adv. copiose, large, περισσῶς. Plin. 24, 9, 42. Fructum abundanter ferre. Suet. Aug. 74. Coenam abundantissime praebere. [*Plin. 5, 9, 10. abundantissime crescere.] Cic. Or. 2, 35. Copiose et abundanter loqui. [*cf. 3, 14. Her. 3. inquit. satis abundanter demonstratum est.] Id. Top. 10. Aliis disputationibus abundantius occurrunt (loci Topici), aliis angustius. Sil. 5, 453. abundanter defusus sanguis. [*Col. 8, 8. abundantius alere.]

ABUNDANTIA, ae, f. ἐπιπόσια, περισσότης. Proprie dici videtur de humoris aut aquae copia aut fluxu. Plin. 24, 18, 104. Abundantia lactis. Et 20, 23, 96. geniturae. Et 27, 12, 79. feminarum, h. e. menstruorum nimis effluxus. ib. 27, 5, 15. Abundantia sanguinis ex vulneribus. [*Plin. Pan. 30.] Vitruv. 5, 9. Abundantia palustris, h. e. copia aquae palustris. P Saepissime usurpatum de qualibet affluentia, ubertate, copia. Plin. 33, 10, 48. Abundantia pecuniae. Tac. Agr. 33. commeatuum. [*Suet. Cl. 40. tabernarum.] Cic. Am. 23. Omnium rerum, quas natura desiderat, abundantia et copia. Id. Fam. 7, 1. Abundantia otii. Id. Fam. 1, 9. Abundantia amoris erga me tui. Id. Fin. 3, 20. voluptatum. [*Flor. 3, 12. Abund. familiarum (servorum). Suet. Cl. 44. abundantiam de cibis nimium sumptis dicit.] P Absolute de divitiarum copia. Tac. H. 2, 94. Tanquam in summa abundantia, pecuniae illudere. Id. Agr. 6. Ludos et inania honoris, moderationis atque abundantiae duxit.

ABUNDANTIO, onis, f. aquae abundantia. Plin. 3, 16, 20. Omnia ex Philistinae fossae abundantione nascentia, scil. flumina.

*ABUNDATURA, ae. Laudant ex Tertull. adv. Marc. 4, 24. per civitates abundanturam circueis (Fr. Junius circumcidens) sicut et egituram per solitudinem struxerat.

ABUNDE, adv. ἐπιπόσιος, abundanter, copiose, affatim, large: ab adj. abundus, ex quo intelligitur ultimam vocalem in versu producendam esse. Cic. Divin. 2, 1. Erit abunde satisfactum toti huic quaestioni. [*Sall. Jug. 90. abunde dictum puto.] Sall. Jug. 102. Parentes abunde habemus; amicorum neque nobis, neque cuiquam omnium satis fuit. [*Cum h. l. cf. ejusd. Cat. 22. mala abunde omnia erant. Id. hist. fr. III. p. 78. ed. Hav. abunde libertatem rati, quia tergis abstinetur, quod recte contra eos, qui libertatem abesse voluerunt (ut ap. Tac. H. 2, 95. abunde ratus si) defendit Wass. Hor. Ep. 1, 4, 10. Gratia, fama, valetudo contingat abunde. Cf. Ramsh. §. 115. N. 1. — Abunde satis conjunxit Hor. Sat. 1, 2, 59.] P Regit et genitivum. Suet. Caes. 86. Se jam pridem potentiae gloriaeque abunde adeptum. Virg. A. 7, 552. Terrorum et fraudis abunde est. P Jungitur etiam adjectivis. Quint. 10, 1. Se abunde similes putent. Sall. Jug. 14. Abunde magna praesidia. [*cf. ib. 1. Plin. praef. voluisse, abunde pulchrum atque magnificum est. Curt. 6, 7. abunde constans

animus.] P Abunde est alicui est satis superque est [*sufficit.] Cels. 1, 3. Huic abunde est, demittere se in aquam calidam. Plin. ep. 4, 30. Mihi abunde est, si satis expressi, quod efficitur. Id. 5, 8. Utrumque tam magnum est, ut abunde sit alterum efficere. [*cf. Colum. 5, 3.] P Gradus Comp. et Sup. adhuc desunt exempla.

ABUNDO, as, avi, atum, n. I. ἐπιπόσιος, περισσῶς. Proprie dicitur de aquis aut humoribus large aut nimis exundantibus et superfluentibus [*unde non raro conjungitur cum vv. affluere, circumfluere etc.] ab undo, as. Tib. 1, 8, 21. Qualis et, arenas cum findit Sirius agros, Fertilis aestiva Nilus abundet aqua. Liv. 5, 15. fin. Quando aqua Albana abundasset. Plin. 18, 22, 51. Ternis fere millibus passuum in omnem partem fons abundat. Lucr. 6, 266. Flumina abundare ut faceret camposque natante. Virg. Georg. 3, 484. Rursus abundabat fluidus liquor. Frontin. Aquaed. 94. Quae ex lacu abundavit, eam nos caducam vocamus. [*Sic etiam Suet. Cal. 57. cruore scena abundavit. — Interdum simpliciter est effluere. Sic Veget. A. V. 3, 4. si parum cruoris abundaverit (ex remibus). Afferunt ad h. l. Scrib. d. comp. 47. abundavit sanguis per nares. — Apul. Met. 7. p. 144. vestis abundat insinus.] P Saepius de quibuscumque rebus copiosis. Cic. Divin. 1, 29. Sive naturae deest quidpiam, sive abundat atque affluit. Id. Sen. 16. Villa abundat porco, haedo, agno, gallina, lacte, caseo, melle. Id. Fam. 10, 10. Abundare honoribus. Id. ib. 16. consilio. Id. Or. 2, 35. copia orationis. Id. Off. 1, 1. praeceptis philosophiae. Id. Fam. 4, 8. ingenio. Ter. Ph. 1, 3, 11. amore. [*Or. Met. 2, 764. caligine. Pl. Stich. 2, 1, 6. ripas superat mihi atque abundat pectus laetitia.] Cic. Leg. 3, 6. Theophrastus abundavit in eo genere rerum. Alii (Goer.) rectius habitavit. P Olim habuit etiam genitivum. Lucil. ap. Non. 9, 6. Quorum et abundemus rerum et quarum indigeamus. P Habet praeterea alios casus vi praepositionis. Cic. Att. 15, 15. Cum ex reliquis, quae nonis April. fecit, vel abundare debeam, cogor mutuari. Lucr. 5, 918. quae de terris nunc quoque abundant Herbarum genera ac fruges arbustaque lacta, h. e. erumpunt, enascentur, et velut exundantes aquae et terra exiliunt. [*Quo consilio hos locos noster attulerit, non satis intelligimus. Hoc enim certe apparet, in iis abund. ex, de non dici pro abundare aliqua re. Neque vero probat hoc Livii locus 5, 34. quod ejus ex populis abundabat, de quo variae sunt VV. DD. sententiae.] P Absolute est divitem esse. Cic. Am. 7. Et absentes adsunt, et egentis abundant, et imbecilles valent. [*Att. 1, 4.] P Inter abundare et redundare hoc interest, quod abundare dicitur quae multa sunt, redundare quae supervacanea. Quamquam haec differentia non semper servatur. Ascon. in illud Cic. Verr. 2, 1, 44. Hoc populus R. non manu vindicasset: confusio locutio: abundare enim videtur non h. e. redundare. P Pro superare, excedere sensu activo. Nerat. Dig. 17, 1, 35. Sic et tua pars artabitur, ut non abundet mandati quantitas. [*V. Duk. d. Lat. Ict. p. 309.] P In antiquis quibusdam codicibus. teste Vossio in Etymol. in Unda, legitur scriptum habundum cum aspiratione ad augendum vocis sonum, ut idem Voss. advertit: quae tamen scribendi ratio non obtinuit.

ABUNDUS, a, um, abundans, copiosus, ἐπιπόσιος. Hinc adv. abunde formatum est. Accius ap. Non. 4, 192. Neque tam abundis fortunis feroc. Al. leg. abundans. Gell. 1, 2. Lavacris nitidis et abundis et collucentibus. Paulin. Nol. in Nat. XIII. S. Fel. ed. Murat. 734. Fluxit abunda tuis aqua potibus atque lavacris.

ABVOLO, as, avi, atum, n. I. volando abeo. Maximian. Gall. 1, 249. Ipse etiam, cunctis rebus gratissima, somnus abvolat. Cic. Fin. 2, 32. Fluit corporis voluptas, et prima quaeque abvolat. Ita h. l. quidam codd.: at meliores et plures avolat.

*ABURUS, nomen gentile Rom. Liv. 41, 15. cf. Drak. ad 39, 4.

ABURO, is, a. 3. uro, comburo. Prud. Hamartig. 787. Ruth dum per stipulas agrestis aburitur aestu. Al. rectius agresti amburitur aestu.

*ABUSINA, oppidum Vindeliciae ad Oenum et Licum. Antonin. Itin.

ABUSIO, onis, f. κατὰχρησις. Hoc nomine designatur figura rhetorica, quam ita describit Auct. ad Her. 4, 33. Abusio est, quae verbo simili et propinquo pro certo et proprio abutitur, hoc modo: Vires hominis breves sunt, aut Parva statura, aut Longum in homine consilium, etc. Et Cic. Or. 27. Abusio, quam κατὰχρησιν vocant, ut cum minutum dicimus animum pro parvo, et abutimur verbis propinquis, si opus est, vel quod delectat, vel quod decet. P Hinc dicere per abusionem, figura abusionis uti. Quint. 10, 1. Per abusionem scarios etiam omnes vocamus, qui caedem telo quocumque commiserint. [*cf. 3, 3.] P Abusio pro malo usu raro admodum invenitur. Salv. Gub. Dei 8. in Deum inertiae et abusionis et iniquitatis accusant. P Quod autem quidam afferunt ex Cic. Att. 11, 22. vini abusio, neque ibi neque alibi adhuc invenit.

ABUSIVE, adv. per figuram abusionis, κατὰχρηστικῶς. Quint. 8, 6. Poetae solent abusive etiam in

his rebus, quibus nomina sua sunt, vicinis potius uti: quod rarum in prosa est. [*Sic etiam Acron ad Hor. Od. 1, 1, 13.] Ulp. Dig. 29, 3, 2. Testamentum proprie illud dicitur, quod jure perfectum est: sed abusive ea quoque testamenta appellamus, quae falsa sunt vel injusta. Id. 47, 10, 15. §. 40. Verberasse dicitur abusive et qui pugnis ceciderit. P Sumitur etiam pro perfunctorie, dicis causa, extra ordinem. Ammian. 24, 4. Cum enim discessurae partes levius concertarent, abusive incusso ariete, sternitur omnibus altior turris.

ABUSIVUS, a, um, adj. per abusionem dictus, κατὰχρηστικός. Auct. Paneg. ad Constantin. 4. Nomen ipsum abusive appellacione mutilatum.

[ABUSOR, oris, m. qui rebus suis male utitur. Salv. Gub. Dei 8. p. 296. Perditorum hoc adolescentum speciale convivium est, ut abusores scilicet et incuriosi ac negligentes rerum suarum esse dicantur. F.]

ABUSQUE, usque ab, praepositio ablativum casum regens, poetica magis quam oratorum propria. Scribi potest etiam divisim ab usque [non]. Virg. A. 7, 288. classemque ex aethere longo Dardaniam Siculo prospexit abusus Pachyno. [*Add. Pl. Amph. 1, 1, 97. abusus mane ad vesperam. Claud. in Eutrop. 2, 103. Sic etiam Solin. de quo v. Salm. Exerc. p. 833. et omnino posterioris aevi scriptores. Cf. Rudd. II. p. 286. et in praep. A. Adusque, Inusque.] Apul. Apol. Abususque Oceanis finibus. Tac. A. 15, 37. Animalia maris Oceano abususque petiverat.

ABUSUS, a, um, part. passivae significationis. V. ABUTOR.

ABUSUS, us, m. διατέλη, absumedo, absumptio, quae utendo fit. Cic. Top. 3. Non debet ea mulier, cui vir honorum suorum usumfructum legavit, cellis vinariis et oleariis plenis relictis, putare id ad se pertinere: usus enim, non abusus legatus est; ad quem locum v. Intpp. Hinc ab JCTis res esse in abusu dicitur, quae usu omnino consumuntur et pereunt. Ulp. Dig. 7, 5, 5. Quae in usufructu pecuniae diximus vel ceterarum rerum, quae sunt in abusu, eadem et in usu dicenda sunt. Id. ib. l. 7. Idem de ceteris rebus, quae abusu continentur, intelligimus. Adde ib. 8, 12. et 12, 2, 11. v. ABUTOR.

[ABUTA, ae, f. nomen muliebre. Inscr. ap. Grut. 718, 6. Abutae matri Appianus Severus. F.]

ABUTOR, eris, abusus sum, dep. 3. κατὰχρηστικῶς, παραχρηστικῶς, male utor, perperam adhibeo. Cic. Cat. 1, 1. Quosque tandem abutere, Catilina, patientia nostra? Id. R. Am. 19. Judicio ac legibus ac majestate abuti ad quaestum et libidinem. Id. Quint. 31. Ornamentis alicujus abuti pro spoliis. Ter. Ph. 2, 3, 66. Abuti muliere, h. e. eam vitare. [*Suet. Tib. 43. palamque jam et vulgo nomine insulae abutentes (alludentes ad insulae nomen) Caprineum vocabant.] P Cum accusativo maxime ap. Comicos. Pl. Poen. 5, 4, 29. Jamdiu aedepol sapientiam tuam abusa est haec. Ter. Andr. prol. 5. Nam in prologis scribendum operam abutitur. Lucr. 5, 1032. Sentit enim vim quisque suam, quam possit abuti. [*Ita persaepe Plautus. V. Rudd. II. p. 195. Add. Ter. Ph. 2, 3, 66.] P Interdum accipitur in bonam partem pro uti, ita tamen ut dicatur de iis rebus, quibus aliter utimur, quam a natura comparatae sunt [*minime; certe hoc non de omnibus locis valet. Et omnino abuti proprie videtur significare in usum convertere quemcumque et plane uti (utendo consumere), tum in usum nimium, pravum. Facilius enim explices, qui factum sit, ut, cum illud proprie significaret, referretur ad usum pravum, quam inversam rationem. Deinde obtinuit sign. usus immoderati, inepti et perversi. In hac sententiam prope inclinatur Perizon. ad Sanct. Min. I. p. 406. coll. p. 415. Consumendi notio est etiam ap. Sall. Cat. 13. Curt. 8, 7, 11.] Cic. N. D. 2, 60. Nos sagacitate canum ad utilitatem nostram abutimur. Liv. 27, 46. Abuti errore hostium absentium praesentiumque, h. e. alienum errorem per se malum ad proprium usum traducere. Adde Cic. Fam. 9, 6. [*studiis abuti, quem locum recte Manut. in bonam partem intelligit, quasi dictum sit: iis utamur pro arbitratu nostro. ib. 10, 5. ab. obsequio. Sed quem huc trahunt ejusd. locum Mil. 3. T. Annii tribunatu — non abutemur, minus huc pertinet] et Ulp. Dig. 7, 1, 7. [*nam imitati sunt hoc etiam pejores scriptores, ut, cujus verba affert Furl., Hier. adv. Jovin. 1, 47. Certior hereditas est, dum advivis, bene abuti substantia tua, quam tuo labore quaesita in incertos usus relinquere, ubi abuti est utendo consumere. Symmach. ep. 3, 46. indulgentius abutere magnificentia.] P Est etiam large et plene uti. Cic. Verr. 2, 5, 43. Libertate, quam vos sociis dedistis, hac ille in acerbissimo supplicio miserimae servitutis abusus est. Id. Att. 16, 6. fin. Qui non meminisset, me abusum illo prooemio. Id. 12, 6. Col. 7, 9. Rimari paludes, ut porci aquis abuti possint. Quintil. 5, 10. Potest videri hoc nomine recte abusus. Nazar. Paneg. Constant. 30. Adhiberem omnes flosculos et abuterer exquisito quodam lepore ac venustate dicendi. P Item consumere, utendo absumere. Cato R. R. 76. Linito usque adeo, donec omne casum cum melle abusus eris. Al. leg. adusus. Cic. Verr.

Arabicis odoribus igne incensis fumant: nisi malis hoc quoque loco crescendi significationem retinere, qua de re v. ADOLEO et Voss. ad h. l. P Active pro compingere, conjungere. Sall. fr. ap. Serv. ad Aen. 7, 632. Qui de vimine facta scuta recentibus detractis coriis quasi glutino adolescebant. Adde ad G. 3, 155. [*De Sall. verbis, cum non sint integra, anceps est iudicium.]

ADOLEO, as, pro adoro, oro, legitur a quibusdam apud Tertull. Apol. 25. fin., ubi alii aliter. Quin et adolari deponentis forma pro adolare et cum dativo legunt alii ap. eund. Resurr. carn. 8. V. ADOLATIO et ADULOR.

*ADOMINATIO, onis, f. bona ominatio. Est hoc verbum in Gl. gr. lat. V. Barth. ad Stat. Th. 2, 170. B. Auctar. Verbum adominari Tertulliano restitutum iuit Haverc. ad Apolog. 34. dictum eodem modo, ut addivinare.

[ADONERO, as, a. l. id. qu. onero. Legitur in Not. Tir. p. 131. Adonerat. F.]

ADONEUS, i, m. id. qu. Adonis. Pl. Men. 1, 2, 35. Ubi aquila Catamitum raperet, aut ubi Venus Adoneum. Appul. Met. 2, p. 126. In modum superbi juvenis Adonei. [*Sed hic Heins. ad Ov. Met. 1, 504. recte conijcere videtur Aonii i. e. Boeotii s. Thebani, ut Pentheus intelligatur.] Adde Catull. 29, 9. Ut albulus columbus aut Adoneus. Alii leg. idoneus, vel Aidoneum, sed minus recte. [*Auson. epigr. 30, (al. 39.) 6. Ogygia me Bacchum vocat, Osirin Aegyptus putat, Arabica gens Adoneum, in quo loco est cognomen Bacchi, gr. Ἀδωνεύς, εὐος. Cf. id. ep. 28. et ad utrumque locum El. Vinetum; praecipue autem Hug. Untersuchungen über den Mythos der berühmten Völker der alten Welt, Freiburg, 1812. p. 93. sq.]

ADONEUS, a, um, adj. ad Adoneum seu Adonidem pertinens. Auson. Monosyll. c. de historiis: caedis Adoneae mala gloria fulmineus sus. Inscr. ap. Grut. 1123, 7. seu tu turba stipatus Amorum Laetus Adoneis lusibus insereris.

[ADONEUS, a, um, id. qu. idoneus. Legitur in Not. Tir. p. 105. Adoneus. F.]

ADONIA, orum, n. plur. ἱεὶς Ἀδωνία, festa Adonidi dicata, quae Antiochia quondam celebrata scribit Ammian. 22, 9. Recurrebant autem quotannis mense Junio circa solstitium aestivum, ut ex Hieron. in Ezech. 8, 13, 14. notant ibid. Valesii, agebanturque maximo luctu propter Adonidem ab apro occisum: quod indicatur ab Ov. Met. 10, 725. [*Agebantur Adonia, ut ab aliis multis, veluti Alexandrinis, ita etiam a Romanis, ut Manso (Versuche über einige Gegenstände der Mythol.) demonstravit ex Ob. A. A. 1, 75. Cf. Creuzer Symbolik II. p. 86. sq. et interpp. ad Lamprid. Heliog. 7.]

ADONIS, onis, et onidis, m. Ἀδωνίς et Ἀδών, oros, filius Cinyrae Cypriorum regis, quem ille ex incesto cum filia sua Smyrna seu Myrrha concubitu suscepit, adolescens pastoralem vitam secutus est: fuit autem mira praeditus pulcritudine, in tantum ut a Venere unice adamaretur vicissimque adamaret: quam consuetudinem cum Mars rivalis [*alii Dianam appellant. Apollod. 3, 14, 4.] cognovisset, zelotypia incitatus ferum aprum in Adonidem immisit, a quo, dum venaretur, in inguinibus dente petitus laceratusque est. Venus amasiam casum miserata ejus sanguinem in florem vertit, qui Adonium appellatur, colore sanguineo, sed valde caducus, et qui levi vento decutitur. Longo praeterea annuoque luctu ejus mortem prosecuta est. Ov. Met. 10, fab. 10. et 12., Macrob. Sat. 1, 21. et Serv. ad Virg. Ecl. 8, 37., qui tamen ad Ecl. 10, 18. aliter narrat fabulam. [v. Voss. ad h. l.] P Ab Assiriis et Phoenicibus nomine Adonis Sol colebatur, ut refert Maer. l. c., ejusque rei causas ex Physica petitas affert. P Adonidis horti laudatissimi fuere veteribus, quemadmodum Alcinoi. Plin. 19, 4, 19. [*Gracce dicuntur χήροι Ἀδωνίδος s. Ἀδωνείοι χήροι. Non autem simpliciter horti intelligendi sunt, sed testae περιόρητοι seu dolia, in quibus plantae educantur. In his testis triticum, foeniculum, lactuca ac similia serebantur, quae ubi caloris vi cito progerminaverant, non minus cito concidebant, ut hac imagine significaretur, quam celeriter omnia et efflorescerent et deflorescerent. Cf. Platon. Phaedr. p. 344. ibique Heindorf. Siebenkees. Anecd. gr. p. 70. Juliani Caes. p. 329. sq. Bast. epist. crit. p. 191. sqq. Büttigeri Sabina p. 225. sqq., quos aliosque laudatos vides in Lex. mythol. Klopfer. p. 36. sqq.] P Nunc hujus nominis declinationem allatis exemplis confirmemus. Virg. Ecl. 10, 18. Et formosus oves ad flumina pavit Adonis. Prop. 2, 13, 53. qui niveum quondam percussit Adonim Venantem Idalio vertice durus aper. [*In ed. Santen. exhibetur Adonin. Idem ait in vocabulario apud Nestorem p. 14. Adonem reperiri laudatque Hesych. s. v. Ἀδώνι ibique Albert.] Ov. Met. 10, 542. Te quoque ut hos timeas, si quid prodesse monendo Possit, Adoni, monet. Cic. N. D. 3, 23. Quarta Venus, quam Adonidis nupsisse proditum est. Plin. 19, 4, 19. Hesperidum horti, ac regum Adonis et Alcinoi. Claud. Fescenn. in nupt. Hon. et Mar. 16. Venus reversum spernat Adonidem. Appul. Met. 8. Cum

suo Adone Venus domina. Serv. locis citatis Adonem dicit in quarto casu. [*Ita etiam Arnob. 4, p. 182. ed. Herald.] Venant. carn. 7, 12. v. 18. in recto casu Adon usurpavit. P Est etiam Adonis piscis quidam, de quo Plin. 9, 19, 34. P [*Fuit etiam fluvius Phoeniciae, Ἀδωνίος ap. Ptolem., Plin. 5, 20, 17.]

ADONIUM, ii, n. Ἀδώνιον, herba quaedam inter abrotoni species connumerata, florem ferens aurei vel sanguinei coloris, quem ex sanguine Adonidis natum poetae fabulantur. Plin. 21, 10, 34. [*Atqui Plin. ex male intellecto Theophr. loco hanc herbam commentum esse et confudisse cum hortis Adonidis, auctor est Salm. in Prol. ad Hyl. iatr. p. 24. sq.] P Apud Grammaticos (Serv. de metr. p. 1820. P.) adonium est genus carminis constans dactylo et spondeo, ut ap. Hor. Od. 1, 4. Terruit urbem, Visere montes etc. Sappho ejus inventrix fuit, putaturque ita dictum, quod maxime adhiberetur in festis Adonidi dicatis, in quibus ejus mors hujusmodi carmine ad flebilis aptissimo legebatur.

ADOPERIO, is, a. 4. operio, tego. Laet. Op. Dei 7. Pellem setis adoperuit. [*Colum. 8, 6. Quidam prius trito sale sex horis adoperiunt.]

[ADOPERTE, adv. id. qu. opere. Capell. 8. p. 303. Pensa Lachesis adoperite denuntiat Genethliacae, h. e. fata obscure significat. F.]

ADOPERTUS, a, um, part. id. qu. opertus, tectus, clausus, ἀκαλύπτος. Liv. 1, 26. Capite adoperto. [*Suet. Ner. 48.] Ov. Fast. 3, 235. Hiems adoperta gelu. [*Ov. Met. 15, 688. adopertam floribus humum. Cf. id. ib. 8, 701.] Juven. 8, 145. Tempora adoperta cucullo. [*Virg. A. 3, 405. ad. amictu.] Tib. 1, 1, 84. tenebris mors adoperta caput. Suet. Oth. 11. foribus adopertis, ubi male alii adapertis, quae scriptura recte habet ap. eund. Aug. 53. Tib. 1, 9, 44. Latuit clausas post adoperta fores. Ov. Met. 1, 714. adoperta lumina somno. P Adopertum, i, n. substantivum id. qu. mysterium. Appul. Met. 2. Miserere, ait sacerdos, per caelestia sidera, per inferna numina, per naturalia elementa, per nocturna silentia, et adoperta Coptica, et per incrementa Nilotica et arcana Memphisitica, et sistra Phariaea. P [*Adopertus et operatus in libris confunduntur ap. Ov. Fast. 3, 261.]

ADOPINOR, aris, dep. 1. id. qu. opinor, conicio. Lucr. 4, 814. Deinde adopinamur de signis maxima parvis.

ADOPPETO, is, n. 3. id. qu. oppeto. Quidam ap. Appul. Met. 7. legunt adoppetisse, sed ibi omnino legendum oppetisse.

ADOPTABILIS, le, adj. Imp. Leo Cod. 11, 11, 1. fn. Summa severitate sancimus, ut quod in cultu ornatuque nostro sacrum et adoptabile est, id facere temeritas privata non audeat, h. e. assumi seu adhiberi potest. Rectius tamen fortasse legas adorabile.

*ADOPTARIUS, a, um, i. q. adoptaticius, ut adoptarius puer, i. e. ex adoptato natus. Gloss. Isidori.

ADOPTATIO, onis, f. actus adoptandi, adoptio, ἰσδοσία. Gell. 5, 19. Quod per praetorem fit, adoptatio dicitur: quod per populum, arrogatio. Adde Plin. Pan. 5, ubi alii rectius leg. adoptio. [*V. de utroque verbo Cort. ad Sall. Jug. 11. quo loco formam iterativam defendit. Aliter statuit Voss. d. Vit. serm. p. 365.]

ADOPTATICIUS, et Adoptatitius, a, um, adoptatus ἰσδοσιος. Pl. Poen. 5, 2, 85. Si Antidamae Demarchi quaeris adoptaticium, ego sum ipsus. Et 100. Demarcho item ipse fuit adoptaticius. P Est etiam ex adoptato filio natus, si Festo credimus, nullum hac de re exemplum afferenti.

ADOPTATOR, oris, m. qui adoptat, ἰσδοτεῖω. Gell. 5, 19. Filius adoptivus patri adoptatori prodesset. Ulp. Dig. 37, 9, 1. §. 12. med. Si adoptator defunctus fuerit.

ADOPTATUS, a, um, part. v. adopto in filium ascitus, ἰσδοσιος. Cic. Att. 7, 7. Adoptatus patricius a plebejo. Suet. Tib. 6. Adoptatus testamentio. Ulp. Dig. 27, 9, 1. Nepos in locum filii adoptatus. P Hinc, ubi de nomine dicitur, est id. q. assumptus. (V. ADOPTO.) Plin. 7, 43, 44. Unus hominum ad hoc aevi Felicis sibi nomen asseruit, civili nempe sanguine ac patriae oppugnatione adoptatum. [*V. de hoc l. Salm. Exerc. p. 39.] P Translate Colum. 10, 38. aliena stirpe gravata Mitis adoptatis curvetur frugibus arbor. [*Cf. ADOPTIO in f. et omnino in v. ADOPTO.] P Item exoptatus. Cic. Fam. 16, 21. Quorum mihi fuit adventus adoptatissimus. Alii leg. optatissimus, [*ita Schütz. et alii, idque solum probandum] alii exoptatissimus.

ADOPTIO, onis, f. ἰσδοσία, assumptio alieni filii in suam familiam atque adeo in locum filii naturalis. Ejus duae sunt species, adoptio proprie dicta et arrogatio: adoptio est, per quam assumitur in filium aliquis, qui suae adhuc familiae filius est et sub proprii patris potestate vivit: arrogatio est, qua adsciscitur is, qui est sui juris. Praeterea adoptio fit auctoritate magistratus, seu per praetorem; arrogatio auctoritate principis, aut

per populum. V. ARROGATIO et Dig. 1, 7, 1. et 2. et Gell. 5, 19., ubi haec de re plura. [*Tertium genus adoptionis est per testamentum; cf. de ea intpp. ad Nep. Att. 5. ad Vell. 2, 59. et ad Liv. ep. l. 113. Heinecc. Ant. Rom. 1, 11, 18. et quos laudavit B. Crus. ad Suet. Caes. 83.] Cic. Dom. 13. Quod est jus adoptionis? nempe ut is adoptet, qui neque procreare jam liberos possit, et cum potuerit, sit expertus. Id. Fin. 1, 7. Emancipare filium alicui in adoptionem. Suet. Tib. 2. Dare se alicui in adoptionem. [*Ut Vell. 2, 8, 2. cf. Liv. 45, 40.] Id. Cl. 39. fin. Inserere aliquem familiae per adoptionem. Tac. A. 1, 3. Adscire aliquem per adoptionem. Id. H. 2, 1. Accire aliquem in adoptionem. Id. A. 11, 11. Accitus adoptione in imperium et cognomentum. [*Id. ib. 12, 25. adoptio in Domitium festinatur. Id. H. 1, 17. ad nuncupare i. e. renuntiare. Quint. proem. l. 6, 13. adoptio consularis i. e. quae a viro consulari facta est. Cf. Spalding. Plura de adoptionis modo habent intpp. ad Ov. Fast. 1, 10. et Manut. ad Cic. Fam. 8, 4. med. Praeterea lex exstabat, ut is, qui adoptaret, major esset eo, qui adoptaretur. V. Bremi ad Suet. Tib. 2.] P Neque vero solum in locum filii, sed etiam in locum nepotis adoptare quis alium potest, diciturque qui ita adoptatur, quasi ex filio natus adoptari. Cujus rei exemplum habetur Dig. 1, 7, 10. et alibi. P Fiebat porro adoptio trina mancipatione, hoc est ficta venditione per aes et libram coram praetore: qua de re Gell. l. c., [*v. maxime Conrad. exc. ad h. l.] habeturque exemplum ap. Suet. Aug. 64. [*cf. Heinecc. Ant. Rom. 1, 11, 15.] V. MANCIPIATIO. P Ad arborum insitiones transtulit Plin. proem. l. 16. Pomiferae arbores sive illae ultro, sive ab homine didicere blandos saporis adoptione et connubio.

ADOPTIVUS, a, um, adj. qui per adoptionem assumptus est, ἰσδοσιος. Hinc adoptivus filius ap. Gell. 5, 19. ex verbis P. Scipionis dicitur is, qui non natura, sed adoptione talis est: et pater adoptivus dicitur, qui adoptavit, non genuit. Ulp. Dig. 45, 1, 107. Sic adoptiva familia, in quam aliquis per adoptionem adscitus est, Ulp. 37, 4, 3. Et adoptivus frater, adoptiva soror, quos quis per adoptionem nactus est: scilicet qui non natura, sed adoptione tales sunt. Julian. Dig. 38, 8, 3. et Ulp. Dig. 23, 2, 12. [*Opponitur adoptivo naturalis, e. g. filius. Suet. Tib. 52. filiorum neque naturalem Drusum, neque adoptivum Germanicum patriae caritate dilexit.] P Adoptiva sacra sunt propria ejus familiae, in quam quis adoptatur, et opponuntur paternis. Cic. Dom. 13. Neque amissis sacris paternis in haec adoptiva venisti. P Adoptivum nomen est, quod quis in adoptione assumit. Nam qui adoptabantur, assumebant nomen adoptantis. Suet. Ner. 41. [*Opponitur h. l. gentile nomen.] P Adoptiva nobilitas, quae alicui adventit ex adoptione. Ov. Fast. 4, 22. P Transferitur ad insitionem. Ov. Medic. fac. 5. Cultus ut in pomis succos emendat acerbos, fissaque adoptivus accipit arbor opes, h. e. fructus alienos insitione producit. Martial. 13, 46. Vilia maternis fueramus praecoqua ramis: Nunc in adoptivis Persica cara sumus.

ADOPTO, as, avi, atum, a. l. id. qu. opto (qua significat eligere) assumo, eligo, adjungo. Varr. L. L. 4, 16. Quos hi administratos sibi adoptabant, optiones vocari coepti. Martial. 4, 31. Aliquod gratum Musis tibi nomen adoptes. Pl. Cist. 4, 2, 78. Sociam te mihi adopto ad meam salutem. Id. Truc. 4, 4, 6. Qui manstorem me adoptavit bonis, h. e. elegit, assumptis ad rem familiarem tuendam. Cic. Div. in Verr. 16. Quem sibi illa defensorem sui juris, ultorem injuriarum, actorem causae totius adoptavit. Id. ib. 20. et alibi saepe [*ut Fam. 5, 9.] adoptare sibi aliquem patronum. Hor. Ep. 1, 6, 55. Ut cuique est aetas, ita quemque facetus adopta, h. e. amplectere et tibi concilia. [*Inverso modo dixerunt etiam adoptare se alicui, i. e. se adjungere, in alterius ordinem vel societatem se dare. Plin. 12, 1, 5. Qui se potentiae causa Caesaris libertis adoptasset.] Ov. Fast. 4, 880. Etruscas Turnus adoptat opes, h. e. accessit, sibi quaerit, [*sibi adjungit. V. Heins. ad h. l. Ammian. 15, 4. nullis aquis externis adoptatis (de Rheno.)] P Speciatim significat aliquem in filii vel nepotis locum atque in familiam assumere, ἰσδοσιος. Quomodo differat ab arrego, dictum est in ADOPTIO. Cic. Dom. 14. Filium senatorem populi R. sibi velle adoptare. Nep. Att. 5. Testamento aliquem adoptare. [*V. de hac adoptione quos supra laudavimus s. v. ADOPTIO.] Pl. Poen. prol. 76. Adoptare sibi aliquem pro filio. Suet. Caes. 83. Adoptare aliquem in familiam nomenque. Justin. 9, 2. in successionem regni. [Sall. Jug. 25. in regnum.] Pl. Men. prol. 60. Adoptat illum puerum subreptitum sibi filium. [*Suet. Tib. 21. quum reip. causa adoptare se eum pro concione juraverit i. e. in comitiis curiatis. Legitima enim ea erat adoptio, quae in foro fiebat, lege Curia. Cf. id. ib. 15. coll. Aug. 65. Interdum tamen etiam de militari concione intelligendum est. Tac. H. 1, 18. apud frequentem militum concionem, impera-

movebatur tyrannus. [*Cic. Cat. 2, 9. Me ipsum vigilare, adesse, providere reip. Sall. Jug. 85. Socius periculi vobiscum adero. Id. ib. 45. In agmine modo in primis, modo in postremis aderat. Id. ib. 96. in operibus, in agmine, ad vigiliis multus adesse. Cf. ib. 74. 85. Liv. 28, 19. Igitur non militaris modo aetas aut viri tantum, sed feminae puerique supra animi corporisque vires adsunt. Et v. interpp. ad Vell. 2, 85.] Nep. Eum. 1. Utrique in consilio semper adfuit. [*Aliter Cic. d. Rep. 1, 17. ubi simpl. est auditorem esse.] Flor. 3, 5. Aderat, instabat, saevitia quasi virtute utebatur. [*Sall. Jug. 50. Numidae infensi adesse et instare, ubi v. Cort. Sen. ep. 53. Domina est, adest et jubet. Pertinet huc etiam Ter. Ad. 3, 1, 3. Jam nunc times, quasi nunquam adfuersis (interfuersis), nunquam tute pepereris.] — Nec de personis solum, quae rei adsunt, sed etiam de rebus, quae praesto, in promptu sunt, dicitur. Pl. Capt. 2, 3, 63. adest occasio. Tac. Agr. 32. lascivia et virtus. Id. A. 3, 33. aderat ei licentia. Id. ib. 4, 15. modestia. Suet. Cal. 32. Animum remittenti eadem saevitia aderat. Ter. Andr. 4, 1, 6. pudor adest. (Hom. Od. 17, 347. αἰδώς δ' οὐκ ἀγαθὴ — παρῖνα.) Tib. 1, 4, 13. adest audacia. Tac. A. 14, 63. Illis robur aetatis adfuera. Vell. 2, 21. unde spes major affuisset potentiae. Hor. Od. 1, 15, 9. Quantum sudor adest equis. Id. Sat. 2, 2, 28. Cocto num adest honor idem? Ov. Met. 5, 400. Tantaque simplicitas puerilibus affuit annis. Id. ib. 6, 18. Tantus decor affuit arti. Id. ib. 1, 560. Tu ducibus Latiis aderis (de lauro). Cf. 10, 142. Virg. A. 10, 547. Vimque affore verbo. Hor. Epist. 1, 17, 57. uti mox Nulla fides damnis verisque doloribus adsit. Tib. 4, 5, 6. Si tibi de nobis mutuus ignis adest. Mutuus adsit amor etc. Virg. Cul. 88. Illi dulcis adest requies. Hor. Sat. 1, 3, 117. Adsit regula. Tabulis in locis explicant dictum pro simpl. esse, (cf. etiam Cort. ad Cic. Fam. 4, 8, 3.) cujus sign. exempla noster praeterea haec affert: Pl. Amph. 2, 2, 21. Omnia adsunt bona, quem penes est virtus. Cic. Fin. 2, 30. Tanti aderant morbi vesicae et viscerum, ut etc. Vell. 2, 61. Vis ad resistendum nulli aderat. Subjungit Lucr. 6, 70. Quem vero idem affert locum Pl. Amph. 2, 1, 29. domi sum et apud te adsum, is ipse ostendit, nullo jure dici adesse significare id. quae esse. Non negamus tamen, veteres interdum v. adesse usos esse, ubi vulgo dicebant esse, ut Cic. Brut. 50, 189. Aderant multi alii (oratores). Cf. Ellendt. ad 89, 304. Eodem fortasse referendus locus Tac. A. 1, 13. quousque patieris, non adesse caput reipublicae? — Quod adest, i. e. τὸ παρόν, rerum praesens status et conditio. Hor. Od. 3, 29, 32. Sat. 2, 6, 13. et ad utrumque locum v. interpp. coll. Cic. Sen. 9. Id. Off. 1, 4, 11. Belua ad id solum, quod adest quodque praesens est, se accommodat, ad quem l. Beier. negat quidquam haec differre, sed junctis iis significari: quod quam maxime adest ac se insinuat illecebris suis. Cf. Fin. 1, 17.] P [*Cum hac significatione cohaeret vel potius eadem est, qua respondet gr. παρῖνα, i. e. advenire. Horum locorum partim ita comparatum est, ut per celeritatem quandam cogitandi, quae accedunt s. appropinquant, adesse dicantur, partim attractionem quandam continent; utrobique vero adesse suam retinet significationem. Ter. Heaut. 3, 1, 93. Continuo hic adsum. Id. Eun. 3, 2, 11. Dona adsunt tibi a Phaedria. Suet. Cal. 45. adesse hostem. Id. Caes. 35. intra quintum, quam affuerat, diem. Id. Aug. 94. quod serius affuisset (sc. in curia). Tac. A. 4, 25. Conventu tubarum ac truci clamore aderant semisomnos in barbaros. Virg. A. 8, 657. Galli per dumos aderant. Id. ib. 11, 100. Adest ex urbe. Liv. 45, 28. Jussis Amphipolin adesse, quamquam hic Duker. malebat Amphipoli.] Cic. Att. 11, 15. Hi ex Africa jam affuturi videntur. Eodem pertinet formula trita, huc ades, quam v. ap. Virg. Ecl. 2, 45. et 7, 9. Omittitur in talibus locis interdum praepos. Sic Appul. Met. 2, p. 119. Elm. prima face cubiculum tuum adero. Et ib. 5, p. 160. scopulum istum protinus aderunt. P [*Non alia nobis videtur esse eorum locorum ratio, in quibus adesse pro prope esse, imminere dictum existimant. Noster affert Cic. Quint. 14. quae omnia adesse atque impendere videntur. Addit, sed satis inepte, Ter. Andr. 1, 1, 125. Prope adest, cum alieno more vivendum est mihi. Dicitur vero adesse saepe de tempore. Ov. Met. 3, 519. Jamque dies aderit. Liv. 3, 12. Aderat judicio dies. Hinc illa explicanda: Tib. 2, 3, 46. Negligat hibernas piscis adesse minas. Ov. Met. 8, 83. Prima quies aderat. Liv. 3, 10. Ingens aderat certamen. Id. 2, 29. adest seditio, et ib. 55. discrimen. 29, 10. adesse victoriam. De locutione: adest finis, v. Drak. ad 44, 22, 17.] P Notandae sunt porro singulares quaedam loquendi formulae. Adesse animo saepe significat animo forti esse, non timere, praesenti animo esse. Cic. Somn. Sc. 1. Quem ut agnovi, equidem cohorrui: sed ille, ades, inquit, animo et omitte timorem. Significat vero etiam id. quod advertere. Id. Caecin. 10. Ut intelligeretis cum non affuisse animo, sed tantisper de aliquo reo cogitasse. Id. Sall. 11. Adestote omnes animis, qui

adestis corporibus. [*Id. Phil. 8, 10. vigilare, cogitare, adesse animo.] Adesse scribendo dicuntur qui adsunt, cum publice aliquod decretum perscribitur. Scribendo affuerunt est formula, quae initio apponi solet. Sic incipiunt ambo Cenotaphia Pisana ap. Noris., ejusque rei exempla exstant ap. Cic. Or. 3, 2. Fam. 8, 8. 15, 6. Ex his aliisque quam plurimis locis tum apud Latinos scriptores, tum in inscriptionibus colligitur, eos potissimum scribendo affuisse, quorum intererat maxime decretum illud, quod perscribatur. [*Fiebat etiam, certe in SCsultis, honoris gratia. Dicitur ea nomina auctoritates praescriptae s. simpliciter praescriptio. Significabat ea praescriptio, aliquod decretum ex ejus quoque sententia esse factum, qui nomen suum addebat, ut apparet ex Cic. Att. 1, 19., ubi haec formula commutatur cum altera: esse alicui ad scribendum. V. in AD.] Pleurumque duo tantum aderant, licet interdum etiam plures; nam quinque adsunt scribendo decreto in inscr. ap. Mur. 571, 2. At Imp. Arcad. et Hon. Cod. Theod. 12, 1, 151. Municipalia gesta non aliter fieri volumus, quam trium principalium praesentia, excepto magistratu et excepto publico, semperque hic numerus in actorum testificatione servetur. P Persaepae adesse est id. quod defendere, tueri, patrocinari, ab aliquo stare, favere, et dicitur inprimis de oratore et advocato, qui clientis causam defendit et praesidio est. [*Flor. 4, 2, 56. Aderat puellae forma, i. e. patrocinabatur, auxiliabatur. Id. 2, 9, 3. Aderant Aetolorum precibus Attici, Rhodii etc. Liv. 6, 38. Intercessioni adero (juvabo), ubi v. Drak. et ad 21, 9. in Pallad. Mart. 15, 1. Nisi affueris celeritate remedii. Plin. Paneg. 78. Quibus apud deos adesse consuevit. Tac. A. 14, 53. adesse rudimentis pueritiae alicujus.] Cic. Att. 1, 1. Rogavit me Caecilius, ut adessem contra Satrium. [*Cf. Plin. ep. 1, 7.] Ov. Rem. am. 663. Forte aderam juveni: dominam lectica tenebat etc. Jamque vadaturus etc. Suet. Aug. 56. adesse clientibus. Plin. ep. 5, 4. adesse alicui gratis, et ib. sex millibus nummum. Cic. Fam. 6, 14. Ego tuis rebus sic adero, ut difficillimis. [*Id. Rosc. Am. 1. omnes, quos videtis adesse in hac causa, ibique interpp. Cf. Brut. 54, 200. Ter. Eun. 4, 6, 26. Liv. 3, 14, 44. Suet. Cl. 38. Plin. 2, 65, 65. Cui sententiae adest Dicaearchus. Quintil. 12, 1. Veritatis contra calumniam aderit. Liv. 8, 31. Adessent (milites) in sua causa omnium libertati. Id. 30, 32. Si felicitas adesset. V. praeterea Heind. ad Hor. Sat. 1, 9, 38. et Herz. ad Caes. B. G. 7, 62.] — Et eodem modo de diis auxiliantibus dicitur, qui, quia praesentes putabantur auxiliium ferre, vocabantur. Virg. G. 1, 18. Adsis, o Tegeae, favens. Id. A. 4, 578. Adsis o, placidusque juves. Hor. Epod. 5, 5. Si vocata partibus Lucina veris affuit. [*Liv. 1, 9. Satis scio, origini Romanae deos adfuisse. Cf. 5, 51. Id. 3, 25. Nostrisque et nunc querelis adsint (dii) et mox armis. Cf. Ov. Met. 3, 613. Tib. 1, 5, 21. 7, 49. et alibi. Nam frequentissimum hoc est. Pertinent huc etiam tales loci, qualis est Ov. Met. 2, 45. Promissis testis adesto Dis juranda palus. — Dicitur vero etiam in partem contrariam, ut ap. Ov. Trist. 4, 1, 46. Ille nec iratos sentit adesse deos, ubi v. Burn. et ad Val. Fl. 4, 34. Cf. Virg. Cat. 1, 5, 83. Lingua, qua adsim tibi (urgeam te) et quae supra allata sunt. Opponitur isto modo v. deesse alicui. V. Bremi ad Suet. Cl. 38. et interpp. ad Ov. l. l. Synonymum ceterum est hac signif. superesse causae, quod verborum lusui occasionem dedit, ut narrat Gell. 1, 22. ubi praetor ad imperitum patronum, qui, se causae superesse, dixisset, tu plane, inquit, superes, non ades. Denique locum, ubi adesse sic dictum construitur cum infin., addit noster Sil. 9, 532., ubi Minerva: non Teucros delere aderam.] P Adesum. V. supra suo loco. P Adsiem, ies, iet, etc. dictum est maxime a Comiciis pro adsim, is, it. Ter. Ph. 1, 5, 83. Amicos advocabo, ad hanc rem qui adsient. Id. Ad. 4, 4, 10. Jam partus adsiet. P Partic. praes. nullum est, futuri adfuturus. Cic. Leg. 1, 19. Quam diu adfutura sint, certum sciri nullo modo potest. P Adforem, es imperfectum est conjunctivi modi pro adessem, es, et. Virg. A. 1, 576. Atque utinam rex ipse Notu compulsus eodem Adforet Aeneas. P Adfore futurum est infiniti pro adfuturum. Cic. Fam. 9, 26. Non suspicatus sum illam adfore. P Cum praepos. sequitur f, saepe d in f mutatur, itaque passim legitur adfui et affui, adfore et affore, adfuturus et affuturus: quod verbo absum non est concessum propter ambiguitatem. Etiam sequente s, d in s mutatur legiturque assum, assim etc. pro adsum, adsim. In quo jocatur Pl. Poen. 1, 2, 67. Ag. Milphio ubi es? Mi. assum apud te eecum. Ag. Ego, elixus sis volo. Sic assiem, es, et, pro adsiem etc. legitur ap. eund. Ps. 4, 1, 16. et 4, 7, 13. [*Sic etiam Jul. Val. R. g. Alex. 1, 2. ed. Maj. assis. Ex Bail. Auct. P In libb. frequentissime permutantur adesse et abesse; tum adesse et id esse, v. Drak. ad Liv. 6, 15, 2. et ad 10, 7, 5.; porro ad. et adfere, v. Fea ad Hor. A. P. 101., affuisse

et affulsisse, v. interpp. ad Vell. 2, 21., affluit et affuit, v. interpp. ad Virg. A. 10, 143., affluxi et affui, v. Drak. ad Liv. 21, 38, 4. et ad 35, 29, 9.] *ADSUMENTUM, i, n. Vulg. Interpr. Marc. 2, 21. Assumentum panni rudis (gr. ἐπιβλημα). B. A. ADSUO et Assuo, uis, a. 3. ad aliquam rem suo, consu, προοσάπτω. Hor. A. P. 15. Purpureus, late qui splendeat, unus et alter Adsuitur pannus. ADSUSPIRANS et Assuspirans, antis, part. v. inusit. adsuspiro, suspirans. Appul. Met. 4, p. 155. Sic adsuspirans altius infit. Et paulo post: tunc fletibus ejus adsuspirans anus. ADTEGRARE, est vinum in sacrificiis augere, ut scribit Paul. ex Festo, hoc est, ut exponit Scallig., vinum libando diminuere, ut eo sacrificium augetur. Adtegrare enim contrarium esse v. integrare. ADTERMINO, as, a. 1. terminis circumscribere, definire. Arnob. 3, p. 107. Deos filo adterminatis humano, h. e. lineamentis hominis circumscribitis. ADTERTIARIUS. V. in EPITRITUS. *ADTORQUEO v. Attorqueo, a. 2. id. quod torqueo, intorqueo. Edidit Heyn. ap. Virg. A. 9, 52. adtorquens, pro quo al. intorquens, al. torquens. Secuti Heyn. sunt alii. B. A. *ADTRIBULATUS, a, um, adj. tribula comminutus. Macer carm. 4, 6. folliculus bene tritus et adtribulatus. B. A. ADTUBERNALIS, is, m. habitator continuae tabernae, quod genus domicilii antiquissimum Romanis fuisse testimonio sunt exterae gentes, quae adhuc tabulatis habitant aedificiis. Unde etiam tecta castrensia, quamvis pellibus contegantur, tabernacula tamen dicuntur. Haec Festus. *ADUATUCA s. Aduatica, oppidum Eburonum ap. Caes. B. G. 6, 32. Aduaca ap. Antonin. Itin. et Atuaca in Tab. Pent. B. A. *ADUATUCI (Atuatici) s. Aduatici, Belgarum populi, quorum caput, ut quidam volunt, Duacum (hodie Dowaay) dictum (secundum d'Anville. h. Falais sur la Mehaigne). Caes. B. G. 2, 4. et saepius. V. ad h. l. Oud. B. A. [ADUBERO, as, n. l. id. quod exubero. Not. Tir. p. 129. Aduberat. F.] ADVECTIO, onis, f. ἐπιφορῆ, actus advehendi. Plin. 9, 54, 79. Famem longae advectionis a Brundisio compescere in Lucrino. ADVECTICIUS, a, um, aliunde advectus, ἐπιπλοκός. Sall. Jug. 48. Pecoris et mancipiorum praedas agere, eaque mutare cum mercatoribus vino advectione. ADVECTO, as, a. 1. ἐπιφορῆσαι, frequentat. ab adveho. Tac. A. 6, 13. Rei frumentariae copiam advectare. ADVECTOR, oris, m. qui advehat vel advehit. Appul. Florid. n. 21. p. 363. Elm. Advectorem sibi equum deligunt. Pl. Asin. 2, 2, 92. Quomodo argentum intervortam et advectorem. Al. leg. advectorem i. e. hospitem. [*De altera scriptura, quam habent 6 codd. Palat. ap. Taubmann., v. Gron. de pec. vet. 2, 3. et ad Sen. de tranq. an. 5.] ADVECTUS, us, m. id. quod advectione. Tac. H. 4, 84. Haec de origine et advectu Deae celebrissima. Extra ablativum casum singularis numeri nondum exempla reperi. ADVECTUS, a, um, part. v. adveho, aliunde vectus ad locum aliquem, inrectus, comportatus, ἐπιπλοκός. Dicitur tum de personis, tum de rebus. Cic. Phil. 2, 31. Cisis celeriter ad urbem advectus domum venit. [*Tusc. 1, 47. Ita sacerdos advecta in fanum (antecedat: curru vehi).] Id. Div. 1, 28. Equo advectus ad fluminis ripam. [*Cf. Liv. 9, 31. 28, 2.] Et 2, 40. Caricas Cauno advectas vendens. Virg. A. 5. prope fin. Classis advecta. Id. ib. 8, 11. Advectus Aeneas classi. Curt. 6, 2. Commeatus undique advecti. Plin. 35, 17, 57. Venales trans mare advecti. Liv. 2, 47. In eam partem citato equo advectus. [*Confunduntur advectus, adductus (h. e. aductus) et aductus. V. Drak. ad Liv. 2, 47, 3. et 9, 31, 10.; porro adv. et adfectus. V. id. ad 4, 12, 9.] ADVĒHO, is, exi, ectum, a. 3. aliunde aliquid ad aliquem locum veho, i. e. fero, affero, deduco sive curru, [*sive lectica], sive equo, sive navi, [*etiam humero, ut ap. Val. Fl. 3, 69.] apporto, comparto, importo, εἰσφορῶ, ἐπιφορῶ: tum de personis, tum de rebus. Cic. Verr. 2, 3, 74. Cum ex iisdem agris frumentum ex decumis Romam mancipis advexisset. Liv. 23, 38. Additis quinque navibus, quae advebant legatos. [*Id. 42, 37. Legati — peditum mille secum adveherunt.] Pl. Mil. 2, 1, 35. Eam huc in Ephesus advehit. [*Curt. 4, 3, 11. advectus in Asiam.] Pers. 5, 134. Saperdas adveho Ponto. Senec. Med. 583. hibernos nebulosus imbres Auster advehit. Ov. Her. 5, 90. Advehit unda rates. P Eleganter passive usurpatur, cum de personis loquimur. [*Haec non est elegantia; imo aliter esse non potest; veho enim et adveho (gr. ὀζῶ) habet transitivam vim, ut ap. Suet. Ner. 45. nuntiatu navis advexisse pulverem; verum, ubi intransitiva esse debet significatio, non potest non passivum poni; ut in seq. exemplo, ubi navi vehitur i. e. fertur aliquis.] Pl. Merc. 2, 1, 35. Ascendi in lembum

atque ad navim advehor. Id. Trin. 4, 2, 88. In Pontum advecti ad Arabiam terram sumus. Sall. Jug. 91. Marius paucis diebus Uticam advehitur. Liv. 28, 2. Mago citato equo ad primum clamorem et tumultum advehitur. Sulpic. ad Cic. Fam. 4, 12. Cum ab Epidauri Piraeum navi advectus essem. [Tac. G. 2. Qui nec terra olim, sed classibus advehebantur.] V. ADVECTUS. P Cum accus. sine praeposit. Tac. A. 2, 45. Arminius equo collustrans omnia, ut quosque advectus erat, recuperatam libertatem ostentabat. [cf. Hist. 5, 16. Virg. A. 8, 136. Advehitur, i. e. venit ad Teucros.] P Advece per syncopen pro advexisse dictum est a Pl. Merc. 2, 2, 61. et advecti pro advecti ib. 2, 3, 56. P [Permutantur non raro advehere et avehere, v. Drak. ad Liv. 9, 4, 1. ad Sil. 4, 318. qui laudat Graev. ad Justin. 20, 11. Arutz. ad Aur. V. Ill. 35, 9. Ernest. ad Tac. A. 16, 2. H. 4, 53. Pier. ad Virg. A. 2, 179. Aliorum hujus generis vv. exempla v. ap. Drak. ad Sil. 11, 14. Permutantur etiam adv. et adducere, cf. Advectus et Adduco. Adde Oud. ad Caes. B. C. 1, 23.]

ADVELITATIO, onis, f. jactatio quaedam verborum, figurate ab hastis velitaribus. Festus. V. VELITOR §. 3. et VELITATIO §. 2.

ADVELO, as, a. l. ἐπιβλήτω, id. qu. velo. Virg. A. 5, 246. advelat tempora lauro. Lamprid. Commod. 15. Panno purpureo nudos humeros advelans.

ADVENA, ae, comm. gen. ἐπιπίκος, qui non est civis, aut inquilinus, sed externus. Ter. Heaut. 1, 1, 44. Est e Corintho hic advena anus pauperula. Cic. Tusc. 5, 11. fin. Zeno Cittiens advena quidam et ignobilis. Virg. A. 7, 38. Exercitus advena. [Id. Ecl. 9, 2. advena possessor agelli. Id. A. 10, 460. Per — mensas, quas advena adisti. Liv. 4, 3. quum majores nostri advenas reges (gr. ἐπιβλήτας) non fastidierint. Ov. Her. 9, 121. pellex. Id. Art. 1, 175. amor advena i. e. puellae peregrinae. H. l. attulit Forc.] Prisc. l. 6. ineunte docet esse quaedam in a desinentia etiam neutro generi adjuncta, sed figurate per ἀλλοιότητα (h. e. permutationem generis pro genere) ut advena mancipium. P Dicitur etiam de bestiis et inanimis. Varr. R. R. 3, 5. Volucres partim advenae, ut hirundines, et grues; partim vernaculae, ut gallinae ac columbae. Plin. 10, 23, 31. Grues hiemis, ciconiae aestatis advenae. [Adde Hor. Epod. 2, 35. et cf. ADVENTITIUS.] Or. Fast. 2, 68. Tibris advena [ut quae ex Hetruria Romam venit.] Claudian. VI. Cons. Hon. 495. ora Padi portusque relinquunt Flumineos, certis ubi legibus advena Nereus aestuat. Plin. 17, 14, 24. vocat advenam surculum, qui alteri arbori per insectionem immittitur. P Translate ponitur pro ignaro, quia advenae parum sciunt res alieni loci. Stat. Th. 8, 556. Tyrii juvenis non advena belli, Quamvis Cirrha domus. Ita Cic. Or. 1, 58. et Agr. 2, 34. fin., advenam et peregrinum conjungit. V. PEREGRINUS. P Inter advenam et convenam illud statui discrimen potest, ut advenae dicantur, qui de uno extraneo loco adveniunt: convenae, qui ex pluribus in eundem conveniunt. V. INDIGENA. [Confunduntur haud raro a librariis haec verba. Cf. Drak. ad Liv. 2, 1, 4.]

ADVENEROR, aris, atus sum, dep. I. συμβάζομαι, veneror. Varr. R. R. 1, 1. Adveneror Minervam et Venerem. Sil. 13, 704. Prosequiturque oculis puer adveneratus euntes.

ADVENIENS, entis, part. v. advenio, qui venit ad aliquem locum, προσερχόμενος. Cic. Att. 6, 3. Est quiddam, advenientem non esse peregrinum atque hospitem. Id. Caccin. 9. in aliquem advenientem cum ferro invadere. Sen. ep. 114. Quae advenientibus dabantur, exeuntibus dentur. [Suet. Ner. 37. neque adveniens neque proficiscens.] Cic. Div. 2, 69. Advenientes et crescentes morbi. [Liv. 30, 21. Adeo ne advenientem quidem gratiam homines benigne acceperunt, nedum ut praeteritae saltem memores sint.] Plin. 12, 9, 20. Mare adveniens, h. e. aestus accessio ad litus.

ADVENIENTIA, ae, f. adventus. V. in PRAESTOLOR.

ADVENIO, is, eni, entum, n. 4. ad locum aliquem venio, pervenio, προσερχομαι. Ter. Hec. 3, 5, 8. Advenis modo? Pa. admodum. Cic. N. D. 3, 23. Quem ex Hyperboreis Delphos ferunt advenisse. Id. Phil. 11, 12. Quaecumque in provinciam advenerit. [Suet. Cal. 22. qui officii causa in urbem advenerat.] Pl. Capt. 4, 2, 6. Cum ad forum advenero. Or. Trist. 1, 9, 41. ad urbem. Tac. A. 1, 18. Properantibus Blaesus advenit. Val. Fl. 5, 535. cuperem, haud tali vos tempore tectis Advenisse meis, h. e. in mea tecta. [Cf. Virg. A. 10, 346.] Suet. Vesp. 7. Advenero literae, i. e. allatae sunt. Tac. H. 2, 62. Advenit proficiscendi hora. Sall. Jug. pr. fin. Ubi dies advenit. [Liv. 25, 3. coll. 29, 1.] Lucr. 6, 164. advenire ad aures. [Tac. Agr. 11. de periculis: ubi advenero, in detrectandis eadem formido. Cf. Sall. Cat. 24. Liv. 45, 19. Quid attineret vim afferre rei sua sponte mox ad eum adventurae? Or. Met. 7, 155.]

Somnus in ignotos oculos advenit, ubi v. Burm.] Cum solo accus. Virg. A. 1, 388. Tyriam qui adveneris urbem. Stat. Th. 5, 47. Unde hos advenias regno dejecta labores. Supino jungitur ap. Ter. Ph. 2, 3, 13. Me ultro accusatum advenit. Et 41. Tentatum advenis. P Pro simplici venio. [Minime. In his vera significatio inest. Ita etiam Suet. Cal. 4. quoties aliquo advenerit. Duo conjuncta sunt in unum: venire aliquo et ibi esse. Ita saepissime ap. Terent.] Pl. Rud. 2, 6, 2. Ut rem divinam faciam, cum intro advenero. Cic. Phil. 11, 3. Est enim sapientis, quidquid homini accidere possit, id praemeditari, ferendum modice esse, si advenerit. [In libb. confunduntur adv. et accedere. V. h. v.]

*ADVENTATIO, onis, subst. f. Vet. Interpr. Irenaei 1, 1. Salvatoris adventatio.

ADVENTICIUS et Adventitius, a, um, qui aliunde quacunque ratione alicui advenit, et opponitur proprio, innato, insito, [eique, quod non nostro labore partum est] ἐπιπίκος, ἐξωτερικός, οὐμβερής. Cic. N. D. 2, 10. Nec enim ille externus et adventicius habendus est tepor, sed ex intimis maris partibus agitatione excitatus. Id. Dic. 2, 58. Utrum censemus, animos per se ipsos in somniano moveri, an externa atque adventicia visione pulsari? [i. e. visione a sensibus profecta.] Id. Fin. 5, 21. Adjumentis externis et adventiciis uti. Id. Or. 3, 33. Externa doctrina atque adventicia [i. e. ab alio populo docta.] Id. Manil. 9. Mithridates et eorum, qui se ex ejus regno collegerant, et magni adventiciis copiis juvabatur. [Ita id. Verr. 2, 5, 34. adventicium auxilium.] Id. Top. 18. Innata atque insita anteponuntur assumptis et adventiciis. Sen. Cons. ad Marc. 10. Quidquid est hoc, quod circa nos ex adventicio fulget, liberi, honores, opes, ampla atria etc. Pecunia adventicia dicitur ea, quae cuipiam advenit non ex propriis bonis, sed vel ex lucro, vel hereditate materna maternae lateris, vel dono aut legato, vel fortuito, vel denique quacunque alia externa ratione. Cic. Att. 1, 19. Ut ager hac adventicia pecunia recipere, h. e. quae redactis in populi R. ditionem nationibus per Pompejum ex novis vectigalibus exigebatur. Id. Rab. Post. 17. Si adventicia pecunia petitur ab eo, cui non sua redditur. [Id. Inv. 2, 21. adv. pecunia ea dicitur, quae filio aliunde, quam e patris hereditate venit.] Liv. 8, 28. Florem aetatis ejus fructum adventicium crediti ratus, [i. e. qui praeterea, insuper accedit.] Adventicia dos est, quae aliunde, quam a patre, uxori accedit. Ulp. Dig. 23, 3, 5. Adventicius casus, qui aliunde et extra rei, de qua agitur, naturam advenit. Scaev. Dig. 40, 9, 6. Nec adventicius casus computandi sunt. Adventicia coena, quae advenientibus peregre, aut cognatis, aut amicis lautior apparabatur, ἐπιδοκιμίων δειπνον, ὀδοποιμίων. Suet. Vit. 13. Famosissima super ceteras fuit coena ei data adventicia a fratre. Adventoria haec dicitur a Martial. praef. l. 12. licet allegorice loquatur. V. ADVENTORIUS. Adventicius humor est aqua pluvia. V. CUSPIS. [Varr. R. R. 3, 5, 7. adventitium genus dicit avium advenerum; v. ADVENIA.] P [Adventicium ii, n. id. fortasse qu. conventicium. Legitur in Not. Tir. p. 148. Adventicium, Conventicium. F.]

ADVENTO, as, avi, n. I. προσερχομαι, appropinquo, accedo. Cic. Att. 4, 17. Tu adventare ac prope adesse jam debes. [Caes. B. C. 1, 14. Caesari enim adventare jamque adesse ejus equites falso nuntiabatur. Videtur subesse huic v. celeritatis quaedam notio. V. Herz. ad Hirt. B. G. 8, 20. Cf. Claud. Entr. 2, 470. Non tamen semper; v. Virg. A. 5, 328.] Id. Fam. 2, 6. ad Italiam adventare. Virg. A. 11, 514. ad urbem. Sall. Jug. 28. Romam. Tac. A. 16, 23. Tiridates accipiendo Armeniae regno adventabat. Id. ib. 6, 33. Adventare Parthis, h. e. accedere ad Parthos, jungendi se cum illis gratia. Stat. Th. 11, 202. portis. [Tac. A. 14, 32. in subsidium.] Sall. Jug. 109. Ubi lux adventabat. Cic. Or. 1, 45. Jam tempus adventat. [Virg. G. 4, 192. adventantibus Eurus.] Id. Tusc. 1, 40. Si ante mors adventet. Id. Sen. 1. Aut jam urgens, aut certe adventans senectus. Sall. ad Caes. de rep. ord. 1. Qua tempestate urbi Romanae fatum excidit adventarit. Liv. 5, 33. adventante fatali urbi clade. Cum accus. sine praep. Tac. A. 6, 44. Jamque multa manu propinqua Seleuciae adventabat. Ammian. 14, 10. Barbaricos pagos adventans.

ADVENTOR, oris, m. quilibet homo externus adveniens. Pl. Truc. 1, 2, 2. Asservate aedes, ne quis adventor gravior abeat, quam adveniat. Id. ib. 2, 7, 55. Adventores meos non incuses. [Id. Asin. 2, 2, 92. v. ADVECTOR.] Appul. Met. 10, p. 248. Elm. Basiola adventorum negantinumia. In omnibus hisce locis sermo est de iis, qui meretricum fornices frequentant lucroque eas augent. [Dicitur etiam de iis, qui cauponam aliquam adeunt. Id. Met. 1, p. 39. ed. Oud. Caupeo deformatum in ranam adventores pristinos in faece submissus, officiosis ronchis raucus appellat. F.] P Pro advena s. peregrino adveniente. Inscr. ap. Grut. 181, 1. C. Auruncejus Cotta colonis, incolis, hospiti-

bus, adventoribus, servisque eorum lavationem ex sua pecunia gratuitam in perpetuam dedit. Adde 444, 8. [V. de h. v. Barth. Adv. p. 1487.]

ADVENTORIUS, a, um, adj., quod adveniendi cuipiam offertur. Martial. praef. l. 12. Ne quid tamen et adveniendi tibi ab urbe et exigenti negarem, statui paucissimis diebus, ut familiarissimas mihi aures tuas exciperem coenam, quae amicis advenientibus laute dari solebat. V. ADVENTICIUS. Ipse autem librum epigrammatum intelligit, quem coenae loco adveniendi amico offert. Inscr. ap. Mur. 470, 9. Hospitium adventorium [in quo advenae recipiuntur. De epistola adventoria v. Scal. Anson. Lect. 2, 19. et 24.]

ADVENTUS, a, um, part. ab advenio, qui advenit. Locos allos a Palmerio Tom. IV. Facis Crit. seu Lampadis Artium p. 652. examinat Voss. de Analog. l. 4. seu de Grammatic. l. 6. c. 13. Prior locus est Ter. Andr. 5, 2, 3. Ego commodiorem hominem adventum ad tempus non vidi. Sed Voss. legit, ego commodiorem hominem, adventum, tempus non vidi. [Recte, et sic nunc editur.] Alter locus est ejusdem Ph. 1, 3, 2. Ubi in mentem ejus adventi venit, h. e. patris, qui advenit. Sed Voss. ait, adventi esse gen. subst. adventus secundae declin. pro quarta: quod etiam Prisc. docuit 6. p. 712. Tertius locus est Sall. Jug. 96. Multo ante lucem adventam. Sed Voss. reperit: multo ante lucis adventum. [Sic omnes codd.] P [Fuit etiam cognomen C. Oclatinii Cos. a. U. C. 971. Inscr. ap. Mur. 354, 2. Dedic. Prid. Id. Mart. Imp. Macrino Aug. et Oclatinio Advento Cos. Ita legendum probavit Marin. Frat. Arc. p. 649. Alia ap. Fabrett. p. 637. n. 315. Antonino Aug. et Advento Cos. (De nomine hoc proprio dixit Salm. Exerc. p. 3.) Hinc patet, adventus, ti, part. non esse explodendum, nisi putemus esse a nomine Adventus, i, pro Adventus, us. F. Tale partic. non potest esse.]

ADVENTUS, us, m. ἀναγωγή, verbale ab advenio. Cic. Att. 12, 50. Ut me levarat tuus adventus, sic discessus afflixit. Id. Pis. 22. Quid dicam adventus meos? Tac. Germ. 2. Aliarum gentium adventibus et hospitibus. [Cf. Cic. Fam. 6, 20. adventibus se offerre i. e. advenientibus obviam ire. Alii tamen, ut Ernest., Mart. Laguna, praefertur advenientibus.] Cic. Mil. 19. Nocturnus ad urbem adventus. Id. Man. 5. Adventus in urbes sociorum. Liv. 22. fin. Consuli Romam adventus. [V. Gron. ad 31, 40, 10.] Plin. 18, 25, 58. Adventu solis occultantur stellae. Sall. Jug. 96. Multo ante lucis adventum. [Or. Met. 9, 660. adv. Favoni. Virg. A. 11, 911. Adventum pedum audivit.] Cic. Tusc. 3, 14. Adventus malorum. Id. N. D. 1, 38. Talem conformationem animi ceteri philosophi motum inanem vocant; vos autem adventum in animos et introitum imaginum dicitis. [Interdum dicitur pro invasione, e. g. hostium. Cic. R. P. 2, 3. Gallicus. ib. 6. cf. fragm. 3. or. pro Fontejo. Beier. Nep. Iph. 2. Nisi adventus ejus appropinquasset, ubi v. Brem.] Sequente genitivo in sedecim nummis Hadriani ap. Eckhel. D. N. V. T. 6. p. 492. et seqq. Adventui Aug. (h. e. Augusti) Africae, Alexandriae, Arabiae, Asiae, Bithyniae, Britanniae, Ciliciae, Galliae, Italiae, Judaeae, Macedoniae, Mauretaniae, Moesiae, Phrygiae, Siciliae, Thraciae, h. e. ex Africa, Arabia etc. P Olim dictum est adventus, ti, 2. declin. ut ap. Ter. Ph. 1, 3, 2. V. v. praec.

ADVERBERO, as, a. I. συμβάζω, id. qu. verbero. Stat. Th. 9, 686. auratis adverberat unguibus armos.

ADVERBIALITER, more adverbii. Aruntius Cels. ap. Charis. 2. p. 197. Diomed. 1. p. 403., Prisc. 16. p. 1012.

ADVERBIUM, ii, n. ἐπιρρημα, pars orationis indeclinabilis, quae verbis adjectivis eorumque vim implet atque explanat, ut Prisc. 5. p. 1003. et Diomed. 1. p. 398. definiunt: dictumque est adverbium, quod ad verba adjungitur, et quod sine verbo adjuncto non potest habere plenam sententiam, ut Prisc. ibid. p. 1005. addit. Gell. 5, 21. Ab eo quod est compluria, adverbium est factum compluribus. Quint. 11, 3. med. Non in demonstrandis locis ac personis adverbiorum atque pronominum obtinent vices?

ADVÉRÉOR, reris, dep. 2. id. qu. vereor. Accius ap. Non. 4, 121. Advereor, cum te esse Alcaeonis fratrem factis dedicat. Al. melius vereor.

ADVERRENS, entis, part. inusit. v. advero, ad aliquem locum verrens. Stat. Th. 4, 712. de amne praecipiti: adverrensque natantia saxa Charadrus. Al. adcolensque.

ADVERSABILIS. V. AVERSABILIS.

ADVERSARIA, orum, n. plur. ἐπιρρημίδες, diaria, id est tumultuariae quaedam tabulae, quae ante codicis confectionem perscribentur, ne memoria rerum excideret, ut ex iis postea tabulae justae et aeternae fierent. Exactiores enim rationum tabulas codicem appellabant. In adversariis autem breviter et negligenter adnotabantur ea, quae postea accuratius digerenda erant. Dicta putant adversaria, quod cum veteres ex altera tantum li-

bri scriberent parte, in his etiam a tergo scribebant; unde et opisthographa, ἀποστροφικὰ dicta sunt ab ἀποστρέφω et γράφω. V. Voss. in Etymol. in h. v. et in Opisthographum. Vel ideo ita appellata sunt, quia assidue scribentibus obversabantur, quasi adversus posita: adversus enim dicitur etiam id, quod ante nos est. [Illa ratione potius dicenda fuissent Aversaria. Jos. Scalig. contra Guillard. de papyro p. 45. dicta putat ab usitatore pagina, quae erat adversa, in qua rationes dati et expensi perscribi solebant, in aversa accepti. Cf. etiam Salm. d. usur. p. 147. De usu adversariorum egit Coel. Rhodig. 10, 21.] Cic. Rose. Com. 2. Non habere se hoc nomen in codice accepti et expensi relatum confitetur, sed in adversariis patere contendit. Et mox: quid est, quod negligenter scribamus adversaria? quid est, quod diligenter conficiamus tabulas? qua de causa? Quia haec sunt menstrua, illae sunt aeternae: haec delentur statim, illae servantur etc.

ADVERSARIUS, a, um, adj. ἐναντίος, qui adversatur. Cic. Caecin. 2. Vis ea, quae juri maxime est adversaria. Id. Cluent. 34. Tribunus seditiosus adversarius. [*Nep. Timoth. 3. Populus acer, suspicax, mobilis, adversarius, invidus etiam potentiae, i. e. semper adversans potentiorebus.] Id. Or. 2, 37. Opinio oratori adversaria. [*Id. Or. 35. adversaria avertere, de oratore, qui adversarii argumenta refutat.] Id. Phil. 3, 8. Duces adversarii. Nep. Phoc. 3. Duces adversariae factionis. P. Deinde substantive, gr. ἀνταγωνιστής, qui alicui adversatur, in rep., in bello, in iudicio et foro, in quovis certamine artis vel armorum. Cic. Vat. 1. Aut refutandum, ut gravem adversarium, aut rogandum, ut religiosum testem etc. Id. Quint. 2. Habet adversarium Quintius Sex. Naevium verbo, re etc. Id. Mil. 15. Tribuni plebis illius adversarii, defensores mei. Id. Har. resp. 16. Acerrimus adversarius. Et 24. Obrectatores et adversarii. [*Cf. Hor. Sat. 1, 9, 75. Nep. Dion. 7. De luctatoribus Cic. Tusc. 2, 23. pugiles, etiam quum feriunt adversarium — ingemiscunt. — In auctionibus et emptioibus ii dicuntur adversarii, qui contra nos licentur. Cic. Att. 12, 43. Res major est quam facultates nostrae, praesertim adversario et cupido et locuplete et herede. Cf. ib. 13, 31. — In artis certamine Suet. Ner. 54. Paridem occisum, quasi gravem adversarium. ib. 23. quanta adversariorum aemulatione. Cf. Ter. Ad. prol. 2. et alibi.] Pro hoste Suet. Dom. 1. Bello Vitelliano confugit in Capitolium, sed irrupentibus adversariis etc. [*Cf. id. Caes. 30, 36, 68. Curt. 3, 11. Nep. Them. 4. adversarios in fuga esse. Id. Dat. 6. His locis castra ponit, ut neque circui multitudine adversariorum posset etc. P. Legitur etiam fem. genere subst. Cic. Fam. 2, 4. Est tibi gravis adversaria constituta et parata, incredibilis quaedam expectatio. P. In genitivo plurali fere habet adversariorum: dicitur tamen etiam adversarium, tametsi rarius. Ter. Hec. prol. 2, 14. Poeta prope jam remotus injuria adversarium ab studio. Pompej. ad Domit. ante ep. 13. l. 8. Cic. ad Att. Huc quamprimum venias, antequam omnes copiae adversarium conveniant. [*At hic Ernest. ex ed. Rom. dedit adversariorum. — In libb. permittuntur adversarius et adversatus. V. Drak. ad Liv. 7, 41, 6.]

ADVERSATIO, onis, f. actus adversandi. Ter. tull. adv. Gnost. 5. Quid aliud est adversatio idolatriae atque martyrii, quam mortis et vitae? [*Cf. d. Pudic. 15.]

ADVERSATIVUS, a, um, adj. Conjunctiones adversativae dicuntur a Grammaticis, quae adversum aliquid seu contrarium significant, ut tamen, quamvis, etiamsi etc. Prisc. 16. p. 1026.

ADVERSATOR, oris, m. ἀνταγωνιστής, qui adversatur. Appul. de Deo Socrat. p. 44. Elm. Quem adversatorem malis in omni vita ciebo?

ADVERSATRIX, icis, f. quae adversatur. Pl. Most. 1, 3, 100. Nunc assentatrix es, dudum adversatrix eras. Ter. Heaut. 5, 3, 4. Quia tu in ea re mihi fueris adversatrix.

ADVERSATUS, particip. V. ADVERSOR.

ADVERSE, adv. contrarie. Gell. 3, 16. Id tam obscure atque praecise tamque adverse dictum.

ADVERSIM. V. AVERSIM.

ADVERSIO. V. AVERSIO. P. Adversio animi, hoc est animadversio, legitur a quibusdam ap. Cic. Arch. 7. [*Sic Orelli.]

*ADVERSIPEDES, Ἀντιπόδες. Gl. gr. lat. B. A.

ADVERSITAS, atis, f. ἐναντιότητα, contrarietas et repugnantia, inimicitia. Plin. 11, 25, 30. Magnam adversitatem oleo mersis (scorpionibus) et stellationibus putant esse. [*Abutuntur h. v., qui de rebus adversis dicunt.]

ADVERSITOR, oris, m. [*i. e. adversum itor, (ut portitor, portum itor)] qui adversum, hoc est obviam alicui procedit. Hinc servi cum domino advenienti obviam procedunt, adversitores dicuntur, ut docet Donat. ad illud Ter. Ad. 1, 1, 1. non reddit hac nocte a coena Aeschinus, Neque servulorum quisquam, qui adversum ierant. Hinc Pl. Most. 4, 1, 23. Solum nunc eo adversum hero ex plurimis servis. [*Hinc in indice personarum Pha-

niscus dicitur adversitor.] Id. ib. 4, 2, 32. Ph. Ei adversum venimus. Th. quoi homini? Ph. hero nostro.

*ADVERSO, adv. Hoc Plinio restituendum esse judicavit Salm. Exerc. p. 243. comparans cetero, quo saepe ille usus est.

ADVERSO, as, avi, n. 1. frequent. v. adverto. Itaque adversare animo id. est qu. advertere, versare animo, animadvertere. Pl. Rud. 2, 2, 1. Animo adversavi sedulo, ne herum usquam praeterirem. Al. animadversavi, ut sit ab animadverso, as, pro animadverto, quemadmodum pro verito, is etiam verso, as dicimus. [*Appulej. hoc v. familiare esse et significare id. qu. adversis premere, opp. prosperare, ait Salm. Exerc. p. 770.]

ADVERSOR, aris, atus sum, dep. 1. ἐναντιόμαι, adversus s. contrarius sum, resisto, rixor. Pl. Stich. 1, 2, 22. Exorando, haud adversando sumendam operam censeo. Ter. Hec. 4, 4, 32. Noli adversari mihi. [*Cf. ib. 2, 2, 29. et Bentl. ad 2, 1, 5.] Id. ib. 2, 2, 3. et Cic. Ferr. 2, 5, 31. adversari libidini alicujus. Id. Or. 51. Quis Isocrati est adversatus impensius? Id. Sull. 18. adversari ornamentis alicujus. [*Vell. 2, 69. adversantes dignitati, gr. ἀντιπαύροι, ἀντιπαύρορες.] Id. Fin. 3, 20. adversari quominus aliquid fiat. Tac. A. 1, 27. commodis. Cic. Off. 1, 31. invita Minerva, id est, adversante et repugnante natura. Tac. H. 3, 42. Adversante vento. [*Sic etiam Suet. in v. Plin.] Id. A. 13, 12. Adversantibus amicis. [*Suet. Vit. 10. verbera et plagas — repraesentantes adversantibus i. e. resistentibus.] Pl. Asin. 3, 1, 5. Adversari praeceptis alicujus. Id. Aul. 2, 1, 21. alicui de aliqua re. [*Suet. Caes. 11. adversans factio. Curt. 6, 10. Quid enim me procreabas adversantibus diis. Virg. A. 4, 127. Non adversata petenti annuit.] Cum accus. Tac. H. 4, 84. adversari regem. Id. ib. 1, 1. ambitionem. Adde ib. 38. et alibi. Sunt tamen qui ubique adversari reponant, [*ut Ernest. ad Tac. H. 1, 1. et quos laudat, Bauer. ad Sanct. 1. p. 412. et alii. Accus. qui defendunt, adversari interpretantur adverso animo accipere. In his Gesnerus in Thes. et Par. Lex. Plant., quibuscum facit ad Tac. Oberlin. Etiam ap. Quintil. 11, 3, 70. scribitur: ut idem illud vultu videamur adversari, manu repellere. Cf. Curt. 4, 7, 31. Abstinentum erat l. Pl. Trin. 2, 2, 102. Nobis sic videtur, quoniam perpetua est vv. adversari et adversari in libb. confusio (v. Drak. ad Liv. 3, 50, 5. 8, 7, 14. Burm. ad Ov. Fast. 1, 5. et Ern. l. l.), et quoniam in nonnullis locis certum est, scribendum esse adversari (ut in l. Quintil. ade. falsissimum putamus, neque Curt. 6, 7, 10. adversari scelus dixisse nobis persuaderit), Tacitum nec scripsisse, nec scribere potuisse adversari.] P. Adversari contra et Adversari adversus aliquid familiari sibi pleonasmox dicit Pl. Cas. 2, 3, 35. et Merc. 2, 3, 43. P. Ap. Pl. Sall. et Ter. saepe legitur adversari antiquo more.

ADVERSUS, a, um [*propr. est particip. v. adverto, is; sed ita dictum rarissime reperitur. Afferit noster Sall. fr. ap. Don. ad Ter. Eun. 3, 2, 13. cujus adversa (i. e. cogniti) voluntate exercitus Sullae est datus. Cf. ADVERTO.] P. Vulgo usurpatur ut adjectivum, gr. ἀντιπύριος, ἄντιπύριος, ante s. contra positus, obiectus, oppositus, cui opponitur aversus: ex ad et versus, quasi ad nos versus. [*Haec omnino primaria est significatio.] Cic. Somn. Sc. 5. solem adversum intueri. [*Virg. A. 4, 701. Iris, mille trahens varios adverso sole (e regione posito) colores. Id. G. 1, 218. Taurus aperit annum et adverso cedens Canis occidit astro, i. e. Canis cedit adverso (ad s. contra eum verso) astro sc. Tauri. V. Voss. ad h. l.] Cic. ib. 6. adversum alicui stare (de antipodibus), qui locus explicatur altero Acad. 2, 39. antipodes adversis vestigiis stant contra nostra vestigia. [*Tib. 4, 1, 166. Huic adversa solo pars altera nostro. Caes. B. G. 5, 35. adversum os, i. e. conversum in hostes. V. ibi interpp. et cf. infra. Quintil. 2, 13, 9. adversa facies, i. e. opposita videnti. Claud. R. Pr. 3, 393. adversa fronte, ubi v. Heins. (Translate hoc dixit Hor. Sat. 1, 1, 103. Pergis pugnancia secum Frontibus adversis componere?) Virg. A. 5, 583. Inde alios ineunt cursus aliosque recursum Adversis spatii, i. e. ut Heyn. explicat: quibus ipsi adversi i. e. obvii invicem sibi facti iterum deflectunt se et in novos gyros discurrunt. Tac. A. 3, 42. Legiones — quas Visellius et C. Silius adversis itineribus objecerant, i. e. quibus hostibus debebant occurrere. Tib. 4, 1, 8. Adversos hosti defigere cervos. Cf. CERVUS. Liv. 30, 8. Celtiberos in medium aciem in adversa signa legionum acceperunt, i. e. legionibus opposuerunt. Tib. 4, 1, 99. Adversisque parant acies concurrere signis, et ib. 148. Nulla tibi adversis regio sese offeret armis. Hinc Hor. Sat. 1, 7, 10. adversum bellum. Liv. 8, 7. Adversos concitant equos. Virg. A. 11, 719. adversa congregitur. Hirt. B. Al. 8. Magno negotio impetus hostium adversos ex munitionibus sustineri, quae verba recte expl. Clark. Suet. Ner. 48. Sed adverso fulgure pavefactus est Nero, i. e. contra eum, quasi ante pedes ejus de-

cidente. Liv. 35, 30. (Hastae) pleraeque adversae cadentes, i. e. cuspede terrae obversae, ut defigerentur. V. ibi Duk. et Drak. et Heins. ad Sil. 11, 163. Ov. Met. 13, 541. Adversa figit modo lumina terra, i. e. quam intuebatur ex adverso. Virg. Cul. 242. Saxum procul adverso qui monte revolvit. Quintil. 2, 17, 19. Armenta egit (Hannibal) in adversos montes. Sall. Jug. 52. (Romani) adverso colle evadunt, i. e. ita abeunt, ut collis ipsis adversus sit, quo facto necessario in collem perveniunt. Sic Ov. Am. 1, 9, 11. Ibit per adversos montes, ubi v. Burm. Plin. 8, 3, 3. de elephantis: mirum maxime, — adversis funibus subire, i. e. ascendere in funibus protensis. Sic loca, ad quae iter facimus, dicuntur adversa. V. Burm. ad Val. Fl. 1, 493. Eodem referendum est, quod Caes. B. G. 4, 28. dicit adversa nocte, siquidem hoc non est infesta nocte, sed: cui obviam ire necesse erat. V. ad h. l. Herzog.] Virg. G. 1, 201. adverso flumine i. e. opposito, contrario, opp. secundo, lembum subigere. [*Drak. ad Liv. 21, 27, 2. Plin. 18, 6, 7. adverso amne (villam ponere). Sil. 4, 653. Arduus adversa mole incurrentibus undis Stat ductor. Liv. 21, 31. Profectus adversa ripa Rhodani. Ad hos locos referenda videntur esse verba Tac. G. 2. immensus ultra, utque sic dixerim, adversus Oceanus raris ab orbe nostro navibus aditur, ubi v. Gron. Ab his tamen differunt tales loci, qualis hic est ap. Sil. 6, 165. jam caput adversae ponebat margine ripae, i. e. obiectae, oppositae. Cf. Lucan. 1, 223. Stat. Th. 9, 231. Hor. Sat. 2, 3, 205. Verum ego ut haerentes adverso litore naves eriperem, quod non est inimico, sed opponitur littori ei, quo tendebat Graeci. Ad illud autem genus locorum, quum dicunt: adverso flumine et similia, pertinet hic quoque, quem alieno loco noster attulerat, Caes. B. C. 3, 107. adversissimi navigantibus venti (i. e. e regione flantes ideoque navem repellentes). Quint. 12, 11, 5. Quid secundis flatibus, quid adversis ratis poscat. Ter. Hec. 3, 4, 9. et Suet. Caes. 58. ad tempestas. Nep. Mill. 1. Hic ventus a septentrionibus oriens adversum tenet Athenis proficiscentibus. V. ibi interpp. et Drak. ad epit. Liv. 1, 105. — Jam vero ex his putamus facile intelligi posse, quo jure dicatur adversum vulnus etc. Nimirum supra jam e Caes. attulimus adversum os. Huic primum addantur haec similia: Liv. 21, 7. adversum femur tragula ictus, i. e. ubi femur adversum erat hosti. Cic. Verr. 2, 5, 1. cicatrices — adverso corpore exceptas. Virg. A. 5, 504. (Sagitta) venit adversique infigitur arbore mali. Sic saepe Virg. Sil. 6, 249. Venit in adversam non vano turbine frontem cuspis. Curt. 4, 15. Resistentium adversa ora fodiebat, fugientium terga. Hirt. B. Al. 30. Adversi vulnerantur. Patet igitur, adversa (ad nos versa) dici, quorum partes anticae videntur, opp. aversis v. iis, quae a tergo sunt. Hinc Cic. Har. resp. 19. vulnera adversa accipere, i. e. antica corporis parte, ut in pectore. Hunc locum noster attulit. Id. Or. 2, 28. cicatrices adversas ostendere. Et sic etiam in aliis locutionibus, ut ap. Liv. 21, 28. jam satis parentes adverso tumultu (qui quasi ante oculos erat) terribilior ab tergo adortus clamor. Caes. B. G. 2, 8. Collis — tantum adversus (in fronte) in latitudinem patebat, quantum loci acies instructa capere poterat, atque ex utraque parte dejectus habebat etc. Paulo alia est oppositio in Cic. loco, quem noster habet, N. D. 2, 54. dentes adversi acuti morsu dividunt escas, intimi autem conficiunt. V. ad Caes. l. Herz. et ad 1, 26. Oud. ad 5, 35.] — Lectus adversus quid sit v. in LECTUS. P. Translate adversus in universum est id. qu. contrarius, quia quae contraria sunt, veluti ex adverso stant et nobis opponuntur. [*Dicitur et de hominibus, qui nobis sese opponunt et adversantur (adversarius, inimicus, infestus) et de rebus, de quibus quum dicitur, saepe potest explicari malus, infaustus, quae quasi nobis obstant, et quoniam talia nobis displicent, incivisus.] De personis: Ter. Andr. 1, 1, 37. Adversus nemini, nunquam praeponeus se aliis. Vell. 2, 63. Adversus Pompejanis, Julianis fidus. Albinov. ad Liv. 1, 182. Gentibus adversis forma sit illa precor i. e. hostibus. [*Tib. 1, 10, 30. adversi duces; ut Quintil. 9, 3, 22. Piso, adversae partis advocatus (quocum cf. 7, 1, 4. 12, 9, 11. Suet. Caes. 75. Vit. 18.) Ammian. 26, 9. Adversos (hostilem exercitum) facilius oppresserunt.] Plin. 32, 4, 14. Neque est testudine aliud salamandrae adversus. [*Virg. A. 9, 283. adversa Fortuna. Id. ib. 12, 1. adverso Marte, i. e. adversa proelii fortuna. Cf. Ov. Fast. 1, 60. Id. Her. 7, 4. Adverso movimus ista deo, ubi v. Burm., et de similibus, ut: adversis diis, adverso Senatu, adversa Patrum voluntate etc. Drak. ad Liv. 1, 46, 2. 7, 3, 2. 21, 62, 3. 38, 33, 11. Frequentissima est in hujusmodi locis confusio vv. adversus et aversus (cf. etiam Burm. ad Prop. 1, 1, 8. et Drak. ad Liv. 2, 31, 6.; sic ap. Hor. Od. 2, 4, 19. al. lucro aversum, al. adversam praebent), nec raro anceps iudicium. Videtur tamen nobis rectissime judicare Drak., quum adversus gravius esse putat, quam aversus. Sic

[*Or. Met. 10, 347. adultera patris. Quint. 5, 10, 104. Adulteram sine adultero occidi. Cf. id. 7, 1, 7. Suet. Cal. 24. Sorores condemnavit quasi adulteras.] Dicitur hoc quoque de brutis animalibus. Plin. 8, 16, 17. Odore pardi coitum sentit in adultera leo.

ADULTERATIO, onis, f. παραζήτηση, [*dicitur hoc propr. de nummis] corruptio simplicis et sinceræ rei, admixtione deterioris et vilioris. Plin. 21, 6, 17. Probatio croci sinceri, si imposita manu crepat, veluti fragile: humidum enim, quod evenit adulteratione, cedit. Id. in Lemnatis ante l. 2. ad l. 12. n. 19. In omnibus odoribus aut condimentis dicuntur adulterationes, experimenta, pretia.

ADULTERATOR, oris, m. παραζητάτης, qui adulterat et corrumpit aliquid. Claud. Saturnin. Dig. 48, 19, 16. sub fin. Adulteratores monetæ.

ADULTERATRIX. Gl. gr. lat. μοιζήτις, adulteratrix.

ADULTERATUS, a, um, partic. v. adultero, i. q. adulterio corruptus. Suet. Caes. 48. Ob adulteratam equitis Romani uxorem. Id. ib. 6. adulteratam opinatus a P. Clodio. Adulteratus nidus dicitur a Plin. 10, 9, 11. in quo aliena ova aut pulli foventur [*de cuculo loquitur, qui alienis nidis ova sua excludenda committit.] P. Translate Flor. 2, 11. Gallograeci — adulteratae (alii populis mixtae) reliquiae Gallorum. Inprimis vero dicitur, ut ζυθόθενθελες, alienae et vilioris rei admixtione corruptus. Plin. 31, 10, 46. n. 4. Nitrum sincerum facile resolvitur, adulterum pungit. Id. 19, 3, 15. Laser adulteratum.

ADULTERINUS, a, um, adj. ex adulterio natus, μοιζήσις. Plin. 7, 2, 2. Liberi adulterino sanguine nati. Et de brutis animalibus id. 10, 3, 3. Pulvis adulterinus et degener. P. Translate sumitur pro adulterato, aliena et viliori re admixto, corrupto, ζυθόθενθελες. Cic. Off. 3, 23. adulterinos nummos pro bonis accipere. Id. Cluent. 14. testamentum signis adulterinis obsignare. [*Liv. 40, 23.] Sall. Jug. 12. Adulterinae claves. Plin. 26, 8, 38. Scammonium adulterinum. [*Varr. R. R. 1, 40. Semina propter similitudinem adulterina. Pl. Bacch. 2, 3, 32. adulterinum symbolum. Appul. Met. 4. adulterinae literae (i. e. fictae). Ap. eund. ib. 7. auctor adulterinus est Amor sub aliena imagine latens.] Ulp. Dig. 47, 11, 6. Staterae adulterinae. Paul. ex Festo: Adulterina signa dicuntur alienis anulis facta.

ADULTERIO, onis, m. Vox est usurpata a Laberio pro adultero, ut interpretatur Non. 2, 12., vel pro adulterio, ut exponit Gell. 16, 7., qui merito eam damnat, ut nimis licenter noveque fictam. Idem de voce adulteritas, quae itidem pro adulterio ab eodem Laberio usurpata est, esto iudicium.

ADULTERITAS, atis, f. V. voc. praeced.

ADULTERIUM, ii, n. μοιζήτις, alieni tori violatio. Papin. Dig. 48, 5, 6. Proprie adulterium in nupta committitur, propter partum ex altero conceptum, composito nomine, h. e. adultus ab altero. Quint. 7, 3. Adulterium est cum aliena uxore coire. Cic. Or. 2, 68. deprehendi in adulterio. Ulp. Dig. 1, 12, 1. committere adulterium in uxorem alienam. Catull. 67, 36. Cum quibus illa malum fecit adulterium. [*Suet. Aug. 69. adulteria exercere. Id. Cal. 11. ad obire, quo loco Breni intelligit de locis, in quibus adulteria committuntur. Adulteria componere dixit Tertull. Apol. 15.] Vell. 2, 45. Ob initum adulterium. Justin. 5, 2. et 22, 1. adulterio cognoscere alicujus uxorem. [*Suet. Caes. 52. impudicitiae et adulteriorum flagrare infamia. Id. Cl. 1. per adulterii consuetudinem procreatus. Id. Aug. 70. poetae verba affert: dum nova divorum coenat adulteria, i. e. inter coenandum adulteria committit. Adulteria caelata vasis sunt adulteriorum imagines ap. Plin. 14, 22, 28. De adulterii poena in lege Julia constituta v. Lips. Exc. ad Tac. A. 4, 42. et Gesner. ad Plin. ep. 6, 31, 6.] — De brutis animalibus Plin. 8, 5, 5. adulteria non novere elephantum. Id. 10, 34, 52. Columbibus non nota adulteria. P. Translate id. 17, 1, 1. Adulteria arborum, h. e. insitiones, quibus arbores alienos surculos accipere et poma non sua gignere coguntur. Id. 19, 3, 15. Adulteria mercis, h. e. adulterationes. Et 14, 9, 11. Adulterium mellis. Id. 9, 40, 65. adulteria naturae appellat varia medicamina, seu colores disparatos permixtos una ad faciendum unum colorem purpureum aut conchylii. Sic Manil. 5, 266. Ut sit adulterio succorum gratia major. [*Haereticos adulteria appellat Tertull. Apolog. 47.]

ADULTERO, as, avi, atum, a. 1. μοιζήτις, adulterium committo, alienum virum aut feminam corumpo. Justin. 43, 4. Mulier adulterare cum Graeco adolescente solita. Suet. Aug. 67. Proculum mori coegit compertum adulterare matronas. [*In h. l. igitur transitiva dicitur signifi. pro corrumpere. Cf. in ADULTERATUS. Cum Justin. 1. compone Cic. Leg. 1, 16.] P. Translate est corrumpere et suam rebus simplicitatem adimere admixtione rei deterioris. Cic. Am. 25. Simulatio tollit iudicium veri idque adulterat. Id. Partit. 25. Voluptas boni naturam fallaciter imitando adulterat. Id. Caecin.

26. adulterare jus civile pecunia. Plin. 12, 12, 26. Nardus adulteratur pseudonardo. Id. 16, 40, 76. n. 3. adulterare colorem. Id. 37, 3, 12. gemmas. Paul. receptar. Sentent. l. 5. tit. 25. nummos. Ulp. Dig. 11, 3, 1. rationes dominicas. Or. Fast. 1, 373. de Proteo: ille suam faciem transformis adulterat arte, h. e. vertit, mutat. P. Adulteror, aris, deponenti forma etiam dici quidam putant afferuntque locum Cic. Off. 1, 35. latrocinari, fraudare, adulterari. Sed adulterare alii legunt [*ut Beier.] Huc etiam trahunt illud Hor. Epod. 16, 32. Adulteretur et columba milvio, h. e. cum milvio adulteretur. Sed etiam ita exponi potest: adulteretur, hoc est ineat a milvio, ut sit passivum [*recte haud dubie. P. Ap. Cic. Rosc. Com. 4. confunduntur adulterare et annuncerare; quod v. ibi restitutum est ab editoribus.]

ADULTEROR, aris, dep. l. V. voc. praeced.

ADULTUS, a, um, partic. v. adoleo, qui crevit. Justin. 43, 2. Adultis inter pastores de virtute quotidiana certamina et vires et pernicitatem auxere. [*Tac. A. 2, 3. apud Dahas adultus. Cf. 11, 16.] P. Saepe est nomen adj., et significat illum, qui jam crevit et ad justam staturae suae magnitudinem pervenit, ἀρδυσθελες, diciturque ita proprie de animalibus et plantis. Cic. Tusc. 5, 20. virgines adultae (ὄψαιος). [*Suet. Tib. 10. adultis jam Augusti liberis. Id. Cl. 39. adulto filio.] Id. Ferr. 2, 3, 68. adulta aetate puer. [*Suet. A. 69. cf. Liv. 1, 4. et quae supra in ADOLESCO diximus.] Sall. Cat. 15. Timens privignum adultum aetate. Plin. 9, 8, 7. Adulti catuli delphinorum. Id. 10, 33, 49. adultiores pulli hirundinum. Hor. Epod. 2, 9. adultae vitium propagines. [*Amian. 30, 3. adultae in pastum segetes. Hinc per imaginem Cic. Tusc. 2, 4. (Philosophia) ea mandat his (animis) et, ut ita dicam, serit, quae adulta fructus uberrimos ferant.] — Tum eadem significat dicitur etiam de aliis rebus. Stat. Silv. 2, 1, 122. adultus crinis. [*Amian. 16, 12. adultae lanuginis juvenis.] Catull. 20, 11. capellae ubera adulta lacte [*i. e. distenta, turgentia.] P. [*Translate dicitur omnino de iis, quae ad maturitatem et perfectionem venerunt.] Cic. Brut. 7. Non nascentibus Athenis, sed jam adultis. Tac. H. 5, 8. Macedonibus invalidis, Parthis nondum adultis. Vell. 2, 110. adulta viribus Dalmatia. [*Cic. R. P. 2, 11. Adultus jam et pene puber populus Rom. a Romulo relictus. Beier. Adde Liv. 2, 1.] Cic. Cat. 1, 12. adulta pestis reipublicae. Tac. H. 1, 31. incipiens adhuc et nondum ad. seditio. [*Id. A. 15, 73. coepta adultaque conjuratio.] Id. A. 3, 53. praevallida et adulta vitia. Id. ib. 1, 46. auctoritas adolescentium nondum adulta. Id. H. 3, 23. adulta aetate [*i. e. media, alta. Cf. Salmas. Exerc. p. 506.] Id. A. 2, 23. adulta aetate [*i. e. media et jam ad auctumum vergente. Cf. Serr. ad Virg. G. 1, 43, qui ver novum, adultum, praecipis distinguit. Tac. A. 11, 31. ad auctumum. Adultus sol. V. in ADUSTUS.] P. Adultus pro crematus. V. in Adoleo.

ADUMBRATIM, adv. τινωδώς. Lucr. 4, 362. Non tamen ut coram quae sunt vereque rotunda, Sed quasi adumbratim paulum simulata videntur, h. e. non omnino et perfecte rotunda.

ADUMBRATIO, onis, f. σκιαγράφια, rudis et imperfecta rei descriptio aut imago. Vitr. 1, 2. Scenographia est frontis et laterum abscedentium adumbratio. V. ADUMBRO. P. Translate Cic. Or. 29. Nulla est ullo in genere laus oratoris, cujus in nostris orationibus non sit aliqua, si non perfectio, at conatus tamen atque adumbratio. P. Refertur etiam ad simulationem. Val. Max. 7, 3, n. 8. ext. Insidiosa beneficii adumbratio.

ADUMBRATUS, a, um, partic. v. adumbro, umbra tectus. Petr. Sat. 105. Ut notae quoque litterarum, non adumbratae comarum praesidio, totae ad oculos legentium accederent. P. Item descriptus, delineatus, adjectis umbris colorum, non tamen perfecte expressus (v. ADUMBRO) σκιαγραφέως. Id. ib. 106. adumbrata inscriptio. Cic. N. D. 1, 27. Cedo mihi istorum adumbratorum deorum lineamenta atque formas. [*Sic dicuntur dii Epicuri, qui non corpus, sed quasi corpus habent. Quintil. Decl. 10, 11. adumbrati artificis manu vultus.] P. Translate Cic. Coel. 5. Habuit ille permulta maximarum non expressa signa, sed adumbrata virtutum. Id. Leg. 1, 22. rerum omnium quasi adumbratas intelligentias animo ac mente concipere [*i. e. notiones innatas, quas gr. προλήψεις appellant. V. Goerenz. Id. Fin. 5, 24. Quodsi ipsam honestatem undique perfectam atque absolutam — penitus viderent, quoniam gaudio complerentur, quum tantopere ejus adumbrata opinione laetentur? Cf. Goer. Id. Tusc. 3, 2. Consectatur nullam eminentem effigiem virtutis, sed adumbratam imaginem gloriae. Est enim gloria solida quaedam res et expressa, non adumbrata. Id. Ferr. 2, 3, 33. Aeschrio, Pippae vir adumbratus [*nam Verri uxorem permittebat. Id. Agr. 2, 9. comitia adumbrata, quibus opp. vera. Nimirum umbra speciem quidem alicujus rei refert, minime vero res ipsa est. Adde Sull. 18. adumbratum indicium fi-

lii.] Tac. A. 4, 31. Nec occultum est, quando ex veritate, quando adumbrata [*i. e. ficta] laetitia facta imperatorum celebrentur. [*Amian. 14, 11. Jam non adumbratis fallacis res agebatur, sed etc.]

ADUMBRO, as, avi, atum, a. 1. εὐσχυίζω, umbram inducere. Colum. 5, 5. Palmeis tegetibus vineas adumbrabat. Id. 11, 2, 61. Adumbrantur stramentis uvae, nec caloribus exaerescant. [*Cf. 9, 7, 4.] P. Est etiam verbum pictorum et significat quadatenus aliquid exprimere, non primis tantum lineis, ut vulgo interpretantur, delineare. Est enim adumbrare Latinis, quod Graecis σκιαγράφειν, et adumbratio σκιαγράφια, lineatio, quae adit umbras, et oculis non modo lineas exhibet, sed explicatiores etiam rerum species subjicit. Primum enim pictores lineamenta ducunt futurae imaginis (quod ὑπογραφή dicitur), deinde inducunt colores, quibus addunt umbras, et sic paulo expressiorem speciem exhibent, non tamen perfectam. Haec igitur adumbratio est, cui postea accedit manus ultima, cum omnia ad exactam elegantiam exprimuntur et expoluntur. Val. Max. 8, 11. fin. Quod pictor adumbrare non valuit, casus imitatus est. Quintil. 7, 10, 9. Quis pictor omnia, quae in rerum natura sunt, adumbrare didicit? P. Translate est quocumque modo aliquid persequi, describere, repraesentare. [*Cic. Fin. 5, 22. A natura adumbrantur honesta, quae intelligimus. V. supra in ADUMBRATUS.] Cic. Or. 2, 47. Herum veteres casus fictosque luctus imitari atque adumbrare dicendo. [*Curt. 10, 3. Nec Persis Macedonum morem adumbrare, nec Macedonibus Persas imitari indecorum est.] Id. Or. 14. Eloquentiae speciem et formam adumbrare. Id. Or. 3, 4. Quo in genere orationis utrumque oratorem cognoveramus, id ipsum sumus in eorum sermone adumbrare conati. Eminentio adumbrare est fingere, comminisci. Cic. Dom. 30. Quid te desperatius, qui ne eminentio quidem poteris auctorem adumbrare meliorem? [*Adumbro, inumbro, obumbro in libris confunduntur. Burm. ad Virg. G. 4, 20. coll. Aen. 11, 66.]

[ADUMENUS, i, cognomen libertinum in Inscr. ap. Mur. 1530, 5. Ti. Claudius Robus fecit liberto suo benemerenti Adumeno. F.]

*ADUNAS s. ADUNA, ae, fluvius in Perside et Susiana, qui in Eulaeum influit. Plin. 6, 27, 31.

ADUNATIO, onis, f. congregatio, ἰσουλός. Vox est Cypriani ep. 57. et 60. (al. 60. et 62.), Diomed. 1. et Cassiod. ep. 4, 33. et 36.

ADUNATUS, a, um, partic. v. aduno, congregatus, collectus, ἰσουλός. Justin. 2, 12. Cum adunata omnis classis esset. Et 7, 1. adunatis gentibus. Et 15, 4. adunatis copiis. Adde Pallad. 4, 10. fin. et Lact. Opif. D. 17. fin. Putatur etiam Cicero hac voce usus Off. 3, 8. Turpitudinem videas adunatam ei rei etc. Ita enim legit Nonius 4, 20. Ceteri autem omnes mss. et edd. adjunctam habent.

ADUNCITAS, atis, f. curvitas in acutum desinens, καμπύλιος. Cic. N. D. 2, 47. Animalia cibum partim unguum tenacitate arripiunt, partim aduncitate rostrorum. Adde Plin. 10, 49, 69.

ADUNCUS, a, um, adj. καμπύλιος, acumen curvum habens unci modo. Cic. Cluent. 48. Serrula adunca ex omni parte dentium et tortuosa. [*Id. N. D. 1, 24. curvata et quasi adunca.] Id. Tusc. 2, 10. vertens carmina Aeschyli: adunci ungues. Or. Met. 13, 808. adunci hami. [*Ib. 14, 628. falx. Plin. 11, 37, 60. rostra. ib. 45. cornua. Liv. 1, 18. Dextra manu baculum sine nodo aduncum tenens, quem lituum appellaverunt.] Id. Fast. 2, 295. Aduncus vomer. Ter. Heaut. sub fin. aduncus nasus. V. NASUS. Or. Fast. 6, 196. magni praepes adunca Jovis, h. e. aquila adunco rostro. P. Gradus hujus adjectivi nondum vidimus.

[ADUNDO, as, id. qu. abundo. Legitur in Not. Tir. p. 125. Adundat. F.]

*ADUNICATES, ium, populus in Gallia Narbonensi. Plin. 3, 4, 5.

ADUNO, as, a. 1. ἰσουλός, congrego. Lactant. Mort. pers. 45. extr. Sparsi milites per diversas regiones fuerant, et adunari omnes angustiae temporis non sinebant. Pallad. 3, 29. Membra diversae partis adunare et vinculo constricta deponere. Adde Justinum supra in ADUNATUS. Qui enim Livio tribuunt 32, 30., male tribuunt, et verbo adjungo, quod legitimum est, injuriam faciunt. [*V. de h. v. Arntzen. ad Aurel. Vict. de V. Ill. 1, 4.]

ADVOCAMENTUM, ti, n. pro advocazione quidam inepte legunt ap. Plin. ep. 5, 8. veniam advocamenti peto: sed alii plerique rectius advocandi. V. ADVOCO.

ADVOCATIO, onis, f. patrocinium alicui in iudicio praestitum, οὐρηγορία. Significatur autem non quidem causae dictio (quae oratoris est), sed consilium et auxilium quocumque aut officium in alicujus causa adhibitum. V. ADVOCATUS. Cic. Fam. 7, 10. ad Trebat. Jctum: tu in re militari multo es cautior, quam in advocacionibus. [*Huc refer Quint. Decl. 4, 6. Satis sit, hucusque auctoritatem sacrae legis attingere, ut illam in advocacionem sacrae mortis adducam, i. e. ut mihi ad-

Suet. Cal. 35. Nihil aeque quam timidus fuit. Cf. id. Cl. 16. A. 64. 89. Galb. 4. Plin. 9, 16, 23. Noctibus aeque quam die cernunt. Colum. 8, 10. Turdi locum aeque munitum quam columbi desiderant. Cf. Plin. ep. 2, 15, 2. et Tursell. p. 50. ed. Schwarz. — *Aeque* — ut. Nulla est auctoritas Cic. Phil. 12, 12. Possumusne igitur in Antonii latrocinio aeque esse ut hi? At in h. l. nunc editur *tuti*. De loco Fin. 4, 23. modo diximus. Certior est locus in orat. pr. dom., quae Cic. falso tribuitur, c. 11. Cn. Pompejum — aeque ut unumquemque vestrum — pro salute mea laborasse. Varr. ap. Non. 1, 151. Ut arquatis et veterosis, quae lutea non sunt, aeque, ut quae sunt, lutea videntur, sic etc. Omissam partic. in hac constructione censent ab Ammian. 22, 5. nullas (aeque) infestas hominibus bestias, ut sunt sibi ferales plerique Christianorum. — *Rarissimum est aeque — tanquam*. Petron. fr. Trag. Ut aeque me mortuum juvet, tanquam vivum. V. Heins. Misc. obs. V. 9. p. 176. Burm. ad Vell. 2, 121. — *Aeque — cum*. Ita non nisi ap. Comicos. Pl. Asin. 2, 2, 66. Animum adverte, ut aeque mecum haec scias. Ter. Ph. 5, 8, 43. Novi aeque omnia tecum. — *Aeque seq. ablat. casu*. Pl. Amph. 1, 1, 137. Nullus est hoc meticulosus aeque. Plin. 35, 3, 6. Quibus equidem nullas aeque demiror tam longo aevo durantes. Id. 24, 8, 32. Gutta aeque propoli ex aqua efficax, i. e. aeque ac propolis. Plautum credimus ita dixisse, quum sententiam magis: nullus est hoc meticulosior — quam verba spectaret; Plinium non item. Ap. Plin. hi nobis videntur esse dativi, ut saepe *idem* construitur c. dat. — Insolens est illud quoque ap. Ammian. 23, 6. abundat aeque civitibus, quibus Media. — Dicunt etiam *aeque — aeque*. Hor. Ep. 1, 1, 25. Aeque pauperibus prodest, locupletibus aeque. Tac. Agr. 15. Aeque discordiam, aeque concordiam exitiosam. Utroque loco potuisset et sequi; nam in his nulla est comparatio, sed duo tanquam paria proponuntur. P. Denique sunt loci plurimi, in quibus non integra est oratio, sed id, quod ad absolvendam comparationem pertinet, e nexu facile intelligitur. Pl. Asin. 4, 1, 26. Tecum una aeque (ac tu) pocula potitet. Ter. Ph. 3, 3, 32. Nihil est, aeque quod faciam lubens, intell. atque illud, quod me jubes. Id. Andr. 2, 6, 3. Quid Davus narrat? DA. Aeque nunc quidem, h. e. aeque nunc narrat aliquid, atque antea narrabat, quod est: nihil omnino narrat. Sulpic. in Cic. Fam. 4, 5. Vidimus secundam pulcherrime te fortunam, fac intelligamus, adversam quoque te aeque posse ferre, intell. ut illam. Nep. Hann. 4. Adeo gravi morbo afficitur oculatorum, ut postea nunquam dextro aeque bene usus sit. Id. Iphicr. 1. Pondere detracto, quod aeque corpus tegeret et leve esset, curavit. Cic. Ferr. 2, 2, 54. Non solum erat administer istius cupiditatum, verum etiam ipse sui meminerat aeque. Id. Fam. 5, 21. Nemo erat, quicum essem libentius, quam tecum, et pauci, quibuscum essem aeque libenter. Liv. 7, 29. aeque facilis victoria. Id. 8, 13. Aeque prospero eventu pugnavit. Suet. Caes. 51. Disticho jaectato aeque (int. ut multa alia) a militibus. Id. Aug. 56. Ut tamen pari essent jure, quo ceteri legibus aeque tenerentur. Cf. ib. 27. 85. Id. Tib. 2. Exstant et feminarum exempla, diversa aeque (ac virorum). Hujusmodi loci interdum fraudem fecerunt VV. DD., ut ap. Liv. 29, 19, 4. Afferendus hic est etiam locus Pl. Capt. 3, 5, 42. nec est quisquam mihi, aeque melius cui velim. Ubi duas locutiones confudit hoc modo: nemo est, cui tam bene, nemo, cui melius velim. Corrupta sunt verba ap. Ter. Heaut. 4, 3, 7. cui aeque audisti commodius quicumque evenisse; in quibus nunc editur vel *commodi v. commode*. Ac nescimus an Sallustius non scripserit, quod editur Jug. 101. ita Jugurtham spes frustrata, qui copias in quatuor partes distribuerat, ratus, ex omnibus aeque aliquos ab tergo hostibus venturos. Haec ab aliis alio modo explicantur; nec placet Cortii explicatio: aequaliter, juste et directe a tergo; multo minus ea ratio probari videtur posse, quum alii *aeque* sic interpretantur, ac si scriptum esset *saltem v. certe*. (Sic Kärcherus in Lex. lat.) Gronovio scribendum videbatur *utique*. Recentissimi editores quid de h. l. statuerint, nunc nos fugit. Nobis valde suspecta est illa vox, cum possit orta videri e seq. voc. literis.] P. *Aeque* pro *juste*, *δικαιως*. Senec. Med. 198. Qui statuit aliquid parte inaudita altera, Aeque licet statuerit, haud aequus fuit. Sed jam in omnibus fere codd. *aequum* legitur. Sidon. tamen ep. 15, 11. Judicas, ut qui aequissime. Certius est illud Pl. Mil. act. 5. v. 22. Sed mihi id aeque factum arbitror, h. e. jure ac merito. P. Interdum significat aequo animo. Fragm. Sallust. apud Serv. Sin vis obsistat, ferro, quam fame, aequius perituros. [AEQUENSIS, is, m. ad Aequum pertiens, ditum Dalmatiae oppidum prope Sign., in loco, qui modo Gardum appellatur. Inscr. ap. Paulovich. Marm. Macarens. p. 48. Tribuno Laticlavo Leg. X. Fretensis, Triumpho A. A. A. F. F. Aequenses municipes. F.] AEQUI, orum, m. plur. populi antiqui Italiae, Tom. I.

Latinis et Volscis finitimi, a Q. Cincinnato dictatore ad interneccionem delati, quorum urbes fuere Alba, Tibur, Praeneste, Carseoli cum aliis. Idem a Plin. 3, 12, 17, 25, 8, 48. et Aequeculani, seu Aequecolani, et Aequeculi, seu Aequecoli nuncupantur. Adde Liv. 1, 9, 4, 30. V. AEQUICOLA et AEQUICULUS. AEQUI BONIQUE FACERE, *εὐνομιονεύειν*, in bonam partem accipere, boni consulere, gratum habere, accipere aliquid tanquam aequum et bonum. Appul. Met. 1. Istud quidem quod polliceris, aequi bonique facio. Et lib. 11. Quorum oblationes honestas aequi bonique facio. P. Significat etiam aequo animo pati, nihil laborare, non curare. Liv. 34, 22. in fin. Ceterum si vos nec cura ejus civitatis, nec exemplum, nec periculum movet, ne serpat latius contagio ejus mali; nos aequi bonique facimus. Cic. Att. 7, 7. Tranquillissimus animus meus totum istuc aequi boni facit. Ubi notanda omissio particulae *que*. Adde Ter. Heaut. 4, 5, 40. P. Aequi bonique partem dicere. Ter. Phorm. 4, 3, 32. Si tu aliquam partem aequi bonique dixeris, ut est ille bonus vir, tria non commutabis verba inter vos. AEQUICOLA, ae, m. et Aequecolus, i, qui est ex Aequis Italiae populo in Latio. Virg. A. 7, 747. Venatu nemorum, duris Aequecola glebis etc. Ov. Fast. 3, 93. Quintum Laurentis, bis quintum Aequecolus asper. [Liv. 1, 32. Jus ab antiqua gente, Aequecoli, quod nunc Feciales habent, descripsit. F.] Scribitur etiam *Aequicula* et *Aequiculus*. [*Suet. Vit. 1. Cf. Cellar. G. A. 2, 9. p. 782. Drak. ad Liv. 3, 25, 5. et ad 10, 13, 1.] AEQUICRURIUS, a, um, adj. aequalia habens crura, *ισοσκελής*: est a mathematicis usurpata vox, qua angulum aequalia habentem duo latera significant. Capell. 6. p. 230. Aut *ισοσκελής*, quod ex tribus lineis duas aequales habet, quibus quasi cruribus insistit, denique *aequecrurium* vocitatur. AEQUICULUS, a, um, adj. ad Aequos seu Aequeculos pertinens, de quibus v. AEQUICOLA. Sil. 8, 371. Rastrisque domant Aequecula rura. Scribitur etiam *Aequiculus*. AEQUICUS, a, um, adj. ad Aequos pertinens. Liv. 10, 1. redintegratum Aequecum bellum. Adde 3, 4. [*Gron. ad 2, 58, 3.] AEQUIDIALE, *ισσημερία*. Festus: Aequequidiale apud antiquos dictum est, quod nunc dicimus aequequidiale: quia nox diei potius, quam dies nocti adnumerari debet. Graeci quoque in hoc consentiunt, *ισσημεριαν*, id est aequequidiale dicentes. Haec Festus. V. AEQUINOCTIUM. [*Aequidialis est etiam in Gl. gr. lat.] AEQUIDIANUS, a, um, adj. *ισσημεριανός*, aequequidialis. Appul. de Mundo p. 62, 9. Apeliotes vocatur, cum aequequidialis exortibus procreatur. [*Alii aliter legunt.] AEQUIDICI versus sunt, qui singulis propositionibus *ἀντιθέτους* apparant dictiones, ut (Virg. Ecl. 2, 18.) Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur. Albis enim nigra opposuit, ligustris autem vaccinia attribuit, et cadentibus legenda assignavit. Haec Diomed. 3. p. 498. [AEQUIDICUS, i, m. id. q. juridicus. Inscr. ap. Grut. 904, 9. Caesius aequequidicus jam centum clauserat annos, Felices annos tot tulit hora brevis. F.] AEQUIDISTANS, antis, comm. gen. adj. aeque distans. Vox est mathematicorum. Capell. 8. p. 276. Circuli paralleli, quos aequequidistantes latine possumus memorare. Aggen. Urbic. comment. in Frontin. p. 53. Goes. ordines vitium aequequidistantes. Frontin. ib. p. 31. Rectae lineae aequequidistantes. AEQUIFORMES versus dicuntur a Diomed. 3. p. 498., qui non composita, sed simplici figura ostentantur, ut in illo Virg. A. 7, 171. Urbe fuit media Laurentis regia Pici; nusquam enim hic duae partes orationis necuntur. Haec Diomed. AEQUILANX, ancis, comm. gen. adj. aequas habens lances. Fulgent. Contin. Virgil. trutina aequequidant ponderare ac disponere. Alii leg. *trutinae aequa lance*. Hinc in Gloss. Isid. *Aequilancium*, aequequidant. In eod. male legitur *Aequilantium*. AEQUILATATIO, onis, f. aequequidalis ductio in latitudinem. Vitr. 9, 8. Diducto circino ad lineam planitiae aequequidantatio signetur. AEQUILATERALIS, le, adj. *ισόπλευρος*, aequequidant. Censorin. Natal. 8. Hexagoni aequequidantalis formam in eodem circulo scribere. AEQUILATERUS, a, um, adj. latera habens aequalia, *ισόπλευρος*, vox est mathematicorum. Capell. 6. p. 229. Aut *ισόπλευρος*, quod latine aequequidant dicitur, quod tribus paribus lineis lateribusque concurrat. Et p. 230. species aequequidant. [Firmic. Math. 2, 11. Cum aequequidant lateri trianguli figura in semet aequa sit et conveniens. F.] AEQUILATUS, eris, n. *ισόπλευρον*, aequequidant. Aulon. Idyll. 11, 50. Per trinas species trigonorum regula currit. Aequequidant, vel crure pari, vel in omnibus impar. AEQUILAVIUM, significat ex toto dimidium, dictum a lavatione lanae, quae dicitur aequequidant redire, cum dimidium decidit sordibus. Haec Fe-

stus. Quidam male legunt *aequequidantium*. [*Aequilantium est in Gl. Isidor.] AEQUILIBRATUS, a, um, adj. Tertull. c. Hermog. 41. Aequequidantato impetu ferebatur. AEQUILIBRIS, e, adj. aequali libra positus. Vitr. 5, 12. Sesquipedales margines struantur aequequidantes ei planitiae. AEQUILIBRITAS, atis, f. *ισονομία*, aequequidantitas. Cic. N. D. 1, 39. Confugis ad aequequidantitatem: sic enim *ισονομία*, si placet, appellemus, h. e. aequequidant distributio, qua omnia omnibus, paria paribus respondeant. V. ib. 19. ubi quid hac voce significetur, apertius explicatur. AEQUILIBRIUM, ii, n. *ισοσταθμία*, *ισορροπία*, aequequidantio librae, cum pondere aeque utrinque premente et ponderante ea in neutram partem inclinat, sed recto aequequidantique statu permanet. Hinc quae aequali rectaque altitudine posita sunt, ad aequequidantitatem esse dicuntur, cum de rebus in plano positus sermo est; quemadmodum esse dicuntur ad perpendicularitatem, quae recta alte surgunt. Sen. Quaest. nat. 3, 25. Hoc est, cur quaedam tigna supra aquam pene tota efferantur, quaedam ad medium submersa sint ad aequequidantitatem aquae, quaedam descendant. Adde Solin. 1. in. cujus verba ideo hic transcribere omittimus, quia subobscura sunt. V. Salm. [*Exerc. p. 11. sq.] P. Translate dicitur de aequequidantitate et compensatione. Gell. 20, 1. Nam cui membrum ab alio ruptum est, si ipsi itidem rumpere per talionem velit, quaero an efficere possit rumpendi pariter membri aequequidantitatem. AEQUILOTIUM. V. AEQUILAVIUM. AEQUIMAELIUM, ii, n. locus Romae in vico Jugario, sub Capitolio, portam Carmentalem versus, ita dictus, quod ibi domus Sp. Maellii regnum affectantis publice solo aequequidantata fuit. Duplex afferitur a scriptoribus latinis hujus vocis notatio. Cic. [*si modo is est Cicero] et Val. Max. ex aequequidant seu justo supplicio Maellii deducunt. Cic. Dom. 38. Sp. Maellii regnum appetentis domus est complanata. Ecquid aliud? aequequidant accidisse Maelio populus Romanus judicavit; nomine ipso Aequequidantitatis stultitia poena comprobata est. Val. Max. 6, 3. n. 1. Area domus ejus (Maellii) quo justus supplicii notitia ad posterum perveniret, Aequequidantitatis appellacionem traxit. At rectius Varro et Aurel. Victor ideo putant locum illum Aequequidantitatis vocatum fuisse, quod solo aequequidantata sit Maellii domus; hinc a Romanis aream illam aequequidant Maellii seu Maellii planitiam, deinde junctim Aequequidantitatis fuisse appellatam. Varr. L. L. 4, 32. Aequequidantitatis, quod aequequidantata Maellii domus publice, quod regnum occupare voluit is. Aurel. Vict. V. ill. 17. Sp. Maellium regnum affectantem occidi jussit Quintus Cincinnatus, domum ejus solo aequequidantavit, unde locus ille Aequequidantitatis dictus. Hanc postquam interpretationem confirmat Dion. Hal. 12, 1. edit. ab A. Maio: τὸ ἰσοπέδον Δικηνήλιον Ῥωμαῖοι καλοῦσαν αἰὼν γὰρ τὸ μηδεμίαν ἔχον ἐξοχὴν λόγονον τόπον ὄν τινὰ μέλιον ἐξ ἀρχῆς κληθέντα, ὕστερον συμπράξαντων ἀλλήλοις κατὰ τὴν μίαν ἐκφορὴν τὸν ὄνομα τὸν Δικηνήλιον ἐκάλεσαν. Id ipsum fortasse probat locus Liv. 4, 16. domum deinde, ut monumento area esset oppressa nefariae spei, dirui exemplo jussit; id Aequequidantitatis appellatum est. [*In his plurima addidit Furl. Cf. Drak. ad Liv. 4, 16, 1. 24, 47, 15. 33, 26, 9. 38, 28, 3. Ceterum videntur in illo loco postero tempore pecudes venales prostitisse. Cic. Dic. 2, 17. In Aequequidantitatis mittimus, qui afferat agnam.] P. Scribitur etiam *Aequimelum*, ut graece *Δικηνήλιον* scriptum vidimus. AEQUIMANUS, a, um, adj. *ἀμφιδέσιος*, *περιδέσιος*, qui sinistra manu aequequidant utitur ac dextera, aut qui aequequidant manu valet, aequali pugnandi arte pollet. Aulon. Idyll. 12. c. per interrog. et respons. Quis Mirmilloni contenditur? aequequidant Thrax. [Isid. Orig. 10. A. Aequequidant appellatus qui utraque manu gladio incunctanter utitur. F.] P. Translate *Symmach. ep. 9, 101. (at. 110.)* nam pari nitore, atque gravitate senatorias actiones et Romanae rei monumenta limasti, ut plane Homerica relatione usus, *περιδέσιον*, id est aequequidant te pronuntiem. AEQUIMENTUM. V. EQUIMENTUM. AEQUINOCTIALIS, le, adj. *ισονόκτιος*, *ισσημεριανός*, ad aequequidantitatem pertinens. Sen. Qu. nat. 3, 28. aestus aequequidantialis, h. e. qui circa aequequidantitatem fit. Plin. 2, 97, 99. aequequidantiales horae. Id. ib. 47, 46. oriens aequequidantialis: occasus aequequidantialis. [Colum. 1, 6. Aequequidantialis meridianus. Id. ib. meridianus aequequidantialis. V. hic Schneideri adnotat. F.] Varr. L. L. 8, 18. Aequequidantialis circulus, (Aequator) circulus in caelo, quo ubi pervenit sol, aequequidantia facit. AEQUINOCTIUM, ii, n. *ισσημερία*, tempus illud, quo dies et noctes horarum spatio aequales sunt. Duo sunt autem aequequidantia: vernalis circa VIII. Cal. Apr., quod in signo Arietis conficitur: autumnale X. Cal. Oct. in signo Librae. Cic. Att. 12, 27. Publilius si aequequidantitatem exspectat, navigaturus videtur. Liv. 31, 47. Jam autumnale aequequidantitatum instabat. Plin. 2, 97, 99. Aestus duobus aequequidantitatis maxime tumentes, et autumnali amplius quam verno.

Rud. prol. 47. leno, ut se aequum est, flocci non fecit fidem. Omnino constructio accusativi cum infinitivo videtur tribuenda esse sermone familiari et recte vituperat Bremi hoc nomine Nep. Them. 7. Nam ubi post aequum est sequitur subjectum, apud bonos scriptores sequitur ut; cujus particulae in hac constr. usum explicat Stallbaum. ad Rudd. II. p. 235. Etiam quin olim putabant sequi posse Pl. Trin. 2, 4, 187. aequum videtur, quin, quod peccarim, potissimum mihi id obsit. Sed recte correxerunt qui, i. e. ut. Cf. Hermann. et Lindemann. ad h. l.] P Frequenter substantivi more usurpatur (apud poetas etiam plurali, Val. Fl. 3, 648. haud ullis unquam superabilis aequis Rectorum memor), ac tum saepe additur bonum. Itaque tum aequum, tum aequum et bonum idem sunt q. aequitas. Cic. Brut. 38. in fin. Cum de iure civili, cum de aequo et bono disputaretur. Id. Caecin. 23. Ex aequo et bono, non ex callido versutoque iure rem iudicari oportere. Et ommissa et copula. Id. Top. 17. Illi dolium malum, illi fidem bonam, illi aequum bonum tradiderunt. (Aequi bonique facere etc. V. supra suo loco.) Sall. Jug. 39. Fit reus magis ex aequo et bono, quam ex iure gentium. Papin. Dig. 28, 3, 17. Tueri aliquid ex aequo et bono, licet subtilitas juris refragari videatur. Cels. apud Ulp. Dig. 1, 1, 1. Jus est ars boni et aequi. Hoc loco bonum et aequum pro justitia ponitur: ceterum alias frequentius pro aequitate, quae et aequum absolute dicitur. Hor. Sat. 1, 3, 98. utilitas iusti prope mater, et aequi. Quint. 6, 5. Jure prius pugnandum, an aequo. P Quemadmodum aequum et bonum formula est juris, et fori, ita etiam aequius melius, quae maxime in arbitrariis actionibus rei uxoriae adhibebatur, ut Cic. Offic. 3, 15. et Top. 17. docet, hoc est cum, soluto per divortium matrimonio, dos ab uxore repetebatur: qua in re ita concipiebantur actiones, ut non solum quod aequum et bonum esset, sed etiam quod aequius meliusque, si fieri posset, quaereretur. Videtur autem etiam in aliis arbitrariis haec formula locum habuisse. Lege Cic. Rosc. Com. 4.

AER, aëris, m. αἴρ, vox Graeca ab αἴρ, spiro, sed qua utimur pro Latina, ut ait Cic. Acad. 1, 7. et N. D. 2, 36., significat elementum illud, quod medium spatium complet inter caelum et terram. In accusativo singulari, si Latinam declinandi rationem sequimur, aërem facit: saepius tamen non poetae solum, sed etiam prosae scriptores aera Graeca positione usurpant. Cic. N. D. 2, 36. Terra sita in media parte mundi, circumfusa undique est hac animabili spirabilique natura, cui nomen est aer: Graecum illud quidem, sed perceptum jam tamen usu a nostris: tritum est enim pro Latino. [*Quint. 12, 2. ut aëris vocabulum evitaret, dixit: circumfusum nobis spiritum.] Id. ib. 45. Aer fertur ille quidem levitate sublimi, sed tamen in omnes partes se ipse fundit, et natura fertur ad caelum: cujus tenuitate et calore temperatus, vitalem et salutarem spiritum praebet animantibus. Id. N. D. 1, 10. Anaximenes aera Deum statuit. Et 15. Aquam, terram, et aera. Plin. 18, 1, 1. Aerem in perniciem vertere. Lucan. 1, 89. dum terra fretum, terramque levabit Aer, et longi volvent Titanas labores. Aer nitidus pro fulgore, seu luce ponitur in illo Stat. Sil. 1, 3, 54. nam splendor ab alto Defluus, et nitidum referentes aera testae Monstrare solum. De colore, vel odore. Lucan. 4, 438. pavidos formidine cervos Claudat odoratae mententes aera pinnae. [*Aer neque odorem per se, multo autem minus colorem significare potest; sed aer odoratae pinnae est, quod venatores proprio vocabulo dicunt, die Witterung.] Aer summus arboris, est arboris cacumen, apud Virg. G. 2, 123. ubi aera vincere summum Arboris haud ullae jactu potuere sagittae. [*Adde Juven. 6, 99. durum est conscendere navim; tunc sentina gravis, tunc summus vertitur aer, i. e. vertigine corripitur, summa pars coeli ima esse videtur.] P Aer sonus est, interprete Nonio 4, 18. in illo Varro: Anima ut conclusa in vesica, quando est arte ligata, si perculeris, aera reddit. [*Non necesse est intelligatur de sono; intelligendum est de aere cum vehementia quadam prorumpente sive de vento. Nam ventum quoque voc. aeris significari probat Gell. 2, 30. Aquilones venti, quique ex eadem coeli regione aer fluit. Ubi v. Gronov.] P Fistulae aere tenui, apud Sen. Quaest. nat. 3, 24. videntur esse quibusdam, quae cavitates habent tenues, quibus aer attrahitur: sed alii rectius legunt aere tenui (ab aes, aeris). [*Sed etiam illud commodum sensum praebet.] P Interdum aer poetice pro nebula, aut nube ponitur. Val. Flacc. 5, 400. Ille autem inceptum, famula duce, protinus urget Aere septus iter. Virg. A. 1, 411. At Venus obscuro gradientes aere sepsit. P In aere piscari proverbium est apud Plaut. Asin. 1, 1, 86. quod significat vana conari, frustra operam impendere in re aliqua. P Translate de homine levissimi ingenii. Cic. Att. 18. Metellus non homo, sed litus, aer, solitudo. [*Sed hic locus non sine gravibus causis multis corruptus visus varie tentatur. Matthiae laudat ingeniosam Francogalli cujusdam (Mem. de l'acad. des Inscr. etc.

Vol. IX. p. 32.) conjecturam, scribentis: Me telus! non homo, sed litus atque aer et sol. mera sc. habet, ut haec pars sit versus tragici. Alii aliter.] P Saepae de caeli temperie et qualitate dicitur, cum addito tamen. Cic. Acad. 4, 25. Aer crassus. Id. N. D. 2, 39. fusus et extenuatus. Id. ibid. 16. purus et tenuis. Id. Div. 2, 42. temperatus. Ov. Art. am. 2, 318. Aere non certo corpora languor habet, h. e. modo calido, modo frigido. P In feminino genere Ennius usurpavit. Gell. 13, 20. Ennius in annali duodevicesimo aere fulva dicit, sed quod hic sonus, opinor, vocabilius est visus et amoenior. P [*Declinatio plerumque in h. v. graeca est: Stat. Th. 2, 693. aeros omnia doctus, quod int. de auspice, auguria ex avibus captante. Sunt qui etiam h. l. legant aeris.] Plurali numero legitur Vitr. 1, 1. fin. Aeres locorum salubres aut pestilentibus. Lucr. 4, 291. aeribus binis. Insolens est aera in accus. plur. neutrius generis. Auct. Cul. 164. de angue: Obvia vibranti carpens gravis aera lingua. Alii aliter legunt. Habet tamen etiam Orient. Commonit. 1, 114. aera librantur, fluctuat Oceanus. [*Male corripitur prior in h. v. syllaba apud poetas sequiores. V. Voss. de A. Gramm. p. 322. sq. P Aer et aether commutantur in mss. V. Drakenb. ad Sil. 13, 527. Intp. ad Virg. A. 5, 20. Ov. Met. 2, 532 et 835. Aera et aequora ad Ov. Pont. 3, 2, 63.]

AERĀ, ae, f. Vox est ab inferioris aevi scriptoribus usurpata, et significat numerum datum, ut loquuntur, in aliquo computo. Hujus rei exemplum affert Salmas. Exerc. Plin. p. 686. ex Vitruvio, seu Vetrubio Rufo et Euphrodito, rei agrimensoriae scriptoribus, his verbis: si fuerit pentagonus, cujus singula latera sint pedum decem, quaero, quot pedum area sit. Sic quaero: facio decem in se: fit centum: hoc semper duco ter, fit CCC: huic adicio ipsam aera, fit CCCX. Ubi cum dicit ipsam aera, numerum X intelligit, qui a principi positus seu datus est, fuitque totius supputationis fundamentum. Alia ejusdem farinae exempla ibid. addit Salm. Hinc natum videtur quibusdam verbum Adaero, quod v. Praeterea aera ab ejusdem aevi scriptoribus quibusdam usurpata est eo signif., quo latini optimi scriptores aera in plurali numero neutro genere dixerunt (v. AES) pro nota numerali, brevitate gratia a calculonibus in supputando adhibita. Rufus Fest. in Breviar. init. Morem secutus calculonum, qui ingenitae summas aeris brevioribus exprimunt, res gestas signabo, non eloque. Nonius etiam 2, 42. Aera, inquit, est numeri nota: affertque hujusmodi exemplum ex Lucil. Haec est ratio! perversa aera, summa subducta improbe. Sed hoc loco potest etiam esse numeri pluralis: immo ita omnino accipiendum est, cum constet, sic semper a veteribus usurpatum. Affertur etiam alius locus Varonis ap. eundem Non. 1, 95., sed inde nihil certi colligi potest propter variantes conjectantium lectiones. P Item aera (era etiam sine diphthongo scripta invenitur, sed hoc saeculi vitio, non ratione aliqua factum est) in ratione temporum sumitur pro termino certo et insigni (ut apud nos Christianos est nativitas D. N. J. C.) a quo sequentes anni numerantur, in eoq. Isidorus ita scribit Orig. 5, 36. Aera singulorum annorum constituta est a Caesare Augusto, quando primum censum exegit. Dicit autem aera ex eo, quod omnis orbis aes reddere professus est reipublicae. Alii putant hanc vocem conflatam esse ex notis, quae scribi solebant brevitate causa hoc modo A. ER. A., hoc est annus erat Augusti. Sed magis placet ex eo deducere, quod aera primum in plurali numero pro nota numerali usurpatum, ut dictum est; deinde factum aera, ac femininum eodem signif.; tandem ad significandum etiam annorum numerum tractum sit. P Denique aera herba est inter triticum nascens eique valde noxia, cujus etiam grana in pane admixta celerime vertigines faciunt: haec alio nomine et quidem usitato lolum dicitur, aiga. Plin. 18, 17, 44. n. 3.

[AERACEUS, a, um, adj. fortasse id. qu. aërosus sive aerarius. Not. Tir. p. 164. Aeraccum. F.]

AERĀMEN, inis, n. αἰράμενον. Vox est a deterioribus scriptoribus pro aere usurpata. Theodor. Prisc. 1, 9. ferri vel aeraminis purgamenta. Comodian. instruction. 27. Et deos audetis aeramine dicere fusos. Adde Cod. Justin. 8, 12, 13. et Cod. Theod. 15, 1, 37., ubi pro aeraeramento ponitur. [*In priori loco sic habent vv.: vel ex diversis operibus aeramen aut marmora. In altero loco, ubi eadem lex descripta est, legitur: ornamenta aut marmora. Recte igitur nonnulli ex hoc loco alterum corrigi voluerunt.]

AERĀMENTUM, ti, n. αἰράμενον, quodcumque opus ex aere factum. Plin. 15, 8, 8. Amurca decocta ungi aeramenta contra aeruginem colorisque gratia elegantioris. Id. 33, 5, 30. Stannum junctur aeramentis, stanno argentum. Id. 35, 15, 51. Bitumen aeramenti illinitur, firmatque ea contra ignes, h. e. vasis culinarius ex aere. In singulari

numero supellex et aeraeramentum dicit Paul. rec. Sent. 3, 6, 44.

AERĀRIA, ae, f. Revera adjectiva vox est: sed interdum absolute usurpatur. Varr. L. L. 7, 33. Ubi lavetur aes, aerarias, non arelavinas nominari, h. e. officinas, ubi aes purgetur, Plin. 34, 13, 33. Etiamnum in aerariis reperiuntur, quae vocant pompholygem et spodon, h. e. in fornacibus, ubi aes percoquitur et purgatur.

AERARIUM, ii, n. αἰράριον, [*vel αἰράριον, τὸ κοινόν,] τὸ δημόσιον, locus, in quo publicum aes, h. e. publica pecunia reponitur servaturque ad reipublicae usus. [*Est proprie neutr. adjectivi aerarius, a, um; supple stabulum.] Cic. Agr. 2, 27. referre pecuniam in aerarium. Id. Verr. 2, 3, 70. dare alicui pecuniam ex aerario. Lic. 45, 43. ferre aurum argentumque in aerarium. [*Id. 5, 25. de ferre in aerarium. Ita saepe Lic. V. h. v.] P Ponitur etiam pro ipsa publica pecunia. Cic. Harresp. 8. aedificare domum ex aerario. Id. Tusc. 3, 20. aerarium effundere. Auct. ep. ad Octav. exhaurire aerarium. [*Nep. Arist. 3. commune aerarium. Sed id. Att. 8. privatum aerarium Caesaris.] P Imperatorum temporibus differebat aerarium a fisco; nam illud erat reipublicae, hic principis. Tac. A. 6, 2. Bona Sejani ablata aerario, ut in fisco cogerentur. Plin. Pan. 36. At fortasse non eadem cura fiscum, qua aerarium cohibes: imo tanto majore, quanto plus tibi licere de tuo, quam de publico credis. V. FISCUS. [*Fisco praerant procuratores Principes, illi vero Quaestores vel Praetores. Suet. Aug. 101. quantum pecuniae in aerario et fisco et vectigaliorum residuis. Id. Vesp. 16. Summa aerarii fisco inopia. Cf. Schwarz. ad Plin. Pan. 36. Confert B. Crus. Spartian. Adrian. 7. damnatorum bona in fisco privatum redigi videtur, omni summa in aerario publico recepta. V. ad h. l. Salm. Fulcat. Gallie. Avid. Cass. 7. Senatus bona ejus proscripsit, quae Antoninus in privatum aerarium congeri noluit, quare senatu praecipiente in aerarium publicum sunt relata. Adde Ammian. 20, 11, 28, 1.] P Romae aerarium triplex fuit, ut docet Manut. in commentar. ad ep. 15. l. 7. ad Att. Primum illud erat, in quod collecta servabatur pecunia in usum Gallici belli: institutumque fuit post Gallorum irruptionem in Urbem, ut si quando rursus id bellum incidisset, ea pecunia geri posset. Eodem postea congestum videtur, quiddam pecuniae ex variis insignibus victoriis reportatum est, ut ab Africanis ex devicta Carthagine, a Mummio et Paulo ex Corintho et Macedonia, a Pompejo ex Mithridate etc. Hoc C. Julius Caesar initio civilis belli effregit universamque pecuniam asportavit. Alterum aerarium constabat ex auro vicesimario, h. e. ex vicesima, quam persolvebant ii, qui manumittebantur: de quo Lic. 7, 16. Hoc quoque ad ultimos reipublicae casus servabatur. Tertium ex annua vectigalium pensatione constabat et nunquam non apertum erat: ex eo enim quiddam belli necessitas aut quotidianus reipublicae usus posceret, decernente senatu aut jubente populo, depromebatur. V. Manut. l. l. Duo priora aeraria, quod rarius et non nisi cogente necessitate aperiebantur, sanctora dicebantur. De primo Caes. B. C. 1, 14. Aperto sanctiore aerario ex Urbe profugit. [*Cf. Flor. 4, 2, 21.] De secundo Lic. 27, 10. aurum vicesimarium, quod in sanctiore aerario ad ultimos casus servaretur, promi placuit. Adde Cic. Verr. 2, 4, 63. et Att. 7, 21. [*Translate hoc sensu Quint. 10, 3, 3. Illic (in scribendo) opes velut sanctiore quodam aerario reconditae.] Fuere praeterea alia aerarii nomina, ut militare [*αἰράριον στρατιωτικόν] ap. Dionem 55, 25.] ab Augusto institutum ad sumptus bellicos, de quo Tac. A. 1, 78. [*Cf. ad h. l. Lips. Suet. A. 49. Aer. mil. Augustus cum novis vectigalibus instituit, et ad h. l. B. Crus. Plin. Pan. 92, 1. ibique Schwarz.] Ad haec, aerarium Junonis Lucinae ad servandam pecuniam collatam pro natis infantibus; aerarium Veneris Libitinae pro defunctis; aerarium Juventutis pro iis, qui virilem togam sumerent, memorat Dion. Hal. l. 4. a Ser. Tullo instituta, qui eos omnes certam pecuniam pensitare jusserat: sed haec tria aeraria brevi tempore sublata sunt. P Illa vero priora, quae diximus, semper mansere, omniaque distinctis cellis, sed uno eodemque loco, h. e. in templo Saturni erant: [*quare saepenumero dicitur aerarium Saturni, αἰράριον τῶν δημοσίων χρημάτων καὶ φυλακτικῶν τῶν ἀμφοτέλων, cui aedem Saturni primus destinaverat Valerius Publicola. Cf. Plutarch. Quaest. Rom. p. 112. ed. Reisk. et Schwarz. ad Plin. Pan. 92, 1. B. Crus. in Cl. Suet.] in quo reponebantur etiam leges perlatae et aereis tabulis incisae, ad perpetuam memoriam: ibique semel repositae nec mutari, nec abrogari poterant, nisi per aliam novam legem. Suet. Caes. 28. Mox lege in aes incisa et in aerarium condita etc. Item senatusconsulta ceteraque acta senatus promulgata. Cic. Leg. 3, 4. Promulgata, proposita, in aeraria condita, agunto. Alii rectius: promulgata, proposita in aere, agunto. [*Locus corruptus est. Goerenz. conjicit: promulgata, proposita in aere, cognita agunto.] Tac. A. 3, 51. Factum senatusconsultum, ne decreta

ripedem per synaloephen: acripedem autem significare...

AERISONUS, a, um, adj. aeris dans sonum, χαλκιδόφωνος. Sil. 2, 93. aerisona antra, h. e. in quibus Curetes aera pulsabant.

AERIUS et AEREUS, prius tamen usitatus. Cic. Univ. 10. Animantium genera quatuor, quorum unum divinum atque caeleste...

AERUCIA, ae, f. color quidam factitius viridis, qui fit lamellis aereis supra aere acetum suspensis, ita ut non attingant, et post octo aut decem dies derasit.

AERUGINO, i. aerugine consumi. Vulg. Jacob. 5, 3. Usi sunt hac voce etiam Fulgent. ep. ad Ven. et Salsian. d. avar. 1. p. 31. B. A.

AERUGINOSUS, a, um, adj. iώδης, aerugine plenus. Sen. Br. vit. 12. Majorem diem partem in aeruginosis lamellis consumit.

AERUGO, ūginis, f. aeris rubigo, et proprie in aere cum viridescit, iός χαλκός; rubigo vero in ferro, iός σιδήρου. Cic. Tusc. 4, 14. Aes Corinthium in aeruginem incidit.

AERUOUS, a, um, adj. aeriosus, h. e. volans, h. e. qui Pegaso alato equo per aera volavit. Hor. Od. 1, 28, 5. aerae domus, h. e. caeli stellarumque sedes.

AERIZUSA. Vox graeca, αέρζουσα, hoc est aera imitans, aeri similis. Hoc nomine appellatur genus quoddam iaspidis aeri coloris, h. e. caerulesco similis. Plin. 37, 8, 37. [*Salmas. ad Solin. p. 795. eam esse gemmam putat, quam h. appellamus Türkiss.]

AERO, onis, m. κόρξ, cophinus vel aliud quoddam vas ex vimine, sparto, vel ulva, storeae aut tegetis modo confectum, ac tollendo ferendoque aliquid idoneum: dictumque videtur ab αἴρω, quod tollere et bajulare etiam significat.

AERO, as, a. i. aere tego vel orno, χαλκείω, χαλκίω. Prisc. 8, p. 828. A metallorum quoque nominibus solent nasci verba, ut ab auro, auro, as, ab aere, aere, as, unde auratus et aeratus.

AERÓIDES, ae, m. αεροειδής, vox graeca, quae significat aeri similem, ab αἴρ, aer, et εἶδος, species, similitudo. Aeroides berylli dicuntur, qui colorem habent aeri affinem. Plin. 37, 5, 20.

AEROMANTIA, ae, f. αερομαντεία, divinatio ex aere. Isid. Orig. 8, 9. Divinationis quatuor esse genera constat, terram, aquam, aera, ignem: hinc geomantiam, hydromantiam, aeromantiam, pyromantiam. F.]

AERÓPE, es, f. Ἀερόπη, Catrei Cretensis filia. [*Apollod. 3, 2, 1. primum uxor Plisthenis, ex quo procreavit Agamemnonem et Menelaum; deinde Atræi, qui illos adoptavit] a Thyeste ejus frater adulterio corrupta. [*Apollod. ib. Schol. l. β, 249. Hyg. fab. 86, 88.] Gr. significat aeri habens oculos ab αἴρ et ὀψ, ὀπός, oculus, visus. Ov. Tr. 2, 391. Si non Aeropem frater sceleratus amasset, Aversos solis non legeremus equos. Aeropam, ae, latina terminatione usurpatur ab Hyg. fab. 86. Quidam scribunt Aeropem juncta diphthongo.

AERÓPÉTES, αεροπετής, per aera volans: ab αἴρ et πέτωμα. Hac voce inscriptus est liber Apicii sextus, in quo agitur de volatilibus conditura.

AEROPHAGIA, ae, f. αεροφαγία, ab αἴρ et γάγομαι, edo: videtur significare esum volatilibus vel edulium ex avibus. Legitur a quibusdam ap. Petron. fr. Tragur. 56. Burm. Aerophagiae simul allatae sunt. Al. aliter. V. ACREOPHAGIA [*et quae ibi notavimus.]

AEROPHOBUS, i, m. aera timens, αεροφόβος, ab αἴρ et φοβήμαι, timeo. Coel. Aurelian. Acut. 3, 12. Aerophobos similes esse ajunt phreneticis. *AERÓPUS, mons Illyrici v. Macedoniae. Liv. 32, 5. B. A.

AEROSUS, a, um, adj. χαλκιδός, aere abundans. Festus: Aerasom appellaverunt antiqui insulam Cyprium, quod in ea plurimum aeri nascatur. P. Aerosus lapis ap. Plin. 34, 1, 2. est cadmia, ex qua aes fit. Hinc et. Schol. ad Juven. 9, 31. tenue argentum venaeque secundae, interpretatur modicum aut leve, aerosum. [*Ad Schol. v. Cramerii notam p. 359. B. A. λίθος χαλκίτης gr. v. Salm. Hyl. iatr. p. 226.] P. Item aere mixtus. Plin. 33, 5, 29. aurum aerosum. Id. 34, 14, 41. aerosum ferum. Scaevola Dig. 46, 3, 102. Pecunia, qua illa respublica utebatur, quasi aera, jussu praetoris sublata est.

AERUCA, ae, f. color quidam factitius viridis, qui fit lamellis aereis supra aere acetum suspensis, ita ut non attingant, et post octo aut decem dies derasit. (Grünspan.) Ita Vitruv. 7, 12. Sunt tamen aliae quoque ejus conficiendae rationes, quas Plin. 34, 11, 26. persequitur, eamque aeruginem vocat. V. AERUGO. Vitruv. l. l. Eadem ratione lamellas aereas collocantes efficiunt aeruginem, quae aeraua appellatur.

AERUGINO, i. aerugine consumi. Vulg. Jacob. 5, 3. Usi sunt hac voce etiam Fulgent. ep. ad Ven. et Salsian. d. avar. 1. p. 31. B. A.

AERUGINOSUS, a, um, adj. iώδης, aerugine plenus. Sen. Br. vit. 12. Majorem diem partem in aeruginosis lamellis consumit. Id. Controv. 1, 2. aeruginosa manus, h. e. quae aera deposit.

AERUGO, ūginis, f. aeris rubigo, et proprie in aere cum viridescit, iός χαλκός; rubigo vero in ferro, iός σιδήρου. Cic. Tusc. 4, 14. Aes Corinthium in aeruginem incidit. Plin. 15, 8, 8. Ungi aeramenta amurea decocta contra aeruginem. Id. 34, 17, 48. Stannum illitum aeneis vasis conspicit aeruginis vicia. Colum. 7, 5. Superfuso aceto vel aeris aerugine. P. Ex aeris aerugine fit color viridis, qui nobis dicitur Grünspan, qui non in pictura modo, sed et in medicina multi est usus, praesertim in collyriis. Est autem duplex generis, alius naturalis, qui e lapide, ex quo coquitur aes, deraditur; alius facticius, cum adhibito aceto cogitur aes aeruginem contrahere, quae deinde raditur: cujus rei rationem omnem docet Plin. 34, 11, 26. [*et ib. 17, 48. id. 15, 8, 8. Cato R. R. 98. Colum. 7, 5, 12. aeris aeruginis; quo loco, quoniam aeri redundat, Schneid. e cod. Sang. rubigine scripsit. Ib. 22. aerugo Cypria.] P. Translate, quoniam quemadmodum aerugo aes, ita invidia, aliorum res secundas arrodit, et invidus alterius rebus opimis macrescit, est i. q. invidia, livor. Martial. 10, 33. versus tincti viridi aerugine. Id. 2, 61. nimiaque aerugine captus Adlatras nomen quod tibi cumque datur. Hor. Sat. 1, 4, 100. hic nigrae succus loliginis, haec est Aerugo mera. [*Altera ratio, quae putat aeruginem pro livore poni ita ut dixit Cic. Amic. 23. evomere virus acerbis: ea minus probabilis est. Fortasse autem putat aliquis metaphoram e colore ductam esse.] P. Per contentum aerugo ponitur pro ipso aere, seu pecunia. Juven. 13, 60. Nunc si depositum non inficietur amicis: Si reddat veterem cum tota aerugine follem, Prodigiosa fides. P. Item pro cupiditate habendi, [*quoniam sicut aerugo aeri, ita avaritia tam tenaciter insidet animis, ut inde eradi et avelli nequeat. Döring. ad l. Hor.] Hor. Art. P. 330. animos aerugo, et cura peculi Cum semel imbuert. Appul. Met. 1. p. 112, 4. Elm. Homo aerugini semper intentus.

AERUMNÄ, ae, f. μέριμνα, δόλος, καλυπτoria, labor quilibet onerosus, laboriosa aegritudo, qua animus angitur, et veluti pondere quodam pressus laborat. De etymol. cf. Festus sub AERUMNULA. [*Voss. etym. derivari vult a μέριμνα. Scheller. putat derivandum esse ab aere, ut primum significaverit laborem illum molestissimum in fodinis, vel in opiam aeri. Utrumque parum probabile.] Quint. 8, 3, 26. improbat, ut nimis antiquam, et mallet dici laborem, sed frustra. Nam frequentissimi est usus. [*Cf. de auctoritate h. v. Gell. 2, 23. in verbis Caecilii.] Cic. Tusc. 4, 8. Moeror est aegritudo flebilis: aerumna aegritudo laboriosa: dolor aegritudo crucians. Id. Fin. 2, 35. Hercules aerumnas perpeti. Sic enim majores nostri labores non fugiendos, tristissimo tamen verbo aerumnas etiam in Deo nominaverunt. Pl. Pers. 1, 1, 1. Qui amans ingressus est in amoris vias, supervavit aerumnis is suis aerumnas Herculis. [*Id. Capt. 5, 4, 12. et tu, quoque causa hanc aerumnam exi-

go, i. e. exantlo.] Hor. Ep. 2, 2, 26. Luculli miles collecta viatica multis Aerumnis, lassus dum noctu stertit, ad assem Perdidit. Lucr. 3, 50. Omnibus aerumnis affectum vivere. P. Universim etiam accipitur pro quacumque calamitate, miseria, re adversa. Vetus Poeta apud Cic. Tusc. 3, 14. Quo pacto adversam aerumnam ferant. Cic. Parad. 2. Te miseriae, te aerumnae premunt. Sall. Jug. 26. Deprecari aerumnas, et mortem. Id. Cat. 50. Mors est aerumnarum requies. Id. Jug. 15. Deformatus aerumnis. Ter. Hec. 3, 1, 8. Expedire se aerumnis. Id. ib. 5, 4, 36. Extrahere aliquem ex aerumnis. Pl. Rud. 2, 3, 71. Animus aequus optimum est aerumnae condimentum. [*Pro clade bellica dixit Ammian. 15, 4. recentis aerumnae documenta. Cf. ib. 8. Amant hac signifi. scriptores sequioris aevi h. v. uti.] P. Quidam sequioris aevi scriptores erumna sine diphthongo scripserunt, et primam vocalem in carmine corripuerunt. Paulin. Petricord. 1. de vita D. Martini 66. et linguae partes proclamat erumna. Et 2, 24. tristem miseretur erumnam. Ennius etiam (junioris intellige, de quo Suet. Grammat. 1. inf.) ap. Charis. 1. p. 76. Putsch. ait, erumnam per e solum scribi posse, quod mentem eruat, vel per ae, quod moerorem nutriat. P. Apud Arnob. 7. p. 230. aerumnae, vel erumnae sunt prima in gurgulionibus capita, qua dejicere cibos, et referre natura est ruminatoribus saeculis. -Est qui legit rumae. V. RUMA.

AERUMNABILIS, le, adj. aerumnis plenus, ὀζυρός. Lucr. 6, 1128. Illud in his rebus miserandum et magnopere unum Aerumnabile erat, quod, etc. Appul. Met. 1. in. Quiritium sermonem aerumnabili sermone aggressus excolui. Alii leg. aerumnali. Id. ib. 8. p. 205. 19. Elm. Aerumnabilis vita.

AERUMNÁLIS, le, adject. idem quod aerumnabilis. V. AERUMNABILIS.

AERUMNÁTUS, a, um, adj. aerumnis affectus. Pl. Capt. 3, 4, 108., ubi tamen rectius deruncinatus. [*Omnino.]

AERUMNOSUS, a, um, adj. proprie dicitur de iis, qui plurimis laboribus pressi sunt, (V. AERUMNA) late vero significat miserum, calamitosum, ὀζυρός. Cic. Tusc. 3, 28. certens carmen Euripidis. Nec tam aerumnoso navigavisses salo. Id. Tusc. 4, 38. Miseros, afflictos, aerumnosos, calamitosos. Id. Parad. 2. et Verr. 2, 5, 62. Aerumnosus, et infelix. Id. Att. 3, 23. in f. Terentia una omnium aerumnosissima. Senec. de Ira 2, 7. Si irasci sapiens debet, et contristari, nihil est aerumnosius sapiente.

AERUMNŪLA, ae, f. diminutivum. Festus: Aerumnulas Plautus refert furcillas, quibus religatas sarcinas viatores gerebant: quarum usum quia C. Marius retulit, muli Mariani postea appellabantur. Itaque aerumnae labores onerosos significant: sive a Graeco sermone deducuntur; nam αἴρην Graece, Latine tollere dicitur. Haec Festus.

AERUSCATOR, oris, m. χαλκολόγος, [*melius ἀγύρτης] qui circulatoris artibus aera, h. e. pecuniam victimae sibi quaeritat. Gell. 14, 1. Id praestigiarum atque officinarum genus commentos esse homines aeruscatores, et cibum quaestumque ex mendacijs captantes.

AERUSCO, as, n. χαλκολογία, aera, h. e. pecuniam undique colligere, ut Festus interpretatur: et dicitur de iis, qui victimae sibi ostentat quaerant: et de iis praesertim, qui varijs artibus ac mendacijs stipem captant. Sen. Clem. 2, 6. Vultum quidem non deiciet, nec animus ob aereuscantis civis aridam ac pannosam maciem, et innixam baculo senectutem. Gell. 9, 2. Musonius aeruscanti cuipiam id genus, et philosophum sese ostentanti dari jussit mille nummum.

AES, aeris, n. χαλκός. [*Etymologia h. v. incerta est; ii videntur optime facere, qui derivant ab αἴθω, ardeo; inde αἴσις, et lat. aes, propter splendorem. Beiero videtur aes, aesis et aisis (ut scribitur aisis in tab. Scipioni Barbato posita pro aedis) idem esse voc. cum nostro Eisen, cui cognatum est Eis, quasi dicas aqua aenea. Quae sequuntur in commodiorem ordinem redegimus.] Significat autem aes omne metallum (praeter aurum et argentum), quod rude effoditur (Erz), praecipue tamen cuprum (proprie aes Cyprium, unde nomen nostrum Kupfer). Plin. 34, 11, 24. Scoria aeris (Kupferschlacken); ib. flos aeris (Kupferblüthe); Cels. 2, 12. init. squama aeris (Kupferschlag); Plin. 33, 5, 30. aes fundere. Id. 7, 56, 57. aes conflare et temperare. P. Praecipue tamen aes id metallum est, vel quod constat ex aere et cadmia (n. Messing) vel eo, quod constat ex aere, stanno aliisque rebus admixtis (n. Erz s. Bronze.) Cic. Phil. 9, 6. Statua pedestris ex aere. Plin. 34, 4, 9. Simulacrum ex aere factum Cereri. Et ib. 3, 7. Valvas ex aere factivae. Hor. Ep. 2, 1, 240. ne alius Lysippo duceret aera Fortis Alexandri vultum simulantia. Plin. 7, 37, 38. Duce-re aliquem ex aere, h. e. ejus effigiem ex aere facere. [*Suet. Caes. 54. aes inauratum.] Ceterum de aere utroque, et fossili et factio ejusque mixturis diserte agit Plin. 34. c. 8 et 9. De singularis aeris generibus, aere CYPRIO, CORINTHIO;

porro ALBO, CORONARIO, CALDARIO v. suis locis. Porro aes ponitur pro omnibus iis operibus et instrumentis, quae ex aere fiunt. Nam multiplex et antiquus fuit aeris usus apud Romanos: ex eo enim vasa, statuae, pecunia, ornamenta tricliniarum, et abacorum, templorum limina, et valvae etiam, cortinae, lychnuchi pensiles, aliaque multa fiebant. Leges etiam, et senatusconsulta, ac plebiscita in aes, h. e. in aerea tabula incidere mos fuit. [*Plin. 8, 6, 14. hoc sensu habet: aere signari, i. e. in aes incidere.] Cic. Phil. 1, 15. Quae ille in aes incidit, in quo populi iussa, perpetuasque leges esse voluit, etc. Tac. Hist. 4, 40. Qui aera legum vetustate delapsa noscerent, etc. Adde A. 11, 14. et 12, 53. Arma quoque ad munendum apta, ut galeae, loricae, ocreae, ex aere aliquando fuerunt: immo vero etiam olim, quae ad feriendum adhibentur, ut enses, hastae, pila, etc., item instrumenta rustica ad terram colendam. Lucr. 5, 1285. Et prior aeris erat quam ferri cognitio usus. Aere solum terrae tractabant, aereque belli Mischebant fluctus, et vulnera vasta serebant. Inde minutatim processit ferreus ensis, Versaque in opprobrium species est falcis aeneae, etc. V. alia huc pertinentia in AERATUS, AEREUS, et AHENUS. Denique etiam columnas, earumque capitula, et porticus ex aere aliquando fuisse legimus, et integra quoque aedificia, quae fuit Spartae templum Minervae, cuius meminit Liv. 35, 36. in f. Haec singulis illustremus. Cic. Fam. 12, 1. Cujus aera refrigere debebamus, h. e. tabulas aereas, in quibus incisae erant leges. Vell. 1, 4. Nocturnus aeris sonus, h. e. aerei crepitaculi. Sic Hor. Od. 1, 16, 8. Aera acuta. Prop. 4, 7, 61. aera rotunda Cybeles, h. e. tympana. [*Tibull. 1, 3, 24. 1, 8, 22. aera repulsa, i. e. sinistra. Id. 4, 1, 173. aere pontus confinditur, i. e. aeratis navibus. Prop. 3, 12, 12. virgineumque cavo praetegit aere caput, ibique Burmann. Id. 3, 16, 25. Ille licet ferro cautus se condat et aere — de casside vel galea, ut ap.] Ov. Met. 8, 32. cum vero faciem dempto nudaverat aere. [*Hor. Sat. 2, 3, 21. quo aere lavisset Sisypus pedes. Cf. Fea. Omnia aera xai' εἰσοχὴν de operibus Corinthiis intelliguntur. Junius de pict. vet. 3, 11. §. 3. Hor. Od. 1, 3, 9. triplex aes circa pectus erat, pro thorace.] Ennius: Aere prolato adstitit, h. e. scuto, ut Festus in Prolato exponit. Virg. A. 2, 734. Ardentis clypeos, atque aera micantia cerno, h. e. arma aerea, ut supra diximus. Id. A. 6, 165. Aere cire viros, h. e. aerea tuba. (Eod. sensu rectum aes dixit Juven. 2, 118. tubam intelligens, quae recta est: ad differentiam cornu seu buccinae, quae recurva et tortilis. Ov. Met. 1, 98. Non tuba directi, non aeris cornua flexi. Lucan. tamen hoc discrimen non servat, cum ait 1, 431. Batavique truces, quos aere recurvo Stridentes acere tubae.) Id. ib. 843. Aera spirantia, h. e. statuas aereas. Sic Hor. Ep. 1, 6, 17. Argentum et marmor vetus, aeraque et artes Suspice. Claudian. Cons. Probi et Olybr. 18. aere vetusto florere, h. e. antiquis avorum imaginibus nobilem esse. Ov. Pont. 2, 7, 10. aera unca, h. e. hami aerei. P Saepae etiam pro pecunia sumitur. Nam cum prima Romanae pecunia aerea facta sit, quam primus signavit Ser. Tullius, ut Plin. 33, 3, 13. testatur, mansit id ei nomen etiam post argenteam, et auream investam. Ulp. Dig. 50, 16, 159. Etiam aureos nummos aes dicimus. Virg. Ecl. 1, 36. gravis aere domum mihi dextra redibat. Ter. Ph. 3, 2, 26. Ancilla aere suo empta. Hor. A. P. 345. Hic meret aera liber, h. e. pretium habet. Id. Od. 4, 8, 2. Donare aera alicui. [*Cic. Att. 2, 1. aes circumforaneum, i. e. quod circa forum apud argentarios foenori datur.] Id. Ep. 1, 7, 23. Nec tamen ignorat, quid distent aera lupinis; proverb. de eo, qui scit pretiosas res et viles dignoscere. Inscr. ap. Grut. 332, 3. Statuam aere collato crevit, h. e. collata pecunia; qui dicendi modus saepissime in antiquis monumentis occurrit. [*Cf. Suet. Aug. 59.] P Per aes, et libram, etc. V. in MANCIPIUM. P Aes alienum. V. ALIENUS. [*Interdum aes absolute de quavis pecunia debita, imo etiam de quavis re, quae pecunia aestimatur, intelligendum est. V. Gronov. ad vv. legis XII. tabb. apud Gell. 15, 13.] P Speciatim aes sumitur pro asse, et pro aliis monetis asse minoribus, ut sunt quadrans, triens, etc. idque ex eo ortum est, quod initio, antequam moneta cuderetur, aes libra appensum dabatur (V. GRAVIS) numerabaturque per libras: postmodum asses signati sunt librae pondus: itaque cum dicitur mille aeris, idem est ac mille aeris librae, quae sunt mille asses. Varr. L. L. 8, 49. Pro assibus nonnunquam aes dicebant antiqui: a quo dicimus assem tenentes: Hoc ab aere, aeneaque libra, et, Mille aeris legasse, etc. Liv. 24, 11. Qui millibus aeris quinquaginta census fuisset. Et mox: Qui supra trecenta millia usque ad decies aeris, etc. [*Cic. Rep. 3, 10. aeris millies tricies.] Martial. 12, 77. Amphora vigessis modius datur aere quaterno. Id. 11, 28. Aut centum aureolos sic, velut aera roget. Juven. 2, 152. Nec pueri credunt, nisi qui nondum

aere [*i. e. quadrante; nam qui lavabantur, quadrantem solvebant.] lavantur. P Item pro stipendio aut mercede. Liv. 5, 4. Negabant danda esse aera militibus. Et paulo post. Annuam aera habes: annuam operam ede. Et 7. sub fin. aera procedunt. [*Et eod. sensu aera pro ipsis militiae annis. Lex Servilia c. 14. lin. 83. de praemiis accusatorum: Militiae vocatio esto. Aera stipendiaque omnia merita sunt. Beier. Ita, proprio quidem sensu, intelligit Cic. Verr. 2, 5, 13. Cognoscentur omnia illius aera illa vetera, ut non solum, in imperio, verum etiam in stipendiis, qualis fuerit intelligatis. Sed ludit Cic. in h. 1. et intelligit simul vetera Verris crimina, quorum poena nondum persoluta est; ut aera absolute pro aere, non tamen proprio sensu intelligi debeat.] Hinc aere dirutus miles est, cui stipendium ademptum est. [*Cf. Sigon. ad Liv. 40, 42. Bud. ad Pand. p. m. 130. Ludit in hac formula Cic. Verr. 2, 5, 13. Aleatoris Placentini castra commemorabuntur: in quibus quum frequens fuisset, tamen aere dirutus est; i. e. non est amplius solvendo; sed quum castra dixisset, pergit in eadem metaphora et dicit aere dirutum. (V. DIRUTUS) [Cajus Institut. 4, 27. (edente Goechenio) Ea pecunia, quae stipendii nomine dabatur, aes militare dicebatur; ex qua equus emendus erat, aes equestre; ex qua hordeum equis erat comparandum, aes hordariarium. F.] Sen. ep. 88. De liberalibus studiis quid sentiam, scire desideras. Nullum in bonis numero, quod ad aes exit, h. e. quod mercedem et lucrum quaerit. Ita Lipsius. Juven. 6, 125. Excepit blanda intrantes, atque aera poposuit. P Translate in aere meo esse aliquis dicitur, qui meus est, seu inter meos amicos et necessarios censetur: ducta similitudine a possessione pecuniae. Cic. Fam. 13, 62. In animo habui, te in aere meo esse, propter Lamiae nostri conjunctionem. Adde ib. 15, 14. multi anni sunt, cum ille in meo aere est. Alicujus aeris esse, alicujus aestimationis. Gell. 18, 5. Si magistrum praefectoremque habuisset alicujus aeris. Aere suo censeret in se aestimabilem esse, nec aliunde egere commendatione. Sen. ep. 87. Virtus super ista consistit, suo aere censetur. P Aera dicebantur etiam nummi, quibus calculones in subducendis rationibus utebantur: unde et singula rationum capita, et breves quaedam mnotae, quae multas ingentesque summas significabant, aera appellatae sunt. V. AERA. Cic. Hort. ap. Non. 3, 18. Quid tu, inquam, soles, cum rationem a dispensatore accipis, si aera singula probasti, summam, quae ex his confecta sit, non probare? P In plurali numero habet nominativum et accusativum in frequenti usu. Reperiuntur tamen et alii casus. Lucr. 2, 636. pulsarent aeribus aera. Cato etiam apud Fest. posuit aeribus pro aeramento, h. e. aereis vasis. Inscr. optimae notae ap. Grut. 565, 6. Mil. aer. XII., h. e. miles aerum duodenum, seu stipendiorum. Hinc passim in antiquis Inscriptionibus dicitur Aera meruit X. XV., etc. V. MEREO. AESACUS, et Graeca terminatione Aesacos, ei, m. Αἰσάκος, filius Priami ex nymphea Alyxothoe, seu Alexirhoe, qui cum Hesperis amore captus, eam per avia fugientem insequeretur, eventit, ut serpens a puella calcatus ejus pedem mordicis apprehenderet, quo ex vulnere cum illa interiisset, Aesacus doloris impatientia sese in mare praecipitavit, quem Tethys miserata in mergum avem convertit. Or. Met. 11, 762. Aesacon umbrosa furtim peperisse sub Ida Fertur Alexirhoe Granico nata bicorni. [*Hunc Aesacum fuisse filium Priami tradit Apollod. 3, 12, 5. Sed Appulej. de orthogr. fr. 31. Aesacus, inquit, pater Priami, auctoribus Callimacho, Porphyrio, Nasone ejusque interprete. Beier. Haec unde hauserit ille, nos quidem fugit.] AESALON, onis, f. αἰσάλων, vocatur parva avis, ova corvi frangens: cuius pulli infestantur a vulpibus. Plin. 10, 74, 95. [*Cf. Aristot. H. A. 9, 1. al. 36. Aelian. H. A. 2, 51. ex quibus locis apparet esse non parvam avem, ut Noster dicit, sed accipitrem.] AESAPIUS vel Aesepius, a, um, adj. ad Aesapum pertinens. Est autem Aesapus, vel potius Aesepus, Αἰσάπος, nunc Spiga, fluvius Mysiae, ex Ida monte profluens, et in Hellespontum decurrens apud Cyzicum urbem. Plin. 5, 32, 40. teste. Val. Fl. 3, 420. petit adversis Aesepia silvis Flumina. [*Flor. 3, 5, 17. Granicus et Aesapus.] AESAR, Etruscorum lingua nomen est Dei, ut est apud Suet. Aug. 97. P Praeterea Aesar, aris, Αἰσαρος, fluvius est magnae Graeciae in Calabria ultima apud Crotonem. Ov. Met. 15, 22. 1, pete diversi lapidosas Aesaris undas. Hinc AESAREUS, a, um, Ov. Met. 15, 54. Invenit Aesarei fatalia fluminis ora. *AESCHINES, is, m. Αἰσχίνης nobilissimus orator Atheniensis, adversarius Demosthenis. A quo quum victus esset, Rhodum concessit et existit auctor eloquentiae, quae deinde Rhodi floruit. Cic. or. 2, 23, 3, 56. Quint. 2, 1, 17. 10, 1, 22. et 77. Accus. graecus Aeschinen ap. Plin. ep. 11, 20. P Aeschines, Socraticus cognomine. Tribuuntur ei nonnulli dialogi, qui hodieque exstant. Cic.

Inv. 1, 31. Quint. 5, 11, 27. P Medicus quidam et scriptor Atheniensis. Plin. 28, 4, 10. *AESCHRION, onis, Αἰσχροῖων nomen scriptoris de re rustica. Varr. R. R. 1, 1, 9. AESCHROLOGIA, ae, f. αἰσχρολογία, est oratio inverecunda ex compositione verborum obscenam significationem habentium, ut cum nobis, cum Numerio, cum navibus; vel ex usu alicujus verbi duplicem habentis significationem, honestam unam, turpem alteram, ut patrare, ductare, arrigere. Vox Graeca est, et Graece usurpanda ab αἰσχρός, turpis, et λόγος, sermo. Diomed. 2. p. 445. AESCHYLÆUS, a, um, adject. ad Aeschylum pertinens. Propert. 2, 25, 41. Desine et Aeschyleo componere verba cothurno. Al. leg. Desine Achilleo, etc. [*Male. Cf. Burm. ad h. l.] AESHYLUS, i, m. Αἰσχυλος, nomen poetae Graeci tragici. Hic cum esset calvus, et in aprico forte quiesceret, testudo ab aquila in altum delata cum decidisset, caput ejus confregit, interemitque, ut Plin. 10, 3, 3. et Val. Max. 9, 12. n. 2. extern. [*hanc fabulam] narrat. Quintil. 10, 1, 66. Traegodias primum in lucem Aeschylus protulit, sublimis et gravis et grandiloquus saepe usque ad vitium, sed rudis in plerisque et incompositus. Hor. A. P. 278. Post hunc (Thespin) personae, pallaeque repertor honestae Aeschylus, et modicis instravit pulpita tignis, Et docuit magnumque loqui, nitique cothurno. [*Cic. Tusc. 2, 10.] P Nomen Rhetoris Cnidii, qui Ciceronis tempore florebat. Cic. Brut. 95.] AESCHYNOMÈNE, αἰσχυνομένη, hoc est erubescens, herba est, Plin. 24, 17, 102. ita dicta, quod appropinquante manu folia contrahat, quasi pudeat se tangi: ab αἰσχυνομαι pudore afficio. AESCHYNUS, i, m. verecundus, αἰσχύνη ἀσχυρίας, hoc est a verecundia. Est nomen proprium apud Ter. in Adolph. AESCULANUS et Argentinus Dii habiti sunt aeris, et argenti, id est hominum ditandorum potestatem habentes. Augustin Civ. Dei 4, 21. Deo Aesculano, et ejus filio Argentino, ut habeant aeream, argenteamque pecuniam: nam ideo patrem Argentinum Aesculanum posuerunt, quia prius aerea pecunia in usu esse coepit, post argentea. Miror autem, quod Argentinus non genuit Aurinum, quia et aurea subsecuta est. AESCULAPIUS, ii, m. Ἀσκληπιός, nomen est Apollinis filii ex Coronide, e cujus interfectae secto utero prodiit, qui medicinam artem ampliavit, ob eamque rem in Deorum numerum receptus fertur: cujus duo filii Podalirius et Machaon, bello Trojano Agamemnonem secuti, non mediocre opem commilitonibus attulere, ut narrat Cels. praef. 1. A Cic. N. D. 3, 22. tres numerantur Aesculapii: primus est Apollinis filius, quem Arcades colunt; qui specillum invenisse, primusque vulnus obligavisse dicitur: secundus secundi Mercurii frater: is fulmine percussus, dicitur humatus esse Cynosuris: tertius Arsiippi et Arsinoae filius, qui primus alvi purgationem, dentiumque evulsionem invenisse traditur. Ceterum scriptores promiscue appellant et confundunt alterum cum altero. Porro Aesculapius agrorum Deus fuit, eorumque votis et precibus fatigabatur: cui capram immolabant, ob contrarietatem scilicet, ut Servius loquitur G. 2, 380.; quia capra nunquam sine febris esse dicitur: gallinas etiam caedebant, contraria ratione, quia gallinae maxime sanae putantur, et quia earum esus maxime aegrotis accommodatus est: gallum quoque ob vigilantiam, quae curandis aegrotis maxime est necessaria. [*Juven. 13, 233.] Epidauri amplum Aesculapii templum fuit, qui ex eo Epidaurius est appellatus. Narrat Hyg. fab. 49. Hippolytum ab equis discerptum, jussu Dianae ab Aesculapio fuisse ad vitam revocatum: ob id factum illum a Jove ictum fulmine interisse, quod jura mortis violare ausus esset; at Apollinis patris ope immortalitatem fuisse consecutum. Alii scribunt, Glaucum Minois filium fuisse revocatum ad vitam, alii Tyndareum, alii Capanea, Androgeum alii, quod significat Propert. 2, 1, 64. Addit Ov. Met. 15, 50. cum Romae dira pestis grassaretur, missos ad consulendum Apollinem Delphicum legatos, ex eo retulisse responsum, ut Romam Aesculapii simulacrum Epidauri cultum adveherent: ii cum Epidaurum appulissent, Aesculapium ipsum in draconem versum sponte navem ascendisse, et Romam venisse, resumptaque caelesti specie in insula Tiberis consedis, ubi magnificum ei templum dedicatum est; isque locus inde Aesculapii insula est dictus, ut apud Suet. Claud. 25. legitur. Ob id factum, et quia serpenti inesse remedia multa creduntur, ut ait Plin. 29, 4, 22., serpens Aesculapio dicatus est, et ipse pingi consuevit laurea coronatus cum baculo nodoso in laeva manu, cui circumvolutus anguis innititur; dextera barbae admota, cum pallio et crepidis, quia Graecus fuit. Hanc fabulam serpentis Romam advecti narrat etiam Plin. loc. cit. et Epitome Livii 11. et alii. Custodes templo Aesculapii canes addebantur, quia, ut ait Festus, is canino lacte nutritus fuit: ser-

sequenti orationi, ut non tanquam citharoedi proemi...

AFFIGO, is, ixi, ixum, et ictum, a. 3. προσποιέω...

AFFIGERE, affigo, affigere, affigere, affigere, affigere...

AFFIGURUS, as, avi, a. 1. Gell. 4, 9. Disciplinosis...

AFFILANUS, a, um, ad Affile pertinens. Inscr. ap. Cellar...

AFFILE, oppidum Latii non ignobile in Hernicis...

AFFILIATIO, onis, f. Gloss. Isid. Bayl. Auct. Cf. AFFILIATUS...

AFFINGERE, affigere, affigere, affigere, affigere, affigere...

AFFINIO, is, a. 4. Jul. Rufinian. de Schem. lex. Prolepis...

Tom. I.

AFFINIS, ne, adj. πρόσσος, ὁμοσος, qui alicui vicinus est...

AFFINITAS, atis, f. vicinitas, finium conjunctio...

AFFINUS, as, avi, a. 1. confirmo, firmum facio...

tatem, i. e. propter cognationem, quae intercedit inter eos...

AFFIRMATE, adv. affirmando, καταπαταίζω. Cic. Off. 3...

AFFIRMATIO, onis, f. καταπαταίζω, enunciatio alicujus de aliquo...

AFFIRMATIVUS, a, um, adj. ad affirmandum inserviens...

AFFIRMATUS, a, um, part. v. affirmo, firmatus, confirmatus...

AFFIRMARE, affirmo, affirmo, affirmo, affirmo, affirmo...

AFFIRMARE, affirmo, affirmo, affirmo, affirmo, affirmo...

AFFIXIO, onis, f. Non. 1, 327. Propages est series et affixio...

AFFIXUS, a, um, part. v. affigo, καταπαταίζω. Cic. Tusc. 5...

pul. Met. 9. p. 219, 18. Dolio, quod erat in angulo sestiostratum, sed alias vacuum, hominem abscondit.

ALIBI, adv. ἀλλοθῶ, alio in loco. Cic. Att. 13, 52. fin. Cum praeteriret, omnis armorum copia dextra sinistra ad equum, nec usquam alibi, sc. stabat. [*Liv. 2, 23. militia alibi sc. facta.] Liv. 38, 46. Exercitus trifariam dissipatus, alibi primum, alibi postremum agmen, alibi impedita, inter vepres delituit. Id. 44, 35. Medium spatium torrentis alibi aliter cavati. Virg. Ecl. 1, 42. Nec tam praesentes alibi cognoscere Divos. Plin. 34, 14, 41. Haec [*sc. aqua] alibi, atque alibi utilior, etc. [*i. e. hoc loco utilior est atque alio. Coniunctum cum adj. alius brevitate inseruit. Liv. 34, 33. jussit alios alibi fodere. Id. 9, 2. alium alibi pascere. P. Saepe post se habet particulam quam. Tac. A. 1, 17. Ne alibi, quam in theatro, pantomimi spectarentur. Liv. 5, 52. Num alibi, quam in Capitolio, pulvinar suscipi potest? Tac. Hist. 1, 4. Evulgato imperii arcano, posse principem alibi, quam Romae, fieri. Plin. 32, 10, 43. Silurus et alibi, quam in Nilo nascitur. Quint. 11, 1, 47. Pleraque quae natura non sunt reprehendenda, alibi, quam mos permiserit, turpia habentur, h. e. alibi, quam ubi mos permiserit. Appul. Flor. n. 18. Facilius laudes vestras alibi gentium, quam apud vos praedicarim. [*Suet. A. 23. cf. Hor. Tursell. p. 58. ed. Schwarz.] P. Pro in alia re. Liv. 30, 35. Nec spem salutis alibi, quam in pace impetranda, esse. [*Id. 7, 41. nolo alibi quam in innocentia spem habere.] Cels. 6, 6. n. 8. Videlicet hic quoque, ut alibi, cum secunda vana fuerint, contrariis adiuvantibus. Ter. Andr. 2, 5, 9. Neque istic, neque alibi tibi usquam erit in me mora. [*Id. Heaut. 2, 3, 38. hic sciri potuit, aut nusquam alibi, i. e. nulla alia occasione. Etiam ad homines interdum refertur: id. Hec. 3, 1, 14. priusquam hanc uxorem duxi, habebam alibi animum amori deditum, i. e. in alia femina.]

ALIBILIS, le, adj. ἀλιβιλῶς, ad alendum aptus. Varr. R. R. 2, 11. Lac est omnium rerum, quas cibi causa capimus, maxime alibile. Et ibi. Casei cum molles sunt, maxime alibiles. P. Passivae de eo qui facile alitur, et crescit, et pinguescit. Varr. R. R. 3, 9. de pullis gallinarum. Prodigendi in solem, et in sterquilinum, ut se volutare possint, quod ita alibilibus fiunt. [Schneiderus ex Crescentio praefert validiores, quod maxime probandum, nam crebro motu fortiores quidem, non pinguiore pulli fieri solent. F.]

ALICIA, ae, f. duplex est, nativa, et facticia. Nativa est genus frumenti, quod a Graecis ζώνδος appellatur, et videtur esse illud idem, quod ab Italici dicitur spelta, n. Spelt. Est autem species zaeae duplicis, hoc est, quae spicas profert geminis granorum versibus: (est enim altera species simplex dicta, quia simpliciter granorum ordine constat) quaeque a Latinis generali vocabulo semen appellata est. Hinc Plin. 18, 7, 10. et 22, 25, 61. disertae alicam refert inter genera frumenti. Adde Cat. R. R. 76., ubi alicam primam appellat. P. Alicia facticia est sorbitio, vel puls ex alicia nativa confecta. Tundebatur enim alicae granum pila lignea, excussisque ejus tunicis, iterum concidebatur, et in particulas minutiores comminabatur. Ex quo tria alicae facticiae genera erant; alterum grandissimum (quod et aphaerema Graeco vocabulo dictum est) ex granis alicae confectum, quibus tunicae solummodo excussae essent: alterum secundarium, cum praeterea grana ipsa in minutiores particulas contusa erant: tertium minimum, cum in tenuissimas. Granis alicae hoc modo tuis admiscebatur creta, vel gypsum, vel lac ad candorem inducendum: cum vero uti ea opus esset, eluebatur diligenter creta, ne noceret stomacho, ipsaque alica vel mulsu, vel alio quopiam condimento imbuebatur, habebaturque in deliciis. Martial. 13, 6. Nos alicam, mulsu poterit tibi mittere dives: Si tibi noluerit mittere dives, eme. Id. 2, 37. Stillantemque alica sua palumbum. Martial. hoc loco intelligit palumbum coctum, et alica aspersum condiendi gratia: vel palumbum saginatum alicae granis, atque prae adipe stillantem. P. In medicina etiam multus erat alicae usus: torrebantur enim ejus grana, et dabantur ad sistendam alvum: vel decocta, additoque lacte et melle, sumebatur ab iis, qui ex longo morbo ad tabitudinem redacti essent; item syntexi laborantibus, etc. Nam hujusmodi sorbitio valde alibilis habebatur. Utilis etiam erat in sola aqua decocta, et colata, expresso succo: quae alica elota dicitur a Cels. 6, 6. et Plin. 22, 25, 61. P. Adulterabatur cum fiebat et zea in Africa proveniente, quae est latioribus spicis et nigrioribus, et brevi stipula. Praeterea cum fiebat adhibitis tritici granis. Illud etiam alicae genus, quod ex hordeo seminaturo tosto, et molito fieri, scribit Pallad. 7, 12., inter adulterina recensendum videtur. V. alia huc pertinentia apud Plin. 18, 11, 29. n. 1. et 2. item 22, 25, 58. P. Sunt qui scribunt halica cum aspiratione, et sic ejus derivata halicarius, halicastrum: sed non est, cur aspiratione notetur Latina vox, quae, si Festo credimus, ab alendo derivata est.

[*Bene monet Scheller., videri h. v. adjectivum esse, alicus, a, um, sc. farina.]

ALICARIUS, a, um, adj. ad alicam pertinens. Alicariae meretrices, inquit Festus, appellabantur in Campania, solitae ante pistrina alicariorum versari quaestus gratia: sicut eae, quae ante stabula sedebant, prostibulae dicebantur. Porro in Campania laudatissima fiebat alica, teste Plin. 18, 11, 29. n. 1. Hinc Pl. Poen. 1, 2, 53. An te ibi vis inter istas versarier prosedas, pistorum amicas, reliquias alicarias, miscras, coeno delibutas, servilicolas sordidas? Alicarius, ii, est qui alicam vel molit, vel conficit. Fest. loc. cit. Ante pistrina alicariorum versari. Lucil. ap. Charis. 1. p. 75. Nemo est alicarius posterior te. Charis. hic notat, quamvis alica rectius scribatur quam halica, tamen hoc loco Lucilium aspirationem adhibuisse. [*Pistrina alicariorum, Fest. s. v. Alicariae.]

ALICASTRUM, i, n. [*sc. frumentum] genus frumenti alicae simile. Colum. 2, 6. quatuor recenset adores genera, far Clusinum, vinnuculum rutulum, vinnuculum candidum, et semen trimestre, quod dicitur alicastrum: idque ait pondere et bonitate esse praecipuum. Adde Isid. Orig. 17, 3. Etiam Plin. 22, 25, 68. trimestris tritici mentionem facit, ex quo panis fit, qui sitanius dicitur. Itali dicunt marzolo, quia Martio mense seritur, et aestate metitur.

ALICUBI, i, n. in aliquo loco, usquam, usquam. Cic. Flacc. 29. Omnino mallet hic alicubi in Custrumino aut in Capenati (agro) paravisses. Ter. Adelph. 3, 5, 7. Utinam hic prope adesset alicubi. [*Etiam pluries ponitur: Senec. Tranq. 2. ut alicubi obstes tibi, alicubi irascaris, alicubi instes.]

ALICULĀ, lae, f. genus vestis brevioris, ita dictae, quod alas, hoc est brachia injecta continebat, ut scribit Velius Longus de Orthogr. p. 2229., ubi addit, ideo rectius scribi sine aspiratione: vel potius quod quasdam lacinias velut alas habebat, eratque e chlamydum genere, ut ostendit Ferrar. de Re vest. p. 2. l. 3. c. 1., ubi refellit Cujacium, qui l. 10. Observat. c. 18. putavit aliculam fuisse speciem togae. Martial. 12, 82. Brumae diebus, ferisque Saturni Mittebat Umber aliculam mihi pauper: Nunc mittit alicam: factus est enim dives. Martial. notat avaritiam Umbri, qui dives factus potionem mittebat, cum antea vestem mittere consuevisset: simulque ludit in vocibus alica, et alicula, quasi haec sit diminutivum ab illa, et videri possit Umber auxisse dona sua, cum revera minuerit. Petron. fr. Trag. 40. Burm. Barbatus ingens, fascis cruralibus alligatus, et alicula subornatus polymita. Scheffer. ad h. l. observat, cum hic venatorius cultus describitur, aliculam inter venatorias quoque vestes annumerandam esse. Ulp. Dig. 34, 2, 24. recenset inter vestes periles his verbis: Puerilia sunt togae, praetextae, aliculae, chlamydes, et pallia, quae filiis nostris comparamus. Ita enim ibi legendum cum optim. ed. Torrentina, et aliis; licet in quibusdam, quod fortasse ea vox minus intellecta fuit, legatur togae praetextae, alicubi et chlamydes, etc. P. Sunt qui putant scribendum alicula duplici ll, quia apud Hesych. legitur ἀλλίς, quae exponitur a quibusdam tunica manicata.

ALICUNDĒ, adv. πόθεν, ex aliquo loco. Cic. Caecin. 16. Omnis enim vis est, quae aut decedere non alicunde cogit, aut prohibet accedere. Id. Fin. 5, 11. Praecipitare alicunde. P. Interdum refertur ad personas, aut res. Cic. Att. 10, 1. Non quo alicunde audieris, sed te ipsum putare. [*Ter. Ph. 2, 1, 70. sumere argentum alicunde.] De rebus: Ter. Ad. 2, 2, 34. Minas decem corradet alicunde. [*Id. Hec. 3, 1, 6. nam nos omnes, quibus est alicunde aliquis objectus labor. — Priores syllabae omittuntur: Suet. Cal. 4. sicunde discederet. Cal. 51. sicunde hostis appareat.]

ALID. V. ALIS.

ALIDAEUS, i, m. maris peritus, ex ἀλς, mare, et δαῖος, peritus, dempta aspiratione. Est cognomen Romanum. Inscr. ap. Grut. 981, 2. A. Lucilius Alidaeus. F.]

ALIENATIO, onis, f. ἀλλοθῶσις, actus quo aliquid alienatur, et ad alium transmittitur. Pomp. Dig. 18, 1, 67. Alienatio tum fit, cum dominium ad alium transferimus. Sen. Ben. 5, 10. Venditio est alienatio, et rei suae, jurisque in ea sui in alium translatio. Cic. Or. 42. et Leg. 3, 20. Alienatio sacrorum, h. e. qua sacra propria alicujus gentis, aut familiae per fictam quandam coemptionem, et venditionem in aliam transferuntur. P. Translate sumitur pro disjunctione et separatione animorum, cum inter aliquos amicitia dissolvitur, et amor ab uno in alium transfertur. Cic. Phil. 2, 1. Tuamque a me alienationem ad cives impios tibi gloriae fore putavisti. Id. Q. Fr. 1, 4. Subita defectio Pompeji, alienatio consulum, etc. [*Tac. An. 2, 43. Germanico alienatio patrii amorem apud ceteros auxerat.] Id. Amic. 21. Alienationem et disjunctionem facere. Tac. Hist. 2, 60. Tunc interfecti centuriones promptissimi Othonianorum: unde praecipua in Vitellium alienatio per

Illyricos exercitus, h. e. multorum militum Illyricorum exercituum alienatio, et defectio a Vitellio facta est. Apud Caes. B. C. 2, 31. alienatio exercitus est ejus fuga et dissipatio. P. Alienatio mentis est commotio vehemens, et perturbatio tanta, ut homo non sit amplius sui compos. Cels. 4, 2. Doloris capitis notae sunt horror validus, nervorum resolutio, oculorum caligo, mentis alienatio, etc. Adde Plin. 21, 21, 89. P. Hoc sensu etiam alienatio absolute dicitur. Sen. ep. 78. Dolor capitis quo incitator est, eo citius in alienationem stuporemque convertitur.

ALIENATOR, oris, m. qui rem aliquam in alterius dominium transfert. Imp. Anastas. Cod. 1, 8, 9. Orthodoxae fidei venditor, vel quocumque modo alienator.

ALIENATUS, a, um, part. v. alieno, alienus factus, in alterum translatus, ἀλλοθωμένος. Ulp. Dig. 50, 16, 67. Alienatum non proprie dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet: venditum tamen recte dicitur. Id. ib. 28, 7, 2. Parte (usus-fructus) alienata, conditio deficit. Nep. Amilc. 2. Oppida alienata restituit patriae, h. e. quae per defectionem aliis dominis se dederant. [*Sall. Jug. 48, 1. urbs maxima alienata, ager hostibus cognitus etc. Liv. 22, 22. pars insulae — prodita atque alienata.] P. Translate dicitur de eo, qui ab alicujus amicitia recessit, et amorem suum, ac favorem in alium transtulit, ἀλλοθωθεῖς. Nep. Alcib. 5. Neque vero his rebus tam amici Alcibiadi sunt facti, quam timore ab eo alienati. Cic. Att. 1, 17. med. Animus alienatus et offensus. Sall. Jug. 70. Voluntate alienatus. Tac. Hist. 4, 49. Alienato animo esse erga aliquem. P. Item de eo qui ab alicujus amicitia rejectus est. Sall. Cat. 36. Meque falsa suspitione alienatum esse sentiebam. [*Lenius dictum est pro repulsum, neglectum, ut bene Herz. quem v. cf. ALIENO.] P. Item pro alieno, abhorrenti. Cic. Fin. 3, 5. A falsa autem assensione magis nos alienatos esse, quam a ceteris rebus, quae sunt contra naturam, arbitrantur. P. Item pro perturbato, commoto; et dicitur de homine, qui ex morbo sui compos non sit. Suet. Aug. 101. Unum omnino, ante efflatam animam, signum alienatae [*ἐξιοσμένης] mentis ostendit, quod subito pavefactus, a quadraginta se juvenibus abripi questus est. Sall. Or. de rep. ord. 2, 12, 6. Qui in somniis exercitus, furibundus atque amens alienata mente feraris. Liv. 25, 39. Alienatus sensibus. [*Tac. H. 2, 28. non vultu alienatus, i. e. mutatus, i. e. iram suam non prodens.] Id. 3, 48. Alienatus ad libidinem animus, h. e. perditus in libidinem, et quodammodo a se ipso avulsus. [*Libri h. l. non idem praebent; v. Drak. al. ab libid., i. e. per libidinem; al. libidine, absolute.] P. Alienata membra dicuntur a medicis, quae ex vulnere, ictu, aut morbo intermorta, sensum amiserunt. Cels. 5, 26. n. 23. Ex his colligi potest, utrum id, quod alia parte dependens, alia inhaerebit, si alienatum adhuc non est, suturam, an fibulam postulet. Sen. ep. 89. a med. Tunc incipit medicina proficere, ubi in corpore alienato dolore tactus expressit. Plin. 23, 4, 38. Spodium purgat ulcera, alienata explet, excrescentia erodit.

ALIENIGENA, ae, adj. comm. gen. ἀλλοθῆνης, alio loco genitus, externus, extraneus: ab alienus, et genus. Proprie dicitur de hominibus; translate de aliis etiam rebus. Cic. Deiot. 3. Homo longinquus et alienigena. Id. Font. 10. Testes alienigenas domesticis anteferre. [*Id. Cat. 3, 10. alienigenae hostes. Liv. 26, 13.] Id. Flacc. 27. Nec quid alienigenae de vobis loqui soleant, sed quid vosmetipsi de genere vestro statuatis, meminere. Id. Leg. 2, 10. Suos Deos, aut alienigenas colere. [*Suet. Aug. 48. regna alienigenis (i. e. diversae gentis hominibus) contribuit.] Val. Max. 6, 5. n. 1. ext. Ne alienigenae justitiae oblitri videamur. Gell. 2, 24. Neque vino alienigena, sed patrio usuris. P. Si propria vis spectetur, differunt alienigena, et externus, quod alienigena significat eum, qui ex externis, et peregrinis parentibus genitus est, licet fortasse apud nos habitet: externus vero eum, qui praeter parentes etiam domum extra nos habet: et praeterea externus etiam latius patet. Hoc discrimen spectasse videtur Curt. 5, 11. Custodiam corporis tui externus, et alienigena non deposcerem. Et 6, 3. Illi ejusdem nationis sunt; nos alienigenae et externi.

ALIENIGENO, as, a. l. alienare, alteri tradere. Inscr. ap. Fabrett. p. 69. n. 34. Monumentum vendere aut alienigenare, etc.

ALIENIGENUS, a, um, adj. ἐξωτικός, extraneus, peregrinus. Val. Max. 1, 5. n. 1. ext. Alienigena exempla. Et 2, 1. ad fin. studia. Et 6, 2. n. 1. ext. mulier alienigeni sanguinis. P. Item ex diversis rebus genitus, ἐτερογενής, ἀνομοιογενής. Lucr. 1, 859. Scire licet, nobis venas et sanguinem et ossa Et nervos alienigenis ex partibus esse, h. e. ex alimentis, quae multiplicis sunt generis.

[ALIENIGER, a, um, adj. id. q. alienigenus. Inscr. in Novell. Letter. Fiorent. T. 14. p. 678. Ne quis alienigerum corpus inferre vellit. Fortasse in lapide insculptum est alienigenum. F.]

ALIENITAS, atis, f. vox est, qua medici appellat quidquid in humano corpore alienum corruptumve est, et morbum inferens. *Cael. Aur. Tard.* 5, 4. Non adhibita recorporativa curatione, cum solius auferendae alienitatis intentione medici capiuntur. Adde *Acut.* 3, 3. Pro alienatione etiam aliquando usurpant. *Id. Acut.* 2, 39. Ad mentis alienitatem detrahendam.

ALIENO, as, avi, atum, a. i. ἀλλοτριόω, alienum, vel alium esse facio. *Pl. Amph.* 1, 1, 143. Certe aedepol tu me alienabis nunquam, quin noster siem. *Plin.* 20, 18, 75. Sagopenium, quod apud nos gignitur, in totum transmarino alienatur, h. e. omnino aliud est, ac transmarinum. Pro Speciatim alienare mentem alicujus est ita immutare, et a se diversam facere, ut sui compos homo non sit, ἐξοστάναι: sic alienari mente est extra se, et quodammodo alienum a se esse, ἐξοστάναι. *Liv.* 42, 28. extr. Junonis iram ob spoliatum templum, alienasse mentem ejus ferebant. *Plin.* 28, 8, 27. Quod si successerit, alienari mente, ac vel ex equo hominem decidere. Pro Absolute. *Sen. Quaest. nat.* 2, 53. Odor sulphuris, quia natura gravis est, saepius haustus alienat. V. ALIENATIO et ALIENATUS. Pro Saepius sumitur pro ad alterius dominium transferre, vendere. *Cic. Agr.* 2, 13. Alienare vectigalia. *Ulp. Dig.* 4, 7, 4. aliquid alicui. Pro Si proprie loquamur, differunt inter se alienare, et vendere, ut docet *Ulp. Dig.* 50, 16, 67. Nam vendere est rem suam accepto pretio alteri destinare: alienare est insuper ipsam rem alteri tradere. Itaque alienare majorem partem rei remotionem. *Cic. Verr.* 2, 4, 60. Pretio parvo ea, quae accepissent a majoribus, vendidisse atque alienasse. *Id. Agr.* 2, 21. Venire vestras res proprias, atque in perpetuum a vobis alienari. Pro Separare, removere. *Ter. Heaut.* 5, 2, 26. Ita nos alienavit. [*i. e. e familia ejecit. Sic *Ruhn.*, qui comparat *Liv.* 41, 8. ne quis quem civitatis mutandae causa suum faceret neve alienaret, i. e. mancipio daret. Cf. *Drak.* et ALIENUS.] Sed varie ibi legunt codd. et editt. *Justin.* 18, 3. Cum velut occisos alienasset, h. e. e conspectu removisset, oculuisset. Pro A medicis alienari dicitur pars aliqua corporis, quae corruptitur, et emoritur. *Cels.* 7, 16. Intestina momento alienantur, externo et insueto spiritu circumdata. *Id.* 8, 10. Siquidem id, quod adstrictum est, alienatur, et cancro opportunum est. V. ALIENATUS. Pro Translate est disjungere ab amore, favore et amicitia, offensum reddere. *Cic. Proc. cons.* 9. Quibus eum omnibus eadem republica reconciliavit, quae alienarat. *Id. Att.* 1, 14. ad fin. Alienare a se omnes bonos. [**Liv.* 44, 27. Gentium regem sibi alienavit.] *Id. Fam.* 3, 6. Alienare a se voluntatem alicujus. *Vell.* 2, 112. Alienare sibi animum alicujus. *Tac. Hist.* 1, 59. Ne supplicio ejus ferox gens alienaretur. *Cic. Fin.* 3, 5. Simul atque natum sit animal, ipsum sibi conciliari, et commendari ad se conservandum; alienari autem ab interitu, iisque rebus, quae interitum videantur afferre, h. e. recedere, abhorere. Pro Eximere, immunem facere, *Impp. Gratian., Valentinian. et Theod. Cod. Theod.* 12, 1, 84. Quos aut obiectus debilitatis alienat, aut senectus pigra remoratur. Pro Particip. Alienaturus apud *Liv.* 38, 33. Nihil aequae alienaturum animos civitatis videbatur. Alienandus apud *Cic. Agr.* 2, 13. De vestris vectigalibus non fruendis, sed alienandis. F.]

ALIENUS, a, um, adj. ἀλλότριος, qui alterius est, seu ad alium pertinet, [*qui alius sive diversi est hominis vel loci]. *Cic. Off.* 1, 9. Difficilis est cura rerum alienarum. [**Quint. Decl.* 248. (p. 444. *Burm.*) hoc possumus tueri alienarum rerum exemplo, ubi v. *Burm.*] *Liv.* 35, 43. Virtutem et bonum alienum oderunt. *Ter. Andr.* 1, 1, 125. Alieno more vivere. [**Sall. Cat.* 7. semper regibus aliena virtus formidolosa est. *Id. ib.* 58, 12. alienae opes, i. e. alterius, quae nihil omnino ad illam pertinebant. Cf. *Herz.* ad h. l. *Liv.* 1, 46. mulier alieni viri sermonibus adsuefacta. Plerumque opponitur suis; ut *Suet. Aug.* 45. alienis quoque muneribus ac ludis. *Id. Cal.* 36. *Claud.* 15. *ib.* 2. alieni arbitrii fuit, i. e. alii paruit; *coll. Plin. ep.* 6, 14. *Suet. Dom.* 20. epistolas alieno formabat ingenio, i. e. alius scribebat. *Flor.* 3, 6, 2. sub alieni belli tumultu, i. e. Mithridatici, non sui belli, quod ipsi (Cilices) gerebant. *Liv.* 3, 62. alieno Marte pugnabant sc. equites, dimissis equis tanquam pedites. Cf. *Lindem.* ad *Pl. Mil.* 2, 3, 3. et quos ibi laudat *Pl. locos.* *Hor. Sat.* 2, 3, 19. aliena negotia curare, Gr. ἀλλοτριόω, cf. *Hdf.* ad h. l. *Ov. Met.* 3, 139. aliena cornua, de Actaeone in cervum mutato. *Virg. G.* 2, 149. alienis mensibus, non aestivis. *Plin.* 29, 1, 8. alienis pedibus ambulamus (lecticariorum), alienis oculis agnoscimus (anagnostarum), aliena memoria salutamus (nomenclatorum) aliena vivimus opera (medicorum).] Substantivi more. *Sall. Cat.* 5. Alieni appetens, sui profusus. *Cic. Fam.* 3, 8. Cum natura semper ad largiendum ex alieno fuerim restrictior. [**Suet. Tit.* 7. abstinuit alieno, ut si quis unquam. Et plur. numero: *Amnian.* 23, 1.

aliena pervadere molienti, i. e. Parthorum terras, opp. Romanac.] Hinc aes alienum est pecunia, quae alteri debetur, τὸ χρεός. *Sall. Cat.* 34. Propter magnitudinem aeris alieni. *Cic. Verr.* 2, 4, 6. Esse in aere alieno. *Id. Fam.* 5, 6. Habere aes alienum. *Id. Att.* 13, 46. Aes alienum facere. *Sic Off.* 2, 16. suscipere. Et ad *Q. Fr.* 1, 1, 8. contrahere. Et *Cat.* 2, 9. In aes alienum incidere. *Sall. Cat.* 14. et 25. Aes alienum grande conflare. *Cic. Font.* 1. Aere alieno oppressum esse. *Caes. B. C.* 3, 22. Laborare ex aere alieno. *Cic. Fam.* 11, 10. Aere alieno aliquid obstringere. *Id. ib.* 15, 4. Liberare aliquid aere alieno. *Id. Sull.* 56. Aes alienum dissolvere. *Id. Phil.* 11, 6. Aere alieno exire. [**Sall. Cat.* 25, 3. aliena nomina, i. e. debita ab aliis contracta. Cf. *Herz.*] Pro Saepie alienus sumitur pro eo, qui nullo nobis cognationis, propinquitatis, aut amicitiae vinculo est conjunctus. [**Pl. Capt.* 1, 2, 43. alienus quum aegre feras, quid me patrem par facere est? *Vell.* 2, 76. quod alieno testimonium redderem, in eo non fraudabo avum meum. Sic permultis locis is maxime intelligendus est, qui ad familiam non pertinet, quod ipsum addit *Ter. Ad.* 3, 2, 28. alienus est ab nostra familia. Hinc absolute. *Id. Heaut.* 5, 4, 6. ne istuc in animum inducas, alienum esse; v. *Ruhn.* ad h. l. et ALIENO. *Ovid. Rem.* 681. aliena puella, i. e. alienata, extranea; v. quos laudat *Burm. id. Met.* 10, 340. aliena a sanguine. *Ter. Hec.* 1, 2, 83. alienum ab se videt. Hinc saepe opponitur alieni et propinqui, ut *Cic. Amic.* 5. — *Suet. Dom.* 12. alienissimae hereditates, i. e. quae nullo cognationis aliove jure ad eum pertinent. Latiori etiam sensu *Tac. H.* 1, 38. alienus dicit barbaros, servos etc.] Huc etiam referri potest, quod dixit *Appul. Met.* 8. Lancea mali Thrasylli me tibi fecit alienum, h. e. occidendo fecit, ut tuus amplius non sim. *Pl. Stich.* 3, 2, 31. Apud me coenant alieni novem. *Cic. Mil.* 28. Etsi aequabiliter in rempublicam, in privatos; in longinquos, in propinquos; in alienos, in suos iruebat. *Id. Fam.* 1, 9. circa med. Tantum enitor, ut neque amicis, neque etiam alienioribus desim. [**Multi collegit ad h. l. Manut.*] *Id. Fam.* 3, 6. Ut tuum factum alieni hominis, meum vero conjunctissimi et amicissimi esse videatur. *Caes. B. G.* 6, 30. Multi ex finibus suis egressi, se suaque omnia alienissimis crediderunt. *Liv.* 29, 29. Non alienus sanguine regibus, h. e. non omnino extra regiam consanguinitatem. Hinc metaphorice: alienum esse in aliqua re, i. e. rudem ejus atque imperitum esse. *Cic. Fin.* 1, 6, 17. Epicurus in physicis totus est alienus; quod *ib.* 8, 26. ipse sic explicat: si quae in his corrigere volebat, deteriora fecit. (Male Noster ita explicabat h. l.: alienus est, quia omnia ex aliorum placitis docet, nihil fere de suo.) Pro Item pro remoto, averso, abhorrente, [*Cf. de hac significatione *Herz.* ad *Sall. Cat.* 1. infra l.] *Cic. Verr.* 2, 2, 26. Letilius quidam, homo non alienus a litteris. *Id. Div.* 1, 38. Neque hoc Dii alienum ducunt majestate sua. [*Et absolute *Suet. Caes.* 44. *Rhet.* 1. non alienum erit, i. e. hujus loci erit. Plerumque addito casu; *Tac. An.* 2, 2. aliena ipsorum moribus.] In quodam decreto *Tib. Sempronii Gracchi* apud *Gell.* 7, 19. Alienum videtur esse dignitate reipublicae. *Sen. Quaest. nat. init.* 4. Ambitioni alienus. *Sall. Cat.* 41. Domus non aliena consilii, i. e. non expertis, conscia. *Cic. Fin.* 1, 4. Quis alienum putet ejus esse dignitatis, quam, etc. *Colum.* 3, 21. Alienissimus vitae rusticae. *Ov. Fast.* 1, 396. non alienus joci. *Lucr.* 6, 67. alienus pacis. [*De constructione cum genit., dativo et ablativo, praepositione a vel addita vel omissa, v. *Heins.* et *Burm.* ad *Ov. l. l.*, *Burm.* et *Spald.* ad *Quint.* 6, 3, 33. (alienum tempore, loco etc.) *Manut.* ad *Cic. Fam.* 9, 14, 5. Praepositio a in elegantiori sermone raro omittitur ac loci, in quibus omissa est, plerumque dubii sunt. Sed v. *Gernh.* et *Beier.* ad *Cic. Off.* 1, 13, 41.] Pro Item pro non amico, offenso, alienato. *Cic. Fam.* 2, 17. Si omnibus est malevolus, minus offendor in me: sin a me est alienior, nihil, etc. *Id. Dejot.* 9. Alieno animo esse in aliquem. *Ter. Ad.* 3, 2, 4. Alieno animo esse ab aliquo. [*Aliter intelligendus *Sall. Cat.* 37, 1. neque solum illis aliena mens erat, qui consilii conjunctionis, etc., h. e. eo usque insaniae et vecordiae processerant. Cf. *Herz.* ad h. l.] *Cic. Amic.* 8. in fin. Habere animum alienum ab aliquo. *Tac. Hist.* 2, 74. Muciani animus nec Vespasiano alienus, et in Titum prior. *Cic. Fam.* 15, 4. a med. Ex alienissimis amicissimos reddere. Pro Item pro non conveniente, inutili, inepto. *Cic. Caec.* 9. Id dicit, quod illi causae maxime est alienum. *Ter. Ad.* 1, 2, 30. Alieniore aetate post faceret tamen. *Nep. Milt.* 6. Cujus victoriae non alienum videtur, quale praemium Miltiadi sit tributum, docere. *Ov. Trist.* 3, 3, 19. Aliena loqui. *Nep. Them.* 4. Alienissimo sibi loco, contra opportunissimo hostibus, confluit. [**Monet Brem.* ad h. l. reperiri hoc modo saepe cum voc. locus, ut *Caes. B. G.* 1, 15. rarius autem cum aliis verbis, ut *Sall. Cat.* 56. alienum suis rationibus existimans. Adde *Vell.* 2, 3.

quicquid publice salutare non esset, privatim alienum existimans. *Sall. Jug.* 1, 5. quodsi homines bonarum rerum tanta cura essent, quanto studio aliena ac nihil profutura — petunt; in quibus li. ipsa oppositionis ratio veram h. v. vim docet. Ceterum ad h. l. cf. *Cort.*, qui monstrat philosophis aliena ea dici, quae alias fortuita dicuntur, prorsus ut Gr. ἀλλότριος eodem modo usurpant.] *Cels.* 4, 5. Sumendi cibi faciles, et stomacho non alieni. *Cic. Fam.* 15, 14. Considera, ne in alienissimum tempus cadat adventus tuus. *Id. Brut.* 1. Vir egregius alienissimo reipublicae tempore extinctus. *Varr. R. R.* 3, 16. Expectare, ut suo potius tempore mercatorem admitterent, quam celerius alieno. [**Aliena verba* rhetores dicunt, ubi de verborum delectu et usu praecipunt, quae non sunt oratori accommodata sed historico aut poetae. *V. Cur. Fortunat. Rhet.* p. 70. ed. *Pith.* Cicero autem *Or.* 24. aliena verba opponit propriis. *Ern. lex. technol. lat.* p. 16.] Pro Praeterea alienus dicitur a medicis de membro aliquo corporis corrupto et emortuo. *Scrib. Comp.* 201. Idem emplastrum, si os scabrum, aut putre vetustate vitii factum est, expurgat et educit quantum ejus alienum est. V. ALIENATUS et ALIENO. Pro Alienus pro immuni. *Impp. Honor. et Theod. Cod. Theod.* 11, 20, 4. Hunc a collatione esse jubemus alienum.

ALIFER. V. vocem sequentem.

ALIGER, ra, um, adj. περιωτός, alas gerens, alatus. *Stat. Silv.* 3, 3, 80. summi Jovis aliger Arcas nuntius, h. e. Mercurius. *Virg. A.* 1, 663. his aligerum dictis affatur amorem. *Id. ib.* 12, 249. Aligerum agmen, h. e. agmen avium. *Ov. Fast.* 4, 562. aligero tollitur axe Ceres, h. e. curru, quem trahunt alati dracones. Quidam hoc loco legunt alifero, sed *Heinsius* praefert aligero. Pro [Aligeri substantive sunt Cupidines alati. *Sil.* 7, 458. Dumque hic aligeris instat Cytherea, h. e. precibus fatigat Cupidines, filios suos. Pro Aligero XII. legionis est in *Inscr.* ap. *Reines.* cl. 8. n. 30. pro Aquiligero. F.] Pro In genitivo plur. aligerum pro aligerorum habet *Val. Fl.* 7, 171.

ALIL, orum, sunt populi Aedis. V. ALIS. *Pl. Capt. prol.* 24. Postquam belligerant Aetoli cum Aliis. Et 27. captivos Alios commercari.

ALIMENTARIUS, a, um, adj. σιτικός, ad alimentum pertinens. *Coel.* ad *Cic. Fam.* 8, 6. Legem viariam, non dissimilem agrariae Rulli, et alimentariam, quas jubet aediles metiri, jactavit. Fortasse, inquit *Manutius*, intelligit legem de frumento plebi gratis dividendo. *Ulp. Dig.* 2, 15, 8. Alimentaria causa. *Martian. Dig.* 48, 13, 4. Alimentaria ratio. [**Amnian.* 20, 8. alimentariae rei gratia. *coll.* 21, 12.] Pro Alimentarii, orum, dicuntur, quibus testamento alimenta relicta sunt. *Ulp. Dig.* 2, 15, 8. Si alibi domicilium heres, alibi alimentarius habeat. *Capitol. Anton. Pio* 8. et in *Inscr.* ap. *Grut.* 1022, 6. et 7. Pueri et puellae alimentariae, h. e. quibus Trajanus et Hadrianus *Impp.* alimenta assignaverant. [**V. Andr. Guil.* progr. de pubertatis termino ex disciplina Romm. (*Kilon.* 1804.) p. 21 — 29. et *Paufferi* spec. I. II. de pueris et puellis alimentariis. *Dressd.* 1809. 1810. 4. *Beier.*] Pro *Inscr.* ap. *Grut.* 1092, 7. Pecunia alimentaria, h. e. in alimenta pauperum eroganda.

ALIMENTUM, ti, n. τροφή, id quo animantis corpus alitur, et vita sustentatur. *Cic. Univ.* 6. Nec vero desiderabat aut alimenta corporis, aut detractionem confecti et consumpti cibi. *Suet. Tib.* 54. Druso adeo alimenta subducta, ut tomentum e culcita tentaverit mandere. *Cels.* 2, 18. Plus alimenti est in pane, quam in ullo alio. *Plin.* 17, 13, 20. Omnia celerius adolescent stolonibus ablatiis, unamque in stirpem redactis alimentis. *Quint.* 2, 16. Reponere alimenta in hiemem. *Cels.* 8, 1. Subministrare alimenta alicui. Pro Apud *JCTos alimenta* non pro cibo solum, sed et pro aliis rebus, quae homini sunt ad vitam necessariae, sumuntur. *Jabolen. Dig.* 34. t. 1. qui est *De alimentis*, vel cibariis legatis, l. 6. Legatis alimentis, cibaria, et vestitus, et habitatio debebitur, quia sine his ali corpus non potest. Pro quocumque re, qua alitur quidpiam et augetur. *Ov. Met.* 14, 532. picem et ceras, alimenta quoque cetera flammae. *Id. ib.* 1, 271. Concipit Iris aquas, alimenta quoque nubibus affert. Pro Translate. *Ov. Met.* 2, 769. alimenta vitiorum. *Tac. Hist.* 2, 96. fin. Alimentum famae. *Liv.* 35, 23. ad fin. Addidit alimenta rumoribus adventus Attali. Pro [*Apud *Cic. Rep.* 1, 4. alimenta sunt quae Graecis θυγάριον dicuntur, i. e. praestitorum alimentorum remuneratio. Verba ita habent: Alimenta a nobis expectat patria: ut eam quasi senem parentem, quae nos enutrivit, alamus. *Beier.*]

[ALIMENTUS, i, m. Cognomen gentis Cinciae ex *Liv.* 26, 23. L. Cincius Alimentus. Et 29, 20. M. Cincius Alimentus. F.]

*ALIMNE, es, f. oppidum Phrygiae majoris. *Liv.* 38, 14.

ALIMODI, est dictum pro aliusmodi, inquit *Festus.* V. ALIUS.

ALIMON, i, n. ἄλιμος, videtur composita vox

Sed notanda est h. l. formula: nihil aliud, quam, οὐδὲν ἄλλο; Suet. Aug. 98. quum ille nihil aliud responderet, quam seq. acc. e. infin. id. Gramm. 10. quum sibi sciat nihil aliud suadere, quam ut etc. et sine ut, id. Aug. 32. ex quorum sordibus nihil aliud quam voluptas inimicis quaeretur. id. Tib. 11. nihil aliud secessu devitasse se, quam suspicionem. Cf. Hoogeven. ad Vig. p. 532. ed. Herm. B. Crus. in cl. Suet., unde haec hausimus, hoc nihil aliud, inquit, ita in ore fuit Romanis, ut omisso, quod sensu addendum erat, facere, orationi insererent pro tantum. V. Lamb. Bos. p. 646. ed. Schaefer. Suet. Caes. 20. ut nihil aliud quam per edicta obnuntiaret. Id. Aug. 83. Ner. 43. Id. Claud. 10. fluctuantes, nec quicquam adhuc quam frementes, i. e. nihil amplius. Laudat idem V. D. Gronov. ad Liv. 4, 26. 26, 2. 31, 24. coll. 40, 50. edd. ad Tursell. p. 88. et Perizon. ad Sanctii Min. p. 821. ed. Scheid. Quomodo autem differat nihil aliud quam et nihil aliud nisi v. Krebs. p. 599. P. Interdum ponitur alius eo sensu quo vulgo alter ponitur. Ita jam reperitur apud Plautum ac deinde Appulejum, veterum imitatore. Cf. Lindem. ad Pl. Capt. Argum. Acrost. v. 2. et 9. Afferuntur quidem aliorum quoque scriptorum loci: sed in his caute versandum est. Suet. Tit. 7. alium Neronem et opinabantur et praedicabant (Titum) ubi alter esset ὁ ἄλλος; sed alius est ἄλλος; non de duobus tantum Neronibus, sed de pluribus Neronibus cogitat scriptor. Tac. A. 5, 10. (Aegaeum mare) — marique alio (i. e. Adriatico) Nicopolin ingressus; quo loco male exponunt altero; non enim de duobus tantum cogitat: aliud mare est i. q. non jam Aegaeo amplius. De duobus autem loquitur Liv. 24, 27. quo aliae partis hominibus animus accederet; cf. id. 9, 2. sed ante intrandae primae angustiae sunt — aut — aut per alium saltum evadendum. Cf. Graev. ad Cic. p. Red. 5. Adde Curt. 9, 8, 5. Et in enumeratione: Caes. B. G. 1, 1. unam partem incolunt Belgae, aliam Aquitani, tertiam Celtae; ibique Herz.] P. Ponitur interdum pro reliquis. Liv. 7, 19. Tercenti quinquaginta octo delecti, qui Romam mitterentur: vulgus aliud trucidatum. Id. 2, 23. Primo se agro paterno exuisse, deinde fortunis aliis. [*Gloss. Liv. alia addit, ut 7, 26. alia multitudo coll. 24, 1. 41, 18. 40, 12. 1, 12. 3, 17. 38, 24. aliaque sanctitate et gravitate vitae hujus matronalis etc. ibidemque 26. sed Drak. et Burm. illo loco malunt reliquaque, quod negat Ernest. l. 1. Eodem sensu passim ponitur alia absolute, ad morem Graecorum. Ex Sall. ap. Serv. ad Virg. A. 3, 594. alia sanctus, ut Vell. 2, 46. cetera sanctissimus, ubi v. Ruhnken. Est etiam alius is qui prorsus diversus est ab alio antea appellato, eique oppositus. V. Walch. Emend. Liv. p. 59. sq.] P. Alium facere est immutare. Pl. Trin. 1, 2, 123. Pro Dii immortales, verbis paucis quam cito alium fecisti me! alius ad te veneram. Id. Poen. prol. 126. Valet, adeste, ibo: alius nunc fieri volo, h. e. aliam personam comicam induere volo. P. Alia omnia. V. OMNIS. P. Alias res agere. V. AGO. [*Similiter dicunt: alia curare. Pl. Mil. 3, 3, 55. Pa. insistite hoc negotium sapienter. Ac. Alia cura. Ter. Ph. 2, 1, 5. atqui reperi jam; alia cura.] P. Reperitur etiam genitivus alii, et aliae pro alius, et dativus alio et aliae pro alii. Varr. R. R. 1, 2. Ad alii Dei aram. Cato apud Priscian. 6. p. 694. Tum uti eos mutem, et alii modi sim. (pro aliusmodi. Hinc factum est alimodi, quod affertur a Festo.) Cic. Dic. 2, 13. Si aliae pecudis jecur nitidum est, aliae horridum. [Inscr. ap. Cotugno, Mem. di Venafro p. 293. Lysias sibi, et si volet Papia Irena conliberta, alio nemini. Gell. 9, 4. Nulli aliae causae obnoxia. F. Id. 2, 28. an cuius aliae rei causa.] Pl. Mil. 3, 1, 207. Qui nisi adulterio, studiosus rei nullae aliae est. Adde Lucr. 3, 932. et Liv. 24, 27. sub fin. Praeterea Festus asserit, Plautum dixisse alii rei pro aliae rei. P. Alium pro aliorum. Lucr. 1, 882. Sanguinis, aut alium, nostro quae corpore aluntur. Adde 2, 910. Utrobique tamen alii aliter leg. P. [*Alii et illi commutantur. V. Ruhnken. ad Vell. 1, 4, 2. et 2, 13, 3. Alius et altus, Burm. ad Quint. 10, 1, 44.]

ALIUSMODI, duo genitivi coalescentes in unam vocem, et quasi in adjectivum indeclinabile. Cic. Inc. 2, 6. Res aliusmodi est, ac putatur. Caes. in Anticat. ap. Priscian. 6. p. 694. Quem aliusmodi, atque omnes natura finxit.

ALIUSVIS, aliavis, aliudvis, pronom., quavis alius. Cic. Att. 3, 4. Cicerones nostros meo potius labore subdoceri mallet, quam me aliumvis magistrum quaerere.

ALIUTA, veteres pro aliter dicebant. Hinc est illud in legibus Numae apud Festum. Si quis aliuta faxit, ipsos (h. e. ipsus) Jovi sacer esto. Pl. Rud. prol. 10. Alium aliuta disparat. Al. hic alia legunt.

ALLABA vel Allava, ae, Siciliae fluvius. Anton. Itin.

ALLABOR et Adl., eris, apsum sum, dep. 3. juxta, vel ad aliquam rem labori, aut fluo, προαβόω. Virg. A. 10, 292. mare crescenti allabitur aestu. Liv. 25,

16. Angues duo ex occulto allapsi. Cic. Dic. 2, 27. Humor allapsus extrinsecus. Virg. A. 12, 319. viro stridens alis allapsa sagitta est, h. e. in virum incidit. Senec. Hippol. 666. Allapsus genibus, h. e. provolutus. Virg. A. 9, 474. Nuncia fama ruit, matrisque allabitur aures. P. De navigantibus. Id. A. 3, 131. antiquis Curetum allabimur oris, h. e. navigamus, appellimus.

ALLABORO et Adl., seu avi, atum, a. 1. επιπροσέω, circa aliquam rem laboro. Hor. Ep. 8, 20. Ore allaborandum est tibi. Id. Od. 1, 38, 5. Simpliciter myrto nihil allabores, h. e. laborando nihil addas. Adde Cic. Brut. 49., ubi tamen al. id laboras. [*Sic Orell.]

*ALLACTO, as, a, 1. idem ac lacto, a praeposit. ad et lacto. Marcell. Empir. 8. Mulier, quae puerum allactat. Bail. A.

ALLAEVO et Adl., seu Allēvo, et Adlevo, as, avi, atum, a. 1. ἐπιλαέω, id. q. laevo, seu levo, laevigo, planum facio. Colum. 3, 15. Vitam totam exputare, nodosque et cicatrices allevare. Id. 4, 25. Cum allevare quid debet, scalpro utitur. ib. Major pars operis ductim potius, quam caesim facienda est, nam ea plaga, quae sic efficitur, uno vestigio allevatur. P. De descriptione V. in LEVIS in fin.

ALLAMBO et Adl., is, a. 3. ἐπιλαμβάνω, id. q. lambo. Prudent. Hamartig. 135. virides allambunt ora cerastae. [*Martian. Cap. 4. (p. 63. ed. Vulc.) quum sanguis assurgens allambere feminam attentat.] P. Translate est attingere. Auson. Mosell. 359. Te rapidus Gelbis, te marmore clarus Erybrus Festinant famulis quamprimum adlabere lymphis. Quint. Decl. 10, 4. Allambentes flammae.

*ALLANTENSIS, e, incolae urbis Allantes, (Ἀλλάντη) in Macedonia. Plin. 4, 10, 17.

ALLAPSUS et Adlapsus, a, um, particip. V. ALLABOR.

ALLAPSUS et Adl., us, m. πρόσρησις, actus allabendi, accessus. Hor. Epod. 1, 19. Ut assidens impluvibus pullis avis Serpentium allapsus timet. Appul. Met. 5. Prope fontis allapsum domus regia est.

ALLASSON, ontis, adj. ἀλλάσσων, mutans, varians: vox Gr. ab ἀλλάσσω, muto. Allassontes calices dicuntur vitrei calices versicolores, hoc est ita picti, ut colorem subinde, prout moventur, mutant, ut in collis columbarum videmus. Hadrian. Imp. in quadam ep. ad Servian. Cons. ap. Vopisc. Saturnin. 8. Calices tibi allassontes versicolores transmisi.

ALLATRO et Adl., as, avi, atum, n. 1. πρόσληκτιώ, idem quod latro, vel contra aliquem latro. Aurel. Vict. Vir. ill. 49. In Capitolium intempesta nocte eunti nunquam canes allatraverunt. [*Arntzen. latraverunt.] P. Translate. Plin. 4, 5, 9. Tot sinus Peloponnesi oram lancinant, tot maria allatrant, h. e. cum sonitu et murmure illisurum littori undarum alluunt. Eodem modo locutus est 2, 68, 68. V. LATRO, as. P. Pro conviciari, obtrectare, criminari, dictis amarioribus lacessere. [*Quint. 8, 6, 9. ut Livius Scipionem a Catone allatrari refert. Colum. praef. 1, 9. quemque.] Sil. 8, 292. nigro allatraverat ore Victorem invidia. Liv. 38, 54. Cato allatrare Africanum magnitudinem solitus erat. Martial. 5, 61. Adlatres licet usque nos, et usque, Et gannitibus improbis lacessas. Et 2, 61. Adlatrare nomen alicujus. [*Penultima in h. v. semper producitur; sed in circumlatro ap. Avien. Perieg. 48. corripitur, ita ut recte anceps dici queat.]

ALLATURUS et Adlaturus, a, um. V. AFFERO.

ALLATUS et Adlatus, a, um.

ALLAUDABILIS, le, adj. laudabilis. Pl. Pers. 4, 5, 1. Dedisti operam allaudabilem. Alii leg. laudabilem, alii adjuabilem.

ALLAUDO et Adl., as, a. 1. ἐπιλαύω, idem quod laudo, vel valde laudo, ad enim auget aliquando. Pl. Merc. prol. 84. Agit gratias mihi, atque ingenium allaudat meum.

ALLAVO. V. ADLAVO.

ALLECTATIO, onis, f. actus allieciendi. Quint. 1, 10, 32. Chrysippus etiam nutricum, quae adhibentur infantibus, allectationi suum quoddam carmen assignat, h. e. cantilenae, qua nutrices allieciunt infantes ad quiescendum. [*Sed cf. Spald. ad h. l.]

ALLECTIO et Adl., onis, f. ἐπιλεξίς, actus allegerendi, electio, assumptio ad aliquid, [*ut in collegium, in societatem aliquam, veluti militum, sacerdotum etc.] Capitol. M. Anton. Phil. 11. Hispaniis exhaustis, Italica allectione verecunde consulit, h. e. cum Hispaniae non haberent amplius, quos ad bellum darent milites, delectus per Italiam habendo, consuluit, etc. Tertull. Monogam. 12. Allectio in clerum. Capell. 1. p. 2. Adlectio conubialis. [*Allectio deinde inprimis beneficium Caesarum dicitur, quum decreto suo alicui alicujus muneris dignitatem tradunt, qua ille nondum functus est, ut consulatum, antequam praetura functus est.] Ita Capitol. Pert. 6. Jussit eos, qui praeturas non gessissent, sed allectione accepissent, post eos esse, qui vere praetores fuissent,

h. e. qui assumpti fuissent inter praetorios viros, et ornamenta praetoria obtinuissent, licet praeturam nunquam administrassent. [*Cod. Theod. 6, 4, 10. allectionis quaerendus est honor. Symmach. ep. 7, 97. ut beneficio allectionis utatur. Cf. Gothofr. ad Cod. Theod. l. l. Qui hoc beneficio ab imperatoribus ornati erant, allecti dicebantur. Cf. Gothofr. ib.]

ALLECTO, as, a. 1. frequentativum ab alliecio, παραλέγω. Cic. Sen. 16. ad fin. Ad agrum fruendum non modo non retardat, verum etiam invitat atque allectat senectus. Id. Amic. 26. Allectare atque invitare. Colum. 2, 3. Boves ad aquam duci oportet, sibiloque allectari, quo libentius bibant.

ALLECTOR et Adl., oris, m. qui alliecit, et invitat, verbale ab allecto, as, ἐπιλεξιόμενος. Colum. 8, 10. Turdi, qui ab aucupibus in hunc usum nutriti, quasi allectores sint captivorum, moestitiamque eorum mitigent intervoldo. P. Est etiam nomen muneris, seu officii: verbale ab allego, is. Inscr. ap. Grut. 471, 9. L. Tauricio Florentii Taurici Tauriciani filio Veneto allectori Galliae, patrono nautarum Araricorum. Ib. 375, 3. L. Blaesio allectori Galliarum ob allecturam fideliter administratam, etc. Ib. 245, 7. Ti. Claudius Felix, et P. Lolius Paris allectores, cultores Silvani, etc. Ib. 83, 14. Cn. Domitius Cn. F. Firmus sacerdos Isidi triumphali basim S. P. D. D. adlecto collegi ipsius. His locis significantur ii, qui suscipiendis tributis fiscalibus a R. imperatoribus allegabantur in provincias, qui in vet. Glossario λογογράφοι dicuntur: de quibus mentio fit etiam in Cod. Theod. 12, 6, 12. Idem ib. l. 13. dicuntur quoque allecti, ut etiam apud Sidon. ep. 5, 7. Eorum munus et allegatio dicebatur, ut est ib. l. 11., et allectura, ut est in Inscr. supra allata. [At Gothofr. ib. legendum rectissime arbitratu adlectio. F.] Cf. supra ALLECTIO.

ALLECTURA et Adl., ae, f. munus allectorum. V. vocem praeced.

ALLECTUS et Adl., a, um, part. ab allēgo, ἐπιλεξίος, assumptus, adscitus, adjunctus. Suet. Ner. 1. Inter patricios adlecti. Id. Caes. 80. Peregrini in Senatum adlecti. Id. Vesp. 9. Honestissimus quisque Italicorum ac provincialium in ordinem senatorium, et equestrem adlectus. Vell. 2, 89. Praetoribus adlecti duo. Inscr. ap. Grut. 347, 1. Adlectus ad munera praef. legionis VII. Ib. 1088, 12. Claudiae Rupinae adlectae ab ordine in dec. Augustal. Ib. 318, 7. Adlectus aedilis. Ib. 412, 5. Adlectus decurio. Ib. 99, 9. Adlectus in ordinem decurionum. Ib. 174, 3. Civis adlectus. Ib. 484, 2. Adlectus in curiam Lugdunensium nomine incolatus. Varr. L. L. 5, 7. Collegae, qui una lecti, et qui in eorum locum suppositi sublecti, additi, adlecti. P. Cum de senatoribus sermo est, Adlecti dicebantur apud Romanos, ut docet Festus, qui propter exiguum senatorum numerum ex equestri ordine in senatum assumebantur; atque ita distinguebantur a Patribus, h. e. ab iis, qui erant patricii generis, nimirum descendentes ab iis, quos primum Romulus, instituens senatum, Patres vocaverat, et a Conscriptis, h. e. iis, qui prima aut altera electione in senatum post Patres adsciti fuerant, et eorum familiae posteris. Hujusmodi allectionum exempla sub imperatoribus multa habentur. V. Suet. Caes. 41. et Vesp. 9. P. Etiam in aliis ordinibus sui allecti fuere. Inscr. ap. Grut. 449, 1. Adlectus supra numerum Seviri Augustal. Sic adlecti inter tribunos, inter quaestores, inter praetores passim apud eund. Gruterum. Hi autem temporibus imperatorum fieri solebant, fruebanturque insignibus et honoribus iisdem, quibus ii, qui vel tribunatum, vel quaesturam, vel praeturam gesserant. V. Capitol. Pert. 6. ad fin., cujus verba ad hanc rem pertinentia attulimus in ALLECTIO. [*Cf. Cod. Theod. 6, 23, 1. Ib. 24. leg. 8, 9, 10.] P. Praeterea adlecti aliquando dicti sunt, qui tributis fiscalibus exigendis per provincias allegabantur. V. ALLECTOR. P. Item adjuncti ad sodalicia scenorum, seu comoedorum, qui et adlecti absolute, et adlecti scenae, et adlecti scenorum appellabantur, ut videre est in Inscr. ap. Grut. 1089, 6., 330, 1. et 2. et alibi. P. Est etiam adlectus participium verbi alliecio. Quint. 7, 2. Allectus consuetudine peccandi.

*ALLEGAMEN, imis, n. Guil. Brit. Phil. 2, 37. at comes haec contra dabat allegamina regi.

ALLEGATIO, onis, f. παραγγελία, actus allegandi, cum aliquis ad alium mittitur. Cic. Verr. 2, 1, 51. Cum sibi omnes ad istum allegationes difficiles, omnes auditus arduos, ac potius interclusos viderent, h. e. cum viderent difficile esse aliquem mittere ad istum, qui deprecaretur. Id. ib. 16. Quanta iste cupiditate, quibus allegationibus illam sibi legationem expugnavit! P. Item actus efferendi aliquid in excusationem, aut probationem alicujus rei. Ulp. Dig. 48, 5, 2. Si maritus uxorem ream faciat, an lenocinii allegatio repellat maritum ab accusatione? Hermogen. Dig. 4, 4, 17. Allegatio circumventionis. Paul. Dig. 23, 2, 60. Falsis allegationibus a tutela se excusare. Appul. Met. 10. p. 241, 26. Allegationes utrinque exami-

nare. P [*Est etiam id quod hodie JCTi appellant rescriptum s. decretum imperatorum. Cod. Theod. 16, 5, 37. ibique Gothofr. P Denique i. q. allectio s. munus allectoris; ib. 12, 6, 11.]

ALLEGATUS, us, m. idem quod allegatio. Pl. Trin. 5, 2, 18. Allegatu meo venit, [*i. e. a me subornatus; in malam partem dictum. V. ALLEGO.] Gell. 13, 20. Hic allegatus et hic arbitratus pro allegatione proque arbitratione dicuntur.

ALLEGATUS et Adl., a, um, part. ab allego, missus. Ter. Andr. 5, 3, 28. Ne credas a me adlegatum hunc senem, [*i. e. submissum, quod in malam partem dictum est. Cf. Ruhnk. ad h. l. et ALLEGO.] Plin. 8, 1, 1. Allegata precibus tellure, h. e. assumpta, adhibita, et velut missa ad deprecandum. Alii aliter leg. Cic. Verr. 2, 1, 53. Necessarios istius ad eum adlegatos esse dicebat. P Item is, cui alicujus rei cura demandata est, [*quem vulgo appellamus deputatum; deputatorum autem est adire indicem et indicia audire. v. Gronov. ad Liv. 26, 11, 9. quem laudat Ern. in cl. Cic.] Cic. Cluent. 13. Crimen hoc indicio Avilii probabatur, in quo, inter adlegatos, Oppianici nomen primum esse constabat. Id. Q. Fr. 2, 3. Neri index edidit ad adlegatos Cn. Lentulum, et C. Cornelium. [Hic adlegati appellantur, qui audiendis iudiciis et probationibus dati fuerant. F. ad allegatos dictum est ut ad iudices.] Inscr. opt. notae, Patavii detecta ann. 1773. in fronte forniciis pontis antiquissimi, et a Dominico Polcastro peculiari Opusc. illustrata, relata etiam in ejusd. Fasc. Rom. Inscr. p. 79. L. Clo. C. Albarenius C. Pomponius Q. nius L. F. T. Ulla C. Pompon. Scapula adlegati pontem faciendum D. D. S. (h. e. de decurionum sententia) locarunt, idemque probantur. Censuit idem auctor adlegatos hic appellari ministros muneris provincialis, quod nempe decurionum legati in municipiis et coloniis habebant officii adutores. [Sed fortasse ita appellantur Seviri, quibus extra ordinem a municipio Patavino pontis faciendi cura demandata fuerat. F.]

ALLEGO et Adl., as, avi, atum, a. I. παραπέμπω, est mittere ad aliquem locum, vel hominem, sed privatim, (nam publice legare dicimus) et fere alicujus rei petendae gratia. Liv. 36, 11. Cum patrem, primo allegando, deinde coram ipse rogando fatigasset. Cic. Verr. 2, 1, 57. Petit a me Rabonius, et amicos allegat: facile impetrat. Id. Fam. 15, 4, ad fin. Extremum illud est, ut, quasi diffidens rogationi meae, philosophiam ad te allegem. Haec igitur tecum agit de mea laude, cui negari a Catone fas esse non puto. Id. Rosc. Am. 9. Homines nobiles allegat iis, qui peterent, ne, etc. Id. Fam. 15, 10. Allegarem te ad illos, qui, etc. Pl. Amph. 2, 2, 42. Alium ego isti rei allegabo, h. e. alii istam rem committam. Sic Id. Epid. 3, 3, 46. Allegare aliquem ad aliquod negotium. Appul. Apolog. 309, 13. Allegare preces Deis, h. e. preces ad Deos mittere. Ita Mamertin. Gratiar. act. ad Julian. 18. Appul. de Deo Socrat. p. 44, 33. P [*Interdum in malam partem dicitur, i. e. per fraudem aliquem subornare. Pl. Poen. 3, 5, 28. eum allegaverunt suum qui servum diceret. coll. Id. Trin. 5, 2, 18. Cf. Ruhnk. ad Ter. Andr. 5, 3, 28. et ALLEGATUS, i.] P Est etiam proferre, adducere, afferre aliquid probandi, vel excusandi gratia. Plin. ep. 3, 15. Petis, ut libellos tuos legam; adhibes preces, allegas exemplum. Just. 15, 1. Priorem se petitum ab Alexandro allegat; nec fecisse se, sed occupasse insidias. Quint. 4, 1. Allegare dignitatem alicujus. Plin. Pan. 70. fin. Allegare decreta. Id. Hoc senatui allegandum putasti, h. e. apud senatum proferendum, senatui manifestandum. [*Exempla ex Plin. collegit Schwarz. ad h. l.] Suet. Aug. 5. Cum Lectorius, in deprecanda graviore adulterii poena, praeter aetatem atque natales hoc quoque patribus conscriptis allegaret, se esse possessorem, etc. Tac. Hist. 4, 84. Mandata regis sui Scythothemidi allegant, h. e. exponunt, [*alii: ei transmittunt, se. per interpretem.] Suet. Aug. 47. Allegare merita erga populum Romanum. Stat. Ach. 2, 224. Allegantque suos utroque a sanguine divos, h. e. referunt, citant. Hac significatione saepissime usurpat a Jurisconsultis. P Apud Ulp. Dig. 40, 12, 27. allegare se ex servitute in ingenuitatem est eas allegare probationes et causas, quibus aliquis e servitute in libertatem vindicari possit. P [Particip. Allegans ap. Suet. Aug. 47. F.]

ALLEGO et Adl., is, egi, ectum, a. 3. καταλέγω, adscisco, adjungo, coopto, legendo addo. Liv. 10, 6. Ut quatuor pontifices, quinque augures de plebe omnes allegarentur. [*Caes. B. G. 6, 13. suffragio Druidum allegitur.] Suet. Aug. 49. Allegere certum numerum militum in sui custodiam. Id. Cl. 24. aliquem in senatum. Id. Vit. 1. inter patricios. Id. Tib. 51. Negavit alia se conditione allecturum, quam si, etc. Callistr. Dig. 50, 6, 5. n. 12. Allegere ab omni aetate in corporibus, h. e. ex omni aetate. Sen. Agam. 812. Allegi coelo, h.

e. inter Deos referri. Hieronym. adv. Jovinian. 1. n. 34. Interdum et pontificum vitio accidit, qui non meliores, sed argutiores in clerum allegunt. [Inscr. ex Pompejorum ruinis eruta, apud Morcell. de Stil. Inscr. T. 1. p. 234. edit. Patav. Hunc decuriones ob liberalitatem cum esset annorum sexaginta ordini suo gratis adlegerunt. P [Particip. Allegendus ap. Tert. ad Nat. 2, 13. Perspicimus itaque causas allegendae mortalitatis in coelum. F. P *Confunduntur allegere et deligere, quorum hoc illius glossa est. V. intpp. ad Caes. 1. l.]

ALLEGORIA, ae, f. ἀλληγορία, vox Graeca, Latine inversio, ab ἀλλο, aliud, et ἀγορεύω, dico, loquor, est tropus sententiarum, quo aliud verbis, aliud sensu ostenditur. Apud Ciceronem fere Graece scripta legitur in optimis quibusque codicibus, apud alios etiam Latine. Quint. 8, 6. At ἀλληγορία, quam inversionem interpretamur, aliud verbis, aliud sensu ostendit. Id. Habet usum talis allegoriae frequenter oratio. Et sic saepe eod. cap. et alibi. Arnob. 5. p. 186. Allegoriarum explanatio.

ALLEGORICE, adv. ἀλληγορικῶς, per allegoriam. Arnob. 5. p. 183. Pars allegorice scripta, indubitabili altera sermone, rectoque. August. de Genes. ad lit. 4, 28. Figurata atque allegorice. Adde Tert. ad Marcion. 3, 5. in fin.

ALLEGORICUS, a, um, adj. ἀλληγορικὸς, per allegoriam dictus. Arnob. 5. p. 183. Lex allegorica. Et p. 186. Allegoricae ambages.

ALLEGORIZO, as, n. I. ἀλληγορεῖν, allegorice in dicendo uti, figurate loqui. Usi sunt Tertull. Resurr. carn. 27. et Hieronym. ep. 61. ad Pamm. 3.

ALLELUIA, ἀλληλουῖα, vox sacrorum Bibliorum, quae significat laudate Dominum. Est autem Hebraica dictio הללהיה, et revera duae voces sunt: nam הלל significat laudate; יהוה vero est unum ex decem nominibus, quibus apud Hebraeos Deus appellatur, ut docent D. Hieronymus, et Isid. Or. 6, 19. P Si litterarum Hebraicarum rationem spectes, halleluia scribendum esset; vel halleluiah, sed usus plerumque in similibus aspirationem tollit. Est per se vox quinque syllabarum, sed Latini poetae quadrisyllabam faciunt, qui etiam ad Latinum morem omnia trahentes, ultimam syllabam corripunt, cum apud Hebraeos natura longa sit; nam scribitur per יהוה, quod est natura longum. Paulin. Nolan. epist. 32. ad Sever. c. 5. in fin. Alleluja novis balat ovile choris. P Secunda syllaba Hebraice est natura brevis, licet a Graecis per η scribitur, qui non in hoc solum, sed et in spiritu appingendo ab Hebraeis recesserunt. Quare reprehendendi non sunt, qui Hebraicam quantitatem secuti, eam corripuerunt, ut Sidon. ep. 2, 10. in carn. Responsantibus alleluja ripis, et Prudent. Cathemer. 4, 72. Amen reddidit, alleluja dixit.

*ALLENIMENTUM vel Adl., i, n. remedium leniendi aliquid. Ammian. 27, 3. allenimenta — tumultus opperens. Cf. Vales. p. 480.

ALLEVAMENTUM, ti, n. allevatio. Cic. Sull. 23. in fin. Sulla et secundas fortunas amittere coactus est, et in adversis sine ullo remedio atque allevamento permanere.

ALLEVATIO, onis, f. actus allevandi et extollendi, ἀνακούφισις. Quint. 11, 3, 8. Humero-rum raro decens allevatio, atque contractio est. P Translate est levamen, solatium. Cic. Fam. 9, 1. Etsi tot, tantisque rebus urgemur, ut nullam allevationem quisquam non stultissimus sperare debeat. (Gebhardus ait in quodam MS. vidisse se allevationem.) Id. Fin. 1, 12. Dolor in longinquitate levis, in gravitate brevis esse solet; ut ejus magnitudinem celeritas, diuturnitatem allevatio consoletur, h. e. levitas.

*ALLEVATITIVUS, a, um, adj., Vet. interpr. Iren. 1, 34. in superiora allevatitius abreptus, i. e. in altum sublatus.

ALLEVATOR, oris, m. qui allevat. Tert. adv. Marcion. 4, 36. Allevator humilium, destructor superbiorum.

ALLEVATUS et Adl., a, um, part. v. allevo, sublevatus, sublatus. Tac. Ann. 1, 22. Adlevatus circumstantium humeris. Flor. 4, 11. Naves turribus atque tabulatis allevatae, castellorum et urbium specie ferebantur. Sall. Jug. 99. Si quae vetustate radices eminebant, laqueis vinciebat, quibus allevati milites facilius ascenderent. [*Quint. 11, 3, 94. allevata manu, i. e. sublata. Hirt. B. Alex. 20. allevati scutis.] P Translate. Tac. Hist. 1, 52. Vitellius hiberna legionum cum cura adierat: redditi plerisque ordines, remissa ignominia, allevatae notae, h. e. exemptae, sublatae. Cic. Att. 7, 1. Bono animo esse coepisse, quod Acastus ea, quae vellem, de allevato corpore tuo nunciaret, h. e. a morbo recreato.

ALLEVIO, as, a. I. leve facere. Translate. Cic. Inv. 1, 42. Reprehensio est, per quam argumentando adversariorum confirmatio diluitur, aut infirmatur, aut alleviatur, h. e. elevatur, pondus ei, et probabilitas adimitur. Ita legitur in aliquot

MSS. et antiquis editis libris. In aliis allevatur. In editione Victorii etiam levatur. [*Cf. Lindem. ad h. l.] Justin. novell. Constit. 13. a med. Alleviare curas alicui. Vulg. Jes. 9, 1. alleviata terra Zabulon.

ALLEVO et Adl., as, avi, atum, a. I. ἐπάλλω, sublevo, in altum tollo, de imo, et ubi quid jacet, vel projectum est, sursum levo. Quint. 1, 11, 10. (11, 10, 79.) Supercilia allevare, et demittere. [*Id. 11, 3, 41. brachium. Ib. 142. pollicem. Or. Met. 6, 249. artus.] Tac. Ann. 12, 19. Allevare supplicem. Suet. Cal. 36. Faciem alicujus manu. Sen. ep. 80. velum. Curt. 8, 14. oculos. Id. 9, 5. se clypeo. Sen. ep. 72. ad fin. alique in coelum. [*Quint. 6, 3, 97. homini lapsio, et ut allevaretur, roganti. Cf. ALLEVATUS. Sensu neutrali: Flor. 4, 2, 10. eloquentia, spiritu, consulatu allevabatur, i. e. nitebatur iis et sic attol-lebatur.] P Translate est levare, lenire, mitigare. Cic. Brut. 3. Allevare sollicitudines alicujus. Vetus poeta apud Eund. Tusc. 3, 29. Aliorum aerumnam dictis allevare. Curt. 4, 15. Allevare animum a moerore. Quint. decl. 5. in it. Allevare afflictum. Inscr. ap. Grut. 453. sub Vespas. Magno tritici modo annonam P. R. adlevavit. P Absolute. Cic. Att. 12, 39. Allevor, cum loquor tecum absens. Pl. Pers. 2, 5, 3. Ubi se allevat, ibi me allevat, h. e. cum se levat aegritudine, me conso-latur. Or. Trist. 3, 8, 31. nec viribus allevor ullis, h. e. nulla ope medica recreor. P Allevari etiam dicuntur, qui efferuntur, et aliis antecedunt. Flor. 4, 2. C. Caesar eloquentia, et spiritu, et jam consulatu allevabatur. P Allevare pro elevare, infirmare, V. supra in ALLEVIO. P Pro laevigare V. ALLAEVO.

ALLEX, allcis, m. ἐξελεόμενος, qui allicit, al-lector. Pl. Poen. 5, 5, 31. Tu ne hic amator aude esse, allex viri! h. e. cinaede. [*Ita Noster. Melius recentiores h. l. explicant. Allex enim est i. q. pollex pedis, ut explicant Gloss. Isid., (v. ALLUS) quem Noster laudat; hinc allex viri per jocum i. q. homuncule; homo, qui est magnitudine pollicis.] Alii leg. alex, vel hallex, et exponunt faex virorum, [*male.] V. ALEC.

ALLIA et Alia, ae, f. Caminate, aut Rio de Mosso, Ἀλλια, et Ἀλλια, fluvius Sabinorum, per Crustuminos in Tiberim apud Eretum oppidum influens, undecimo ab Urbe lapide. Valde memorabilis Romanis fuit, quia ibi Galli, Brenno duce, eorum exercitu ad internectionem caeso, postea ad Urbem accedentes, ipsam quoque post triduum ferro et igni vastarunt. Id quia accidit XV. K. Aug. anno ab Urbe C. 365., eum diem in fastis inter atros referri, et nefastum esse voluerunt. V. Liv. 5. a cap. 37. Hinc Virg. A. 7, 717. Quosque secans infaustum interfluit Allia nomen. Luc. 7, 408. cedant feralia nomina Cannae, Et damnata diu Romanis Allia fastis. P Rectius duplici quam simplici l scribitur, ut ostendunt antiqua monumenta non una, et praeter cetera Cenotaphium Pisanum C. Caesaris, in quo pro Alliensi scriptum est. Servio igitur ad loc. Virg. cit. cave credas, qui ut contrarium probet, perperam assertit male intellectum Lucani locum 7, 633. Quas aliae clades, etc., quod jam monuit Noris. ad Cenotaph. Pisan. Dissert. 4. c. 6. [*Cf. Appulej. de orthogr. fr. 6. ubi v. Osann. annot. p. 28.]

ALLIANUS, a, um, adj. Alliana lina olim magno in pretio fuisse: ita dicta ab Alliana regione Italiae inter Padum, et Ticinum amnes, ubi proveniebant. Plin. 19, 1, 2.

ALLIATUS, a, um, adj. Pl. Most. 1, 1, 45. Tu tibi istos habeas turtures, pisces, aves: sine, me alliatum fungi fortunas meas, h. e. olentem allium, quod in mea paupertate saepe comedo. Alii legunt, et fortasse rectius alliatio, ut sit alliatum, ti, quo significatur quodcumque edulium allio conditum, [*hoc melius.] Nam condire allio cibos pauperum est, praesertim apud Latinos, quibus allium cibum erat militum, remigum, et hujusmodi popelli.

ALLICEFACIO, acis, a. 3. id. q. allicio. Sen. ep. 118. Quod invitat ad se, et allicefacit, verisimile est. Gronov. ita ex conjectura legendum cense-t, cum vulgo et MSS. et edd. habeant allidere facit. At Muret. et Lipsius divinationem Pintiani secuti allicit facie reduxerunt. Idem Gronov. etiam apud Cic. Off. 1, 17, 56. ita legi vult.

ALLICEFACTUS, a, um, part. ab allicefacio, invitatus, allectus. Suet. Vit. 14. Nobiles viros, omnibus blanditiis tantum non ad societatem imperii allicefactos, vario genere fraudis occidit.

ALLICIO et Adl., is, exi, ectum, a. 3. ἐλεγκώ, ἐπάγωμαι, traho, attraho, induco, illicio, invito: ex ad, et lacio. Cic. Fam. 2, 15. Adolescentem non tam allicere volui, quam alienare nolui. [*Ac saepe de locis dicitur, quae deliciis suis nos trahunt et invitant. V. Cuper. Obs. II. c. 14.] Id. Div. 1, 39. Magnes ferrum ad se allicet et trahit. Pl. Poen. 3, 3, 58. Rex sum, si illum hodie hominem ad me allexero. [*Suet. Caes. 28. nec minore studio reges atque provincias alliciebat, i. e. sibi conciliabat.] Cic. Or. 1, 8. Hominum mentes di-

saep̄ turpissimus fuit. [*Cf. *Brem.* ad *Suet. Claud.* 20.] Aliquando tamen res contra se habet. *Cic. Quint.* 1. Quae res in civitate duae plurimum possunt, eae contra nos ambae faciunt, summa gratia et eloquentia: quarum alteram (*eloquentiam*) vereor, alteram (*gratiam*) metuo. Adde *Off.* 3, 18. et 1, 12. et alibi. [*Cf. *Burm.* ad *Quint.* 9, 2; 6. coll. *Spald.* *ib.*] P In enumerationibus alter ponitur pro secundo, seu pro eo qui secundo loco est. *Hor. Od.* 4, 5, 31. Alteris te mensis adhibet Deum. *Cic. Sen.* 9. Ne nunc quidem vires desidero adolescentis (is enim erat locus alter de vitiis senectutis) non plus quam etc. Et *ib.* Quadriennio post alterum consulatum. *Id. Verr.* 2, 1, 7. Ut primo die populus Romanus iudicaret; alter dies amicis istius spem defensionis afferret; tertius dies sic hominem prosterneret, ut etc., deinde reliquis diebus etc. *Id. Phil.* 1, 13. Proximo, altero, tertio, reliquis consecutus diebus non intermittebas etc. Et *Verr.* 2, 2, 76. Alterum, tertium, quartum, permulta erant eiusmodi nomina. [*Cf. *Tursell.* p. 93. *ed. Schwarz.*] P Et post adjectiva numeralia, ubi itidem est i. q. secundus. *Id. Fam.* 12, 25. Accepi tuas litteras, quas mihi Cornificius altero vicesimo die reddidit, h. e. vicesimo secundo. *Virg. Ecl.* 8, 39. Alter ab undecimo tum me jam ceperat annus, h. e. decimus tertius. *Liv.* 3, 33. Anno trecentesimo altero, quam condita Roma erat, h. e. trecentesimo secundo. *Manil.* 4, 466. Vicesima et altera laedit, h. e. vicesima secunda. Ita quidem his locis exponunt *Manil.* ad *Cic. l. l.*, *Serv.* et *Jos. Scal.* ad *Manil.* tum *l. l.*, tum 1, 549., eosque secuti alii permulti: et quod ad *Livium* attinet, favet *Dionys. Halic.* 1, 10. Alii non minoris eruditionis viri miras his lites excitarunt, contententes acriter, in huiusmodi locis alter non pro secundo poni, sed pro alio, ut alter ab undecimo sit duodecimus, vicesimus alter sit vicesimus primus: [*minime!] aut si malis adhuc alterum pro secundo poni, ita intelligendum esse, ut undecimus et vicesimus unum aliquid cum superioribus componat; alter vero huic adjectus sit post illum primus, adeoque de numeris veluti duobus dicatur, ut notat *Ruaeus* ad *Virg. l. c. ex Sigon. l. l. emendat. c. 16.*, ubi contra *Robortellum* hac de re disputat ad locum *Livii* citatum. Sane cum dicitur alterum poni pro secundo, non videtur ita accipi posse, quasi duo significet, sed unum post primum. [**Omnino!*] Ita *Auct. dial. de Or.* 34. *extr.* Uno et vicesimo aetatis anno Caesar Dolabellam, altero et vicesimo Asinius Pollio C. Catonem iis orationibus inseculi sunt, quas etc. *Casaub.* et alii ex historia legendum putant tertio et vicesimo aetatis anno Caesar Dolabellam etc. *Inscr. ap. Grut.* 926, 8. Memoriae Sex. Vigelli Aquinat., qui ann. attigit centens. set alterum et nonagens. perpet. inoffensa valetud. exegit, reliquos septem et d. XIII. decubuit, et occubuit. *Donatus* etiam in illo *Ter. Andr.* 1, 1, 49. Sed postquam amans accessit pretium pollicens, Unus et item alter, alter ait duos significare, nam tres erant amatores, ut *ib.* 60. dicitur. Sed non videtur apta haec explicatio. Non enim *Terentius* vult illis verbis tres omnes amatores complecti, sed ostendere, eos accessisse primo quidem unum, deinde alterum usque ad tres. [**V. Ruhnken.* ad h. l. Namque unus et alter saepe quidem definito numero est i. q. duo, ut *Gr. ἐξ ἑνὸς καὶ ἑξ ἑκῶν* e. g. *Cic. Cluent.* 26. unus et alter dies intercesserat, quum etc. [*Suet. Tib.* 63. unum et alterum Consulares — usque eo detinuit, ubi v. *B. Crus.*; ac de rebus: *Or. Her.* 15, 182. et sub ea versus unus et alter erunt; praecipue vero de rebus, quae diversis temporibus acciderunt: *Suet. Cal.* 56. una alteraque conspiratione detecta. *Vesp.* 4. uno atque altero proelio; plura v. in *cl. Suet.* p. 133. et *Schwarz.* ad *Plin.* 45, 1. coll. 52, 2. et, quem laudat *Noster*, *Castalion. Obs.* dec. 3. c. 1. Sed multo saepius unus et alter indefinito dicitur pro plures, v. *Ruhnken. l. l.* qui provocat ad *Burm.* ad *Petron.* 108. et *Or. Amor.* 2, 5, 22.] P Altero quoque die est secundo quoque die. *Cels.* 4, 12. ad fin. Altero quoque die vinum, vel aquam bibere. Adde 3, 13. Sic *Colum.* 5, 8. Olea non continuis annis, sed fere altero quoque fructum affert, i. e. alternis. Altera die quam est secunda die post. *Liv.* 31, 14. Altera die, quam a Brundisio solvit, in Macedoniam trajecit. [*Suet. Vit.* 3. altero die quam correptus est.] P Alter idem, alter ego dicuntur de eo, qui valde nobis conjunctus est vinculo amicitiae. *Cic. Amic.* 21. Amicus est tanquam alter idem. *Id. Fam.* 7, 5. Vide quam mihi persuaserim, te me esse alterum. Et *Auson. praefat.* 2, 15. Communemque habitas alter ego Ausonium. Quare etiam de iis, qui in re aliqua sunt valde similes. *Cic. Verr.* 2, 5, 33. in f. Cleomenes qui alterum se Verrem cum luxuria atque nequitia, tum imperio putabat. *Id. Fam.* 5, 8. Me, sicut alterum parentem, et observat et diligit. Sic altera patria, altera Roma, ap. *Flor.* 2, 6. et 3, 5. Huc et illa spectant *Virg. Ecl.* 5, 49. Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo, h. e. illi similis, sed post illum. *Nep. Pelop.* 4. Haec fuit altera persona

Thebis, sed tamen secunda, ita ut proxima esset Epaminondae, h. e. fuit par virtute Epaminondae, sed tamen secundum ab eo locum tenuit. [*Cf. *Brem.*] *Eumen. Pan.* ad *Const. Aug.* 14. Fronto Romanae eloquentiae non secundum, sed alterum decus. Ad dissimilitudinem refer ap. *Hor. Od.* 4, 10, 6. Quoties te in speculo videris alterum. P Alterum tantum est aliud tantundem, *σοοδύον ἕτερον. Liv.* 10, 46. Militibus ex praeda centenos binos asses, et alterum tantum centurionibus atque equitibus divisit. *Id.* 1, 37. Neque tum Tarquinius de equitum centuriis quicquam mutavit, numero tantum alterum adjecit. Alii leg. *Alterum tantum*: alii *Alterum tamen. Cic. Or.* 56. Pars pedis altero tanto, aut sesqui major. *Nep. Eum.* 8. Via altero tanto longior. *Jul. Dig.* 28, 2, 13. Filius altero tanto amplius habebit, quam uxor. *Auct. B. Hisp.* 30. Erat acies tredecim aquilis constituta, cum levi armatura millibus sex; praeterea auxiliares accedebant prope alterum tantum. *Callistr. Dig.* 49, 14, 3. in fin. Totum cum altero tanto solve. P Interdum etiam pro alteruter. *Cic. Acad.* 4, 43. Non potest igitur uterque esse sapiens, quoniam tantopere dissentiant, sed alter. *Id. Att.* 11, 18. Quorum fortasse utrumque erit: alterum certe. *Liv.* 40, 20. Hos tanquam medicos, nec in alterius favorem inclinatios miserat rex. [**Or. A. Am.* 3, 520. ut mea de vobis altera amica foret. *Quint.* 7, 1. Plura collegit *Fraser.* ad *Quint.* 10, 1, 26. — *Cic. Rep.* 3, 3, 6. in altera (cod. Vat. *aliter*) sit utra — prudentiae diligenda. Male h. l. intpp. *alterutra* scripserunt. V. *Moser.* p. 343. *Beier.*] P Item pro alius. *Phaedr.* 1, 19. Canis parturiens cum rogasset alteram, Ut fetum in ejus tugurio deponeret. *Cic. Off.* 1, 2. Nulla vitae pars, neque si tecum agas quid, neque si cum altero contrahas, vacare officio potest. *Pl. Bacch.* 2, 3, 22. Scelestiorem nullum illuxere alterum. *Id. Asin.* 3, 4, 85. Neque me Athenis est alter hodie quisquam, cui etc. *Hor. Ep.* 2, 3, 174. Permutet dominos, et cedat in altera jura. *Sen. ep.* 66. Alter adolescens decessit, alter senex, aliquis praeter hos infans: alius inter coenandum solutus est, alterius continuata mors somno est etc. *Id. Quaest. nat.* 4, 7. Rationem huius rei quidam quaerunt. Alteri negant posse fieri, ut etc., alteri suspicari ipsos ajunt etc. [**Suet. Caes.* 61. *Tib.* 58. *Ner.* 45. *Liv.* 10, 2. altero itinere. Sed voluit h. l. corrigi. V. *Drak.* Sed, ut optime ait *B. Crus.*, in omnibus eiusmodi locis proprie de duobus tantum sermo est, quorum priori comparatur vel opponitur alter. Ita etiam *Tac. H.* 2, 96. tanquam apud alterius civitatis Senatum populumque. Cf. *Græc.* ad *Cic. Quint.* 5. *Broukh.* ad *Tib.* 4, 1, 18. quos laudat *Hdf.* ad *Hor. Sat.* 1, 1, 40.] Sic contra alius saepe ponitur pro alter, v. nos supra sub ALIUS. P Alterae pro alteri fem. gen. in dativo sing. *Ter. Heaut.* 2, 3, 30. Hoc ipsa in itinere alterae Dum narrat. *Plaut. Rud.* 3, 4, 45. Huic alterae patria quae sit, nescio. Adde *Nep. Eum.* 1, ubi tamen alii aliter leg. P Genitivus alterius paucitatem habet brevem. Reperitur tamen aliquando producta. *Terentian.* p. 2432. Adesto lambe praepes, et tui tenax Vigoris: adde concitum celer pedem, Nec alterius indigens opis veni. Aliud exemplum ex eodem affert *Prisc.* 6. p. 695. P [**Confunduntur alter et ater*; v. ad *Virg. A.* 3, 33.]

ALTER, Æris. V. HALTER.

ALTERAS ponebant pro eo, quod est adverbium alias. *Paul. ex Festo.*

ALTERATIO, onis, f. Vox barbara est et philosophis relinquenda. Nam quod affertur ex *Quint.* 10, 1, 19. his verbis: Lectio non cruda, sed multa alteratione mollita: legendum profecto est, iteratione. Cf. *Burm.*

ALTERCABILIS, le, adj. altercatione plenus. *Arnob.* 5. p. 156. Altercabilem sermonem conserere.

*ALTERCANGENON. V. ALTERCUM.

ALTERCATIO, onis, f. *δυσδιάστα*, [**Gloss. Philox. ἀνορθῶτος λόγος*] contentio, disceptatio cum jurgio, qualis est, cum duo invicem disputant oratione intercesa, et intermixtis jurgiis. Hinc altercatio perpetuae orationi opponitur apud *Liv.* 4, 6. Res a perpetuis orationibus in altercationem vertisset. [**Tac. H.* 4, 7. per altercationem ad continuas et infestas orationes provecti sunt.] *Cic. Att.* 1, 16. a med. Redeo ad altercationem: surgit pulchellus puer: objicit mihi etc. *Id. Fam.* 1, 2. Iddibus Jan. in senatu nihil est confectum, propterea quod dies magna ex parte consumptus est altercatione Lentuli et Caninii. *Id. Att.* 4, 13. Facere altercationes. *Id. N. D.* 1, 6. in f. Oriri altercationem cum aliquo de aliqua re. h. l. est philosophica disputatio. *Liv.* 35, 17. E disceptatione altercationem facere. [**Suet. Tib.* 2. in altercatione et jurgio.] *Pl. Aul.* 3, 5, 11. In maximam illuc populi partem est optimum: in pauciores avidos altercatio est, h. e. disputabile et controversum est. P Speciatim dicitur de parte actionis forensis, in qua actor et defensor non perpetua ratione utun-

tur, sed interrogationibus utrinque, et responsionibus adhibitis etiam aliquando conviciis se petunt: de quo agendi genere *Quint.* 6, 4. praecepta tradit. *Cic. Brut.* 44. Illa ipsa censoria contra Domitium collegam non est oratio, sed quasi capita rerum, et orationis commentarium paulo plenius: nulla est enim altercatio clamoribus unquam habita majoribus. *Quint.* 2, 4, 28. Propositis ex parte diversa respondere, altercationibus velociter occurrere.

ALTERCATOR, oris, m. qui altercatur, *ἐπιφων*: proprie est alternis loqui etiam sine jurgio. *Quint.* 6, 4. Bonus altercator vitio iracundiae careat. *Id. ib.* Turbidus et clamorosus altercator. V. ALTERCATIO. *Front.* ad *Verum Imp.* 1. Scilicet hoc te a centurionibus, vel primipilaribus elegantissimis altercatoribus didicisse!

ALTERCOR, aris, atus sum, dep. 1. et Alterco, as, avi, atum, n. l. *δυσδιάστα*, disputare acriter, jurgium cum aliquo habere, pertinaciter aliquid contra alium defendere. *Caes. B. C.* 3, 19. Labienus altercari cum Vatinio incipit. *Ter. Andr.* 4, 1, 29. Cum patre altercasti dudum. *Liv.* 3, 68. Mulierum ritu inter nos altercantes. *P. Syr. ap. Gell.* 17, 14. Nimium altercando veritas amittitur. *Pacuv. ap. Non.* 7, 12. Cur illa hic mecum altercata est? P Significat etiam alternatim loqui, et jungitur accusativo. *Appul. Met.* 2. p. 115, 40. Dum hunc et huiusmodi sermonem altercamur. P Speciatim est agere in foro non perpetua oratione, sed interrogationibus et responsionibus cum adversario contendere. *Cic. Brut.* 43. Crassus in altercando invenit parem neminem. [**Laudat Ern. cl. Cic. Budacum ad Pandect.* p. m. 48.] V. ALTERCATIO. P Translate. *Hor. Sat.* 2, 7, 52. Altercante libidinibus tremis ossa pavore. [**Monet Hdf.* esse h. l. simpliciter i. q. adversari, pugna-re. Exempla plura non exstant.] P Passive impersonaliter. *Just. Inst.* 4, 13. §. 10. Ne dum de his altercatur, ipsius negotii disceptatio proleatur, h. e. disputatur, contenditur.

ALTERCULUM et

ALTERCUM, i, n. genus herbae, quae et hyoseyanus appellatur. Ab *Appul. Herb.* 4. vocatur alterculum. *Scrib. Comp.* 181. scribit, dictam esse altercum ex eo, quod qui eam hiberint, caput gra-ve venisque distentum habent, et mente abalienantur cum quadam verborum altercatione. Adde *Plin.* 25, 4, 17., [**qui altercum etiam altercangenon appellat; quamquam Hard. h. v. omisit.*]

ALTERNAMENTUM, ti, n. id. q. alternatio. *Claud. Mamertin. de statu anim.* 3, 8. Sine alternamento reciproci aeris.

ALTERNATIM, adv. *ἀνορθῶτος*, alternis, per vices. *Claudius Quadrigar.* apud *Non.* 2, 64. Item gaudium, atque aegritudinem alternatim sequi. *Amnian.* 29, 2. in fin. Admovere marmoris manus utriusque digitos alternatim, et pectori. [**Cf. Nolten.* p. 413.]

ALTERNATIO, onis, f. per vices successio, ut Festus exponit. *Macr. Sat.* 7, 5. Communes locos in utramvis partem inventorum alternatione tractare, h. e. alternis aliquid inveniend. *Appul. Trismeg.* [**s. in Aesclep.* p. 92, 18.] Alternatio partium. *Id. Met.* 10. p. 243, 12. Pedes incertis alternationibus commovere, h. e. modo una, modo alia ratione. P Apud Jctos alternatio sumitur interdum pro disjunctione, seu pro enunciatione disjunctiva, ut verbi gratia cum ita loquimur, ut nihil certi definiamus. *Ulp. Dig.* 47, 10, 7. Certum eum dicere, Labeo ait, qui dicat nomen injuriae, neque sub alternatione, puta illud, ut illud, sed illam injuriam se passum. *Id. Dig.* 13, 4, 2. Mixta rerum alternatio locorum alternationi ex necessitate facit actoris electionem, h. e. locorum, vel rerum disjunctiva assignatio, ita ut neque certa res, neque certus locus aliquis assignetur: ut v. g. si quis dare aliquid promisit Ephesi, aut Capuae, vel qui promisit Stichum, aut Pamphilum. *Id. Dig.* 11, 3, 9. Qui cum extraneo agit, sive receperit, sive corruerit, agere potest: qui cum socio, sine alternatione, id est si corruerit.

ALTERNATUS, a, um, part. alterno ordine dispositus. *Plin.* 29, 4, 20. Nervis cervi alternatis, et dorcadis, h. e. ita illigatis, ut post cervinum nervum sequatur nervus dorcadis, post hunc rursus cervinus, et sic deinceps. *Sil.* 11, 60. Atque alternatos sociato consule fasces. *Id.* 9, 354. inter varias Fortuna utrinque virorum Alternata vices. *Id.* 1, 554. dubio vestigia nisu Alternata trahens [**de claudio loquitur. V. Drak.*] Et *Senec. ep.* 44. Ex splendidis sordidisque alternata series. Adde *Colum.* 2, 2. P Apud Jctos. *Ulp. Dig.* 28, 7, 8. Si sub jurisjurandi conditione sit institutus, aut si decem dederit, hoc est alternata conditione, ut aut pareat conditioni, aut juret. V. ALTERNATIO.

ALTERNE, adv. alternatim, alternis. *Plin.* 11, 37, 51. Supercilia homini et pariter, et alterne mobilia, h. e. ut vel ambo pariter moveantur, vel modo unum, modo alterum. *Senec. Quaest. nat.* 7, 12. a med. Alterne arcus solis visitur.

ALTERNIS. V. ALTERNUS.

[ALTERNITAS, atis, f. id. q. alternatio. *Priscian.* 2. p. 595. Quaedam (nomina) r ante nus ha-

Itali dicunt distretto [*gewandt], hac enim significacione usurpatur hodieque in Flandria. Caes. B. G. 6, 14. Equitum (Galliae), ut quisque genere copiusque amplissimus, ita plurimos circa se ambactos clientisque habet, nempe Caes. verbum andbakt, Romanis barbarum, interpretatus est Latino clientis vocabulo. [Haec ex Oberlin. Comm. in Caes. V. SOLDURII addidit. F.]

AMBADEDO, is, a. 3. ab amb, ad, et edo compositum, significat proprie circum edere, et generatim absumere, vorare. Pl. Merc. 2, 1, 15. Dicit, capram suae uxoris dotem ambadedisse. Et mox: Ut una illa capra uxoris simiae dotem ambaderit. Acidalius putat joculariter fictum esse a vocibus ambo, et edo, et ludere Plautum in eo, quod dicat, capram unam potuisse integram dotem arrodere.

AMBAGE, f. ablativ. sing., et in plur. num. Ambages, gum, gibus, proprie significat viarum circuitum, circuitionem, anfractum, viam obliquam a recta decedentem, atque ideo longiorem, περιόδος, ab amb [*i. e. ἀμφί, s. dorica dialecto ἀμπί, unde molliori pronuntiatione amb, quod semel monuisse sufficiat, v. Koen. ad Gregor. Cor. p. 344. ed. Schaefer.] circum, et ago, is; vel ab ambio, ut est apud Varr. L. L. 6, 3. Est autem nomen in iis tantum casibus usitatum, quos ponimus. Quamvis enim Charis. 1. p. 25. ponat rectum singularem ambages, et genitivum ambagis, horum tamen usum nondum vidimus. Ov. Met. 8, 160. de labyrintho Daedali: turbatque notas, et lumina flexum Ducit in errorem variarum ambage viarum. Virg. A. 6, 29. de eod. Daedalus ipse dolos tecti, ambagesque resolvit. Plin. 36, 13, 19. n. 2. Itinerum ambages. Claud. IV. Cons. Honor. 226. longis illuc ambagibus itur. Id. Cons. Prob. et Olybr. 34. remotas Tethyos ambages, h. e. maris varios circuitus flexusque. Appul. Met. 7. p. 194, 35. Hordeum frictum, et sub eadem mola meis quassatum ambagibus. [*Cf. ib. 9. p. 221, 35.] Plin. 2, 9, 6. Luna multiformi ambage torsit ingenia contemplantium. P. Saepius translate sumitur pro longo et obscuro verborum circuitu, implexa, captiosave sermonis perplexitate, qua verum involvitur et obscuratur, gr. ἀνύμωσα. Virg. G. 2, 45. non hic te carmine ficto, Atque per ambages, et longa exorsa tenebo. Liv. 9, 11. fin. Vix pueris dignas ambages fallendae fidei exquirere. Pl. Cist. 4, 2, 81. Sed quae, ambages, mulier, mitte, atque hoc age. [*Pompej. comm. Art. Dom. p. 73. ed. Lind. noli te in diversas ambages mittere.] Ter. Heaut. 2, 3, 77. Quas, malum, ambages mihi narrare occipit? Hor. Ep. 1, 7, 82. ne te longis ambagibus ultra, Quam satis est, morer. Id. Sat. 2, 5, 9. Quando pauperum missis ambagibus horres, [*i. e. sine longa verborum circuitu, simpliciter, aperte. Cf. Hdf. Sic etiam in aliis locis, quos laudat Noster, non nisi de ista verborum circuitu intelligendum est, neque necesse est, ubique de obscuritate cogites. Ov. Met. 3, 692. praebuimus longis ambagibus aures; cf. intpp.] Sic Id. ib. 10, 19. Si licet, et, falsi positus ambagibus oris, Vera loqui sinitis. Id. ib. 7, 760. de Sphinge, et praecipitata jacebat Immemor ambagum vates obscura suarum, h. e. captiosarum interrogationum, et aenigmatum, quibus praetereuntes fatigaverat. Senec. Oedip. 216. Ambage nexa Delphico mos est Deo Arcana tegere. [Lucan. 1, 637. multa tegens ambage canebat. Bentl. mavult flexa pro multa, quod exemplis adstruit.] Tac. A. 12, 63. Redditum oraculum: quaerent sedem caecorum terris adversam. Ea ambage Chaldaei monstrabantur. Et A. 2, 54. Ferebatur Germanico per ambages, ut mos oraculis, maturum exitum cecinesse. Et ib. 11, 34. Aperire ambages, et veri copiam facere. Plin. 7, 55, 56. Post sepulturam varia manium ambages, h. e. variae implexaeque de defunctorum statu conjecturae et sententiae, ut ipse statim exponit. P. Dicitur etiam de factis, quibus obscurum aliquid innuitur. Plin. 19, 8, 53. Tarquinius Superbus legatis a filio missis decutiendo papavera, sanguinarium illud responsum ac facti ambage reddidit. Liv. 1, 56. de L. Jun. Bruto. Aureum baculum inclusum corneo ad id baculo tulisse donum Apollini dicitur, per ambages effigiem ingenii sui. Plin. 10, 49, 70. Etiam sine his immensa vitae ambage circa auguria, h. e. perplexitate.

AMBAGIO, onis, f. videtur id. esse, q. ambages, qua circuitionem significat. Varr. L. L. 3. Ambagio dicta ut ambustum, quod circum ustum est.

AMBAGIOSUS, a, um, adj. ambagibus abundans, περιτλοκος. Gell. 14, 1. ad fin. Ambagiosa conjectatione nitentes.

AMBAGO, inis, f. id. q. ambages. Manil. 4, 303. Sic altis natura manet concepta tenebris, Et verum in coelo est multa cum ambagine rerum, h. e. obscuritate, incertitudine. Serv. ad A. 2, 297. docet, veteres dixisse tantummodo ambages, non ambago. V. COMPAGO.

*AMBARRI, orum, Galliae populus, Caes. B. G. 1, 11. habitans inter Aeduos et Allobroges, h. la Bresse (Dep. de l'Ain.) Tom. I.

AMBARVALIS hostia, ab ambiendis arvis dicta, victimae genus erat quotannis pro frugibus sacrificari solitum. Hujusmodi enim hostiis, antequam caederentur, arva solebant lustrari. Servius ad illud Virg. Ecl. 3, 77. Cum faciam vitula pro frugibus. Et ad illud Ecl. 5, 75. et cum lustrabimus agros. Et ad illud G. 1, 345. Terque novas circum felix eat hostia fruges: notat, iis locis hoc ambarvale sacrum designari (quod saepe de porca fecunda et gravida fieri consueverat, et ambarvalia dicitur ab eruditibus) quia am hoc est circum arva victima caedenda ter ducebatur. Festus: Ambarvalis hostia est, quae rei divinae causa circum arva ducitur ab iis, qui pro frugibus faciunt. Idem repetit Macr. Sat. 3, 5. Adde Vopisc. Aurel. 20. Hoc sacrificium (quod describitur a Tibull. 2, 1. [*et Vulp. ad h. l. p. 142.]) peragebatur a sacerdotibus, qui Fratres arvales dicebantur: quorum collegium ex duodecim constabat. Deceptum enim fuisse pravo codice Festum, cum duobus fratribus scripsit, notat Scalig. ad vocem Ambarvales. [*Duo h. l. confundit Noster, ut monstrat Voss. ad Virg. G. 1. l. Nam altera Ambarvalia instituebantur ab incolis singulorum vicorum Cereri et Baccho, id eoque privata appellari possunt. Altera sunt publica, a Romulo instituta, quum fratres Arvales veterem agrum Romanum intra quintum et sextum lapidem solenni lustratione ambiarent. Multis de hoc disserit Voss. l. l.] Ceterum Marin. Frat. Arv. p. xxix. subdubitat, num reapse Fratres Arvales ambarvale sacrificium peragere solerent. V. ARVALIS. F. [*Cf. quae paulo ante addidimus.]

AMBATUS, i, m. ἀμβάτωρ, pro ἀμπίτωρ, scansilis, qui ascendi potest. Cognomen Romanum. Inscr. ap. Grut. 702, 7. L. Postumius Ambatus. F.]

AMBAXIOQUI, circumeuntes catervatim. Festus. Legit Scaliger: ambaxi, qui circumeunt, et catervatim. AMBE, vox est in compositione solummodo locum habens, et significat circum, ducta a Graeco ἀμφί. [*Cf. Ambages.] Hinc fit ambages, ut Varr. L. L. 6, 3. docet, et ambio, ambitus, ut docet Voss. l. 2. de Grammat. c. 18. [*Est, ut diximus, graeca praep. ἀμφί pro ἀμφί, quae integra servatur in ambivium; in aliis apocopen passa est, amb v. amp ante vocalem; am ante consonam, v. e. amp — ulla (pro olla); am — truo; am — segetes. Beier. V. Rudd. 1. p. 318.]

AMBEDO, dis, di, sum, a. 3. περιβάω, circum edo: ex amb, hoc est, circum, et edo. Tac. Ann. 15, 5. Vis locustarum ambederat quidquid herbidum, aut frondosum, etc. Ita legendum cum opt. codd. et ex opt. Criticor. sententia: non abederat, tanquam sit ex abedo. Alfen. Dig. 41, 1, 38. Flumen paulatim primum omnem agrum ambedit: deinde et viam sustulit. P. Pro ambedit usurpari potest etiam ambest, ut docet Festus; qui addit ita tertiae personae verbum esse, ut nullam aliam habeat declinationem: quibus verbis significare videtur, non, sicut ambest, dici posse etiam ambes pro ambedis, ambestis pro ambeditis, etc.

AMBEGNA vel Ambiegna hostia apud veteres dicebatur ea, quae ab utroque latere agnis comitata ad sacrificium ducebatur: quasi ambiagna, vel ab amb, circum, et agnus. Festus habet ambegna, docetque ita speciatim appellatos fuisse bovem, et vervecem, quando eo comitatu mactabantur. Baebius Macer apud Fulgent. de prisco Sermon. n. 6. scribit ita dictas fuisse oves, quae geminos peperissent, et Junoni sacrificarentur. Varr. L. L. 6, 3. habet ambiegna, additque vocem fuisse propriam augurum. P. In loco Fulgentii quidam legunt ambigna.

AMBENS, pro ambedens, part. casibus carens, ab ambesse pro ambedere, hoc est consumere. Lucr. 5, 397. Ignis enim superavit, et ambens cuncta perussit. P. Sunt qui putant dictum esse pro ambiens, hoc est circumiens.

AMBESTRIX, icis, f. quae ambedit. Ammian. 29, 3. Cum duas haberet ursas saevas hominum ambestrices.

AMBESUS, a, um, part. v. ambedo, περιβάω, circumquaque esus, exesus. Virg. A. 3, 257. ambesas malis absumere mensas. Id. ib. 5, 752. Rora ambesa flammis. Pierius hoc loco ait, in antiquis aliquot codicibus scriptum esse ambesa ea ratione, qua et fessus, et aussus, et odiosus olim scribebatur: quae omnia sustulit usus. Senec. Hipp. 1266. Membro multo vulnere ambesum, h. e. laceratum, attritum, avulsum. Al. leg. abruptum.

[AMBIÁLUS, i, m. qui ambit, honores quaerens. Cognomen Romanum. Inscr. ap. Gud. 320, 9. C. Rufius C. L. Ambialus. F.]

AMBIANI, orum, olim Ambianum, m. populi Galliae Belgicae ad Somonam fluvium, quorum urbs [*teste Ptol. dicta est Samarobriva a veteribus; a recentioribus, Anton. Itin. et Ammian. 15, 27. etiam Ambiani, unde] nunc Amiens. Plin. 4, 17, 31., Caes. B. G. 2, 4. P. [Ambianus, a, um, adj. Ambiani accola. Grut. 726, 1. Claudiae Lepidillae ex provincia Belgica Ambianae fecerunt liberi ejus Lepidus et Trebellius matri optima. F.]

*AMBIÁTINUS, vicus in Treveris, Suet. Cal. 8. Alii legunt: Ambitarinus.

*AMBIBARI, orum, Ἀμβιβάριοι, Galliae populus, Caes. B. G. 7, 75. Ex sententia Reichard. Ambieres (Normandie).

[AMBIBULUS et Ambibolus, i, m. ex am circum, et bibulus, circum bibulus. Cognomen Romanum. Inscr. ap. Murat. 323, 2. Anno Vero III. et Eggio Ambibulo coss., h. e. ann. a Chr. n. 126. Item alia apud Don. cl. 8. n. 4. L. Varius Ambibolus. F.]

AMBIDENS ovis appellatur, quae superiores, et inferiores habet dentes. Festus.

AMBIEGNA. V. AMBEGNA.

AMBIENTER, adv. cum ambitione, cupide. Sidon. ep. 7, 9. Ambienter expetere.

AMBIFARIAM, adv. Appul. Apolog. p. 276, 3. Ambifariam dissolvere dictionem. Et Flor. 4. n. 18. p. 360, 25. Anceps argumentum ambifariam proposuit. De vocis etymo V. BIFARIAM.

AMBIFARIE, adv. id. q. ambifariam. Mamert. de Statu anim. 1, 3. Ambifarie subditus passioni.

AMBIFARIUS, a, um, adj. Arnob. 5. p. 181. Ambifariae fabulae. Et p. 182. Ambifaria obtentione velatus. Arnob. his locis non tam duplicem, quam ambiguum significare voluit.

AMBIFORMITER, adv. Arnob. 5. p. 183. Ambiformiter dictum, h. e. ambigue, dubia, et ancipiti significacione.

AMBIGA, ae, f. vox Graeca, ἀμφί, ιος, quae significatur vasculum pyramidis figura in acutum tendens, e testa vel vitro, ut docet Coel. Aurel. Tard. 4, 7. Meminit etiam Apic. 6, 7.

AMBIGENUS, a, um, adj. qui est duorum generum. Eugen. Toletan. carn. 22. Haec sunt ambigena, quae nupti dispere constant. Burdonem sonipes generat commixtus asellae.

AMBIGO, is, n. 3. ἀμφιβάω, ex amb, circum, et ago, is, [*pr. animum in diversas partes ago, i. e.] dubito, et inter duas, aut plures sententias utram eligam, anceps sum. In praeteritis non est in usu. Justin. 29, 4. Tot malis obsessus, cui rei primum occurreret, ambebat. Curt. 3, 3. Alexandrum regnum Asiae occupaturum, haud ambigere. Tac. Ann. 12, 65. Ne quis ambigat, decus, pudorem, corpus, cuncta regno potiora habere. Id. ib. 1, 10. Imperitos animos quaenam post Augustum militiae conditio, ambigentes. Gell. 14, 2. In hac causa, de qua tu ambigis. Cic. Or. 3, 29. Omnis res habet naturam ambigendi, h. e. ut de ea dubitari, et quaeri possit in utramque partem. Hinc passive impersonaliter, [*i. q. incertum est, non constat, in utramque partem judicatur.] Cic. Or. 2, 26. In eo genere, in quo quale quid sit, ambigitur. Hor. Ep. 2, 1, 55. Ambigitur quoties, uter utro sit prior. Tac. Ann. 6, 28. Aspici aliquando in Aegypto eam volucrum, non ambigitur. Plin. 33, 1, 4. Quamquam et de nomine ipso ambigi video. P. Pro disputare cum aliquo, controvertere, quaerere. Cic. Fin. 2, 2. Ut inter eos, qui ambigunt, conveniat, quid sit id, de quo agatur. Id. Or. 36. Ambigere de vero. [*Lic. 1, 3. haud nihil ambigam, (quis enim rem tam veterem pro certo affirmet!)] Ideoque etiam pro litigare, judicio, aut armis de aliqua re certare. Cic. Invent. 2, 42. Ambigunt agnati cum eo, qui est heres, si filius, etc. Id. Caec. 8. Ambigere de fundo. Id. Verr. 2, 1, 45. de hereditate. Ter. Heaut. 3, 1, 94. de finibus. Liv. 40, 15. de regno. Id. 21, 31. Regni certamine ambigebant fratres. P. Interdum passivorum more usurpatur cum nominativo patiente, ut vocant Grammatici. Cic. Or. 2, 24. ad fin. Nihil est quod inter homines ambigatur, h. e. in quaestionem adducatur. Et 26. In iis causis, quae propter scriptum ambiguntur. Id. ib. 1, 57. In eo jure, quod ambigitur inter peritissimos. Lucr. 3, 1088. Ambigitur status. P. Sunt qui derivant ab amb, et ago, et proprie idem esse quod circundo, ambio, circumeo: atque hinc factas esse voces ambactus [*v. supra s. h. v.] et ambages. Hoc sensu dixisse Tac. A. 6, 15. Ne tecta quidem urbis unquam adiit, devius plerumque itineribus ambigens patriam et declinans. Verum hic locus aliter ab aliis explicatur: et sunt etiam qui lectionem sollicitant. Quidam enim ambiens reponere tentarunt: alii sic distinguere malunt: Devius plerumque itineribus ambigens, et patriam declinans, hoc est errans, tanquam ambiguus, quo pergeret. [*Illud praestat. Videtur Tac. h. v. usus esse novo modo, respiciens ejus etymon. Ern. ita explicat: ambagibus circumibat urbem et declinabat, quoties ad eam accessisset.]

AMBIGUE, adv. ἀμφιβόλος, dubie, obscure. Cic. N. D. 1, 31. Ambigue loqui. Id. Or. 32. Ambigue dicere aliquid. Id. Or. 2, 26. Aliquid ambigue scriptum. Aur. Vict. de Vir. ill. 35. Apollo ambigue respondit: Ajo, te Aeacida Romanos vincere posse. Tac. Hist. 3, 35. Ambigue agere, h. e. dubia fide. Id. Ann. 2, 21. et Hist. 4, 66. Ambigue pugnare, h. e. dubia fortuna, et ancipiti victoria.

AMBIGUITAS, atis, f. ἀμφιβόλτα, duplex, seu multi-

plex et dubia verbi alicujus significatio, atque adeo obscura. *Cic. Invent.* 1, 40. Ambiguitate nominis errare. [**Quint.* 5, 10, 106. vocum.] *Liv.* 41, 18. Ambiguitas verbi. *Quint.* 7, 2. a. med. Solvere ambiguitatem. *Id.* 8, 2, 15. vitare. *Senec. ep.* 9. In ambiguitatem incidendum est, si exprimere ἀπόδειξιν uno verbo voluerimus, et impatientiam dicere. P In plur. num. *Id. ep.* 108. Relictis ambiguitatibus, et syllogismis, et cavillationibus. *Quint.* 1, 10, 5. Exquisitas ambiguitates.

AMBIGUUS, a, um, adj. ἀμφίβολος, dubius, incertus, qui duplicem, aut etiam multiplicem significationem habere potest. Dicitur enim proprie de verbis, quae duplici ratione possunt explicari, ut *Cic. docet Or.* 34. *fin.* et *Festus* ubi ait, simul verbi originem indicans: *Ambiguum est, quod in ambas agi partes animo potest:* latiore autem significatione de quacumque re incerta, dubia, obscura. *Cic. Top.* 25. Id autem contingit, cum scriptum ambiguum est, ut duae differentes sententiae accipi possint. *Id. Or.* 29. Verba ambigua distinguere. *Id. Div.* 2, 56. Oracula ambigua. *Id. Tusc.* 3, 9. Ambiguum nomen. [**Hinc Hor. Od.* 1, 7, 29. ambiguum tellure nova Salamina futuram, i. e. dubiam, dubii nominis fore propter novam Salamina in Cypro condendam. Minus recte nobis *Döring.* explicare videtur: veteris Sal. gloriam obscuratum iri.] *Suet. Tib.* 24. Ambigua responsa. *Liv.* 6, 2. Esse ambigua fide in amicitia alicujus. [**Id.* 21, 52. ambiguo favore gratiam victoris spectare, i. e. utriusque parti ita favere, ut neutri plus aut minus tribuatur negetur. *Id.* 40, 8. haud ambiguum rex, i. e. certus rex futurus. *Gell.* 3, 14. femina bonis atque honestis moribus, non ambigua pudicitia. Eodem fere modo *Or. Her.* 10, 62. ambiguae appellatur maris viae; certae enim viae in terra.] *Virg. A.* 1, 661. Domus ambigua, h. e. in qua habitant homines dubiae fidei. Et 2, 98. spargere voces ambiguas, h. e. suspicionum et criminum plenas. Et *Plin. ep.* 4, 2. Puer acris ingenii, sed ambiguus. *Hor. Od.* 2, 5. extr. Puer vultu ambiguo, h. e. qui etiam puella videri potest. *Claud. Eutr.* 1, 462. Ambigui mares, h. e. eunuchi. *Or. Met.* 2, 9. Ambiguus Protheus, h. e. qui in varias saepe figuras vertitur. [**Idem* appellatur ap. *Sil.* 7, 435. ambiguus vates, quod *Drak.*, ut h. l. de varia ejus multiplicique forma explicat. Minus recte alii interpretantur: qui ambigue loquitur. Paullum alio modo *Or. Am.* 1, 4, 8. vir ambiguus, i. e. Centaurus; sed *Met.* 4, 2, 80. est i. q. hermaphroditus. *Id. Am.* 3, 12, 28. Virgo ambigua, quod *Burm.* de Sphinge intelligit. *Id. Met.* 7, 271. inque virum soliti vultus mutare ferinus ambiguus prosecta lupi, de lupo fabuloso, qui pro lubitu nunc in hominem nunc in lupum mutatur, n. *Währwolf.*] *Tac. A.* 2, 88. Ambiguus proeliis, bello non victus, h. e. qui in proeliis modo victoriam retulit, modo cladem. *Ambigua proles*, quae geminos originis auctores habet. *Virg. A.* 1, 180. Agnoscit prolem ambiguum, geminosque parentes. P *Ambiguae res* sunt dubiae et adversae. *Tac. A.* 1, 64. Caecina secundarum, ambiguarumque rerum sciens, eoque interritus. P Cum genitivo, Graecorum more: non tamen apud oratores. *Tac. A.* 1, 7. Ambiguus imperandi. *Id. ib.* 2, 40. pudoris ac metus. *Id. Hist.* 3, 43. futuri. P *Ambiguum*, i. absolute ponitur pro verbo, aut re ambigua. *Cic. Or.* 2, 26. Ambiguorum complura sunt genera. [*1. e. ancipitium s. eorum, quae plus uno modo intelligi possunt. Ita *Auct. Her.* 1, 6. exordiemur ab imitatione, depravatione, inversione, ambiguo, suspitione etc., quo loco explicat *Toxita:* ambiguum est, quum nescitur, in quam partem debeat accipi aliquid. *Id. ib.* 1, 12. ex ambiguo controversia nascitur, quum scriptum duas aut plures sententias significat; quod *ib.* exemplis illustratur. Genera ambigui recenset *Ernest. lex. techn. lat.* p. 17. et *id. techn. gr. s. v. ἀμφίβολα.* Ita *Suet. Cal.* 27. ambigui joci versiculus. *Id. Aug.* 75. tituli ambigui et obscuri.] *Brut.* ad *Cic. Fam.* 11, 11. Ego tamen non habui ambiguum, h. e. non fui dubius. *Hor. Ep.* 1, 16, 28. Servare in ambiguo. *Tac. Agr.* 5. Non sane alias magis in ambiguo Britannia fuit, h. e. in discrimine. *Pl. Trin.* 2, 4, 193. Esse in ambiguo. *Lucr.* 4, 1130. Relinquere in ambiguo. *Or. Met.* 1, 765. Ambiguum, Clymene precibus Phaetontis, an ira Mota magis.

*AMBILATRI, orum, populus Galliae Aquitanicae. *Plin.* 4, 19, 33. Fortasse iidem, qui

*AMBILATI, orum, sive ut alii legunt, Ambialiti, Galliae populus. *Caes. B. G.* 3, 9. Ex sententia *Reichard.* h. Abbeville.

AMBIO, is, ivi et ii, itum, a. 4. περιβάλλω, περιβάλλω, circumveo: ab am, i. e. ἀμφί, circum, et eo, is. Habet autem duplex praeteritum imperfectum *ambibam* et *ambiebam*. [**Nulla* forma non nisi apud poetas reperitur, ac nihil esse videtur, nisi contractio longioris formae: Alii statuunt duas formas *ambio*, unde *ambitio*, et antiquiorem *amboeo*, unde *ambitus*.] *Cic. Univ.* 9. Ut terram lunae cursus proxime ambire. *Or. Met.* 5, 360. curruque atrorum vectus equorum Ambibat Siculae cautus fundamina terrae. *Lucan.* 1, 592. jubet pavidis a

civibus urbem Ambiri. [**Cic. Att.* 4, 3. Clodius vicatim ambire. *Liv.* 2, 3. legati, tanquam ad id, quod agi videbatur, ambientes etc.] P Est etiam circumdare, cingere. *Curt.* 4, 2, Muros, turresque urbis praecaltum mare ambiebat. *Fell.* 2, 101. Insula, quam amnis Euphrates ambiebat. *Suet. Aug.* 95. Circulus ad speciem caelestis arcus orbem solis ambiit. *Virg. A.* 10, 243. clypei oras ambiit auro. *Tac. A.* 1, 68. Ambire vallum armis. *Id. ib.* 15, 43. Ut propriis domus muris ambirentur. *Plin.* 37, 10, 60. Gemma pallida ambiente circulo aurei coloris. P Quoniam vero apud Romanos mos erat, ut qui honores in republica et magistratus petebant, circumirent singulos, prensarent dexteram, rogarentque, ut se suffragiis adjuvarent, factum est, ut *ambire* caperetur pro honore quaerere, suffragium populi captare, *φιλοτιμῆσαι*, [**σπουδαῖον*.] *Cic. Phil.* 11, 8. Quod si comitia placet in senatu habere, petamus, ambiamus. [**Cic. Rep.* 1, 31. ambiuntur, rogantur a candidatis cives, qui mandant imperia etc. *Beier.*] *Suet. Caes.* 18. Cum ambiendi, ut legibus solveretur, multi contradicerent. *Pl. Amph. prol.* 74. Ambire sibi magistratum. P Et generatim pro petere, rogare, quaerere magno studio aliquid, et precibus adhibitis favorem affectare. *Pl. Amph. prol.* 69. Ambire palmam histrionibus, h. e. palmam histrionibus captare per favorem, non ex meritis. *Suet. Aug.* 31. Cum in Vestalis demortuae locum aliam capi oporteret, ambirentque multi, ne filias in sortem darent. *Tac. Germ.* 18. Pauci, qui ob nobilitatem plurimis nuptiis ambiuntur, h. e. quorum favorem et gratiam plurimi captant datis in matrimonium filiabus. Sic *Virg. A.* 7, 333. Ambire aliquem connubiis. *Id. ib.* 4, 284. quo nunc reginam ambire furentem Audeat affatu, h. e. interpellare et rogare. *Hor. Od.* 1, 35, 5. Ambire fortunam sollicita prece. Cum infinitivo *Stat. Silv.* 2, 252. hunc ipse Coo plaudente Philetas, Callimachusque senex, Umbroque Propertius antro Ambissent laudare diem, h. e. cupissent. Sic *Tac. A.* 2, 43. Donec ultro ambiretur consulatum accipere, h. e. rogaretur, ut acciperet.

[AMBIO, ōnis, m. qui ambit. Cognomen Romanum. *Inscr.* ap. *Mur.* 1786, 8. C. Herennii C. F. Ambionis. F.]

AMBITIO, onis, f. περιβολή, actus circumdandi, circuitio. *Solin.* 22. Vimineos alveos circumdant ambitione tergorum bubulorum. Adde 35. *Minut. Octav.* 4. Ita assedimus, ut me ex tribus medium lateris ambitione protegerent. P Frequenter usurpatur pro petitione honorum eo sensu, quo in *Ambio* dictum est, *σπουδαῖον*. *Cic. Tusc.* 2, 26. Quid de nostris ambitionibus, quid de cupiditate honorum loquar? *Id. Sull.* 4. Quod mea me ambitio, et forensis labor ab omni illa cogitatione abstrahat. *Id. Verr.* 2, 2, 53. Magistratum summa ambitione a populo contendere. Adde *Q. Fr.* 3, 1, 4. et 3., et *Or.* 2. [Coll. *Or.* 1, 1. Adeoque laudat hanc ambitionem *Cic. Planc.* 18. Hoc igitur, reipublicae quidem, tempore significat gratiae studium, ut egregie docet *Gron.* ad *Liv.* 45, 36, 8. et *Heusing.* ad *Cic. Off.* p. 251. b.] Et generatim pro quacumque petitione, et enixis precibus. *Just.* 1, 3. Cum admitti magna ambitione aegre obtinisset. P Saepius accipitur in malam partem pro nimio studio captandi gratiam ac favorem hominum: ex quo fit, ut malis etiam artibus interdum quis utatur, et civilis vitae rationi adversantibus. [**φιλοτιμία*.] *Cic. Off.* 1, 25. Miserrima est omnino ambitio, honorumque contentio. *Sall. Cat.* 10. Ambitio multos mortales falsos fieri subegit. Et 56. Inter bonos et malos discrimen nullum: omnia virtutis praemia ambitio possidet. *Hor. Sat.* 1, 4, 26. Laborare ambitione misera. *Id. Ep.* 2, 2, 206. Carere ambitione inani. P Hinc dicitur de quacumque re ad captandam gratiam instituta. *Nep. Dion.* 2. Magna eum ambitione Syracusas perduxit, h. e. magno comitatu ac pompa ad favorem honoremque captandum. [**Similiter* expl. *Beier.* vv. *Cic. Off.* 1, 30, 108. in C. Laelio multa hilaritas: in ejus familiari Scipione major ambitio, de specie atque pompa in dicendo, laudans *Hor. A. P.* 447. ambitiosa ornamenta, i. e. ambitione quaesita. Aliter *Schütz.* quem v. in *cl. Cic.*] *Tac. G.* 27. Funerum nulla ambitio, h. e. pompa et ostentatio. [**Id. Agr.* 40. quibus magnos viros per ambitionem aestimare mos est, i. e. per externum splendorem. Cf. *Plin. Pan.* 83, 8.] *Sall. fr.* 3. *Hist.* in *ep. Pompeji ad senat.* Hiemem in castris inter saevissimos hostes, non per oppida, neque ex ambitione mea egi, h. e. non ex ratione et amplitudine imperatoriae dignitatis, et ut gloriae meae, favorem militum captando, inservirem. *Gracch.* ap. *Gell.* 15, 12. Versatus sum in provincia, quomodo ex usu vestro existimabam esse, non quomodo ambitioni meae conducere arbitrabar. [**Omnia* sub Caesaribus saepenumero ambitio est i. q. vanae gloriae affectatio, quam significationem optime illustrat *Spald.* ad *Quint.* 1, 2, 22. et licet ipsa vitium sit ambitio. *Id.* 10, 7, 21. declamatorum quosdam perversa ducit ambitio. Eodem modo etiam *Hdf.* explicat *Hor. Sat.* 1, 10, 84. ambitione

relegata te dicere possum. (Noster h. l. ad sqq. traxerat.) Plura ex *Quint.* collegit *Spald.* l. 1., quem v. Quod nonnulli huc trahunt ex *Cic. Fam.* 13, 31. neque id ambitione adductus facio; *coll. ib.* §. 5. et 17. et simm., id ne intellige hoc modo, sed apud hunc semper est i. q. placendi studium.] Ad idem redit, quod habet *Quint.* 12, 11, 14. Detinent praeceptores pueros in scholis diutius partim cupiditate mercedulae, partim ambitione, quo difficilior sit, quod pollicentur, h. e. superbia et commendatione artis suae. P Saepae etiam sumitur pro adulatione, assentatione, blanditiis, quia qui aliquid ab alio petunt, ejusque suffragium, aut favorem captant, facile ad adulandum, nimisque blandiendum delabuntur. *Cic. Brut.* 69. ad *fin.* Non puto existimare te, ambitione me labi, (i. e. ut mihi amicis conciliem) quippe de mortuis. *Tac. Hist.* 1, 1. Ambitionem scriptoris facile adverseris: obtractatio, et livor pronis auribus accipiuntur. [**Saepius* etiam leniore sensu pro placendi studio; ita (quem l. Noster supra posuerat) *Suet. Caes.* 28. quod pro ambitionem data esset (civitas) i. e. ad conciliandos illorum hominum animos. *Livius*, ut 5, 36. ne id, quod placebat, decerneret in tantae nobilitatis viris, ambitio obstabat, i. e. studium Fabii placendi. *Cic. Verr.* 2, 2, 35. non ambitionis neque beneficiorum collocandorum, sed pecuniae colligendae causa. Hinc saepe est, quod Noster omisit, i. q. cupiditas: *id. Cluent.* 27. quum quinque iudices Oppianicum sive imprudentia siye misericordia, sive aliqua suspicione, sive ambitione adducti absolverent, ubi *Gracch.* ambitionem interpretatur in iudice hanc esse, quum non habet rationem justum in pronuntiando, sed nominum gratiae plus tribuit quam aequo; quum gratiae captandae causa aliquid absolvit. Ita etiam de aliis hominibus, qui sine cupiditate aliquid faciunt. *Suet. Aug.* 25. coronas quam parvisse et sine ambitione tribuit, i. e. sine cupiditate. *Id. Cal.* 22. magisteria sacerdotii ambitione et licitatione maxima comparabant. *Id. Aug.* 42. posse quandoque per ambitionem restitui, i. e. in gratiam vulgi. *Id. Oth.* 4. nullo igitur officii aut ambitionis in quemquam genere omisso, i. e. nullis blanditiis. Apud *Just.* 12, 15. *ambitio* vulgi est quod 13, 3. dicit *adulationem* vulgi.]

AMBITIOSE, adv. φιλοτιμῶς, cum ambitione et studio obtinendi honores: et generatim studiose, demisse, humiliter [*ita ut saepe decorum migremus,] ad gratiam favoremque captandum. *Liv.* 1, 35. Ambitiose petere regnum. *Quint.* 6, 3. a. med. Ambitiosissime petere provinciam. *Cic. Fam.* 3, 7. An ego tibi obviam non prodirem? praesertim cum in isto genere multo etiam ambitiosius facere soleam, quam honos meus, et dignitas postulat. [*i. e. non, ut expl. *Manut.*, studiosius, sed ut *Gracch.* ad h. l. docet, humiliter, indecentius. Ita *Suet. Aug.* 25. v. AMBITIOSUS.. Cf. *Ern.* ad *Tac. H.* 2, 49. *Cort.* ad *Cic. Fam.* l. 1.] *Id. ib.* 13, 69. Haec ad te eo pluribus scripsi, ut intelligeres, me non vulgariter, nec ambitiose, sed ut pro homine intimo, ac mihi pernecessario scribere, [*loquitur de commendatione quae serio fit, non ut ei quem commendamus gratiae captandae causa assentemur. Cf. *Gron.* ad *Liv.* 45, 36, 8.] *Id. Att.* 15, 1. Corrigit orationem non ambitiose, h. e. non parcae ac indulgenter ad captandam gratiam auctoris. *Tac. Hist.* 1, 10. Ambitiose colere amicitias. *Id. ib.* 4, 40. Manifestum reum ambitiosius, quam honestius defendere, h. e. magis ad captandam gratiam, quam etc. *Id. ib.* 3, 13. Ambitiose, avareque habere provinciam, h. e. nimios sumptus faciendo, atque adeo expilandum provinciales. *Id. Agr.* 29. Ferre casum aliquid ambitiose h. e. affectata constantia ad captandam opinionem virtutis. *Martial.* 1. in *ep. ad lect.* Ambitiose tristis, h. e. affectato severus et gravis.

AMBITIOSUS, a, um, adj. περιβάλλων, qui ambit, circumit, aut circumdat. *Plin.* 5, 15, 15. Jordanis amnis amoenus et quatenus locorum situs patitur, ambitiosus. *Hor. Od.* 1, 36. extr. Lascivis hederis ambitiosior, h. e. Damalis habilis agilisque in circumplectendo amatore suo. *Solin.* 11. Creta stipata magnis et ambitiosis oppidis. Alii translate accipiunt pro nobilibus, superbis. P Translate est qui honores quaerit, ambitque et prensat singulos ad captanda suffragia et favorem: et generatim qui honoris, aut gratiae conciliandae causa aliquid petit, aut agit, *φιλόδοξος*: tum in bonam, tum in malam partem. *Cic. Fl.* 18. Qui ita sit ambitiosus, ut omnes vos, nosque quotidie persalutet. *Id. Fam.* 13, 1. A me hoc contendit homo minime ambitiosus, minime in rogando molestus. *Id. Q. Fr.* 1, 2, 2. Ne forte me in Graecos tam ambitiosum factum esse mirere, h. e. tam studiosum captandae Graecorum gratiae. [**Id. Verr.* 2, 3, 84. ambitiosi homines aut benigni.] *Or. Pont.* 3, 1, 84. Pro nostris ut sis ambitiosa malis, h. e. ut pro me ambias ac depreceris. *Tac. Hist.* 2, 57. in f. Asiaticus foedum mancipium et malis artibus ambitiosum. *Suet. Aug.* 42. Salubris magis princeps, quam ambitiosus. [*In ratione dicendi *ambitiosus* *Quint.* 8, 3, 26. orator is dicitur, qui stu-

dius, quam par est, vetusta et obsoleta verba sectatur. Cf. Ernest. lex. techn. lat. p. 18.] P De eo, qui ab aliis ambiri vult et rogari. Tac. A. 3, 33. Sexus muliebris saevus, ambitiosus, potestatis avidus. Id. Agr. 30. Si locuples hostis est, avari; si pauper, ambitiosi. Ov. Fast. 5, 297. Nos quoque tangit honos: festis gaudemus et aris: turbae caelestes ambitiosa sumus. Gellius quoque 9, 12. notat ambitiosum dici et de eo, qui ambit, et de eo, qui ambitur. Just. 30, 2. Ambitiosae pulcritudinis scortum, h. e. quae ab omnibus ambiebatur. [*Ov. Trist. 1, 9, 18. ambitiosa domus, i. e. quae ambitur. Jahn.] P Tribuitur et aliis rebus. Cic. Att. 1, 18. Ambitiosae et fucosae amicitiae, h. e. quae ambitione, et publicis officiis nituntur, non virtute et concordia voluntatum. Id. Fam. 6, 12. Non tam ambitiosae rogationes quam necessariae. Id. ib. 6. Justae et officio incensae, non inanes et ambitiosae voluntates, h. e. voluntates, quae causam habent aliquid petendi [*ut gratiosi et multum pollere videantur], non quae sola aliis gratificandi gratia, et favoris aucupandi petunt. Quint. 11, 1. Ambitiosissimum gloriandi genus est deridere. Tac. Hist. 2, 49. Ambitiosae preces, [*h. e. summae, accuratissimae. cf. Ern. ad h. l.] Suet. Dom. 8. Ambitiosae sententiae, h. e. per ambitionem extortae, [*imo eae, quae ex placendi alicui studio s. ex cupiditate prodierunt, v. AMBITIO, et Bremi ad h. l.] Tac. Hist. 1, 83. et 2, 12. Ambitiosum imperium, h. e. quod per ambitionem obtinetur, precarium. Id. ib. 1, 12. Rumores ambitiosi, h. e. per ambitionem de industria quaesiti, et sparsi. Id. Agr. 42. in fin. Ambitiosa mors, h. e. ultro adita captandae gloriae causa apud posteros. Martial. 12, 69. Ambitiosa atria, i. e. magnifica. [*Plin. 29, 1. medicinam appellat artem ambitiosam, i. e. quae se ostentat et jactat.] Lucan. 4, 375. Et quaesitorum terra pelagoque ciborum Ambitiosa fames. Suet. Aug. 25. Ambitiosus id existimans, quam domus suae majestas postularet, h. e. humilior, demissius factum ad captandum favorem, quam, etc. Hor. A. P. 447. Recidere ornamenta ambitiosa, h. e. nimis quaesita et luxuriantia, [*v. nos supra s. ambitio.] Quint. 1, 2, 22. Ambitiosus utilia praefere, h. e. iis, quae ad ostentationem, aut gloriam quaeruntur, [*v. Spald. ad h. l.] Claud. IV. Cons. Honor. 593. ambitiosa colus, h. e. quae aurea fila net. P [*Confunduntur in libris amb. et invidiosus; Ov. Met. 8, 277.]

AMBITOR, oris, m. qui ut honores consequatur, discurrendo et rogando suffragia quaerit, ut Serv. ad A. 4, 283. loquitur. Lamprid. Alex. Sever. 28. Ita patronis auctoribus damnatus ambitor est. Paulin. Nolan. ep. ad Pammach. 13, 16. Aeternae laudis ambitor.

[AMBITREBIUS, a, um, adj. qui est circa fluvium Trebiam, ex ambe circum, et Trebia. Tabula Aliment. Velej edita a Petro De-Lama, col. 1. lin. 2. Fundus Quintiacus, qui est in Velejate pago ambitrebio. F.]

AMBITUDO, inis, f. ambitus, circuitus. Legitur ap. Appul. Trismeg. 95. ed. Elmenh.

AMBITUS, a, um, part. v. ambio, cinctus, circumdatus, περιθωδεις. Ov. Met. 1, 36. Tum freta diffundi, rapidisque tumescere ventis Jussit, et ambitae circumdare litora terrae. Adde 15, 288. P Item rogatus, prensatus, ambitione petitus. Cic. Planc. 4. Populus facit eos, a quibus maxime est ambitus. Val. Fl. 5, 621. Ambitus senex. Claud. Rufin. 1, 180. Ambiti honores. Adde Sall. fr. ap. Serv. ad A. 4, 283.

AMBITUS, us, m. circuitus, in gyrum conversio. Cic. Univ. 9. Absolutum perfectumque annum tunc compleri denique, cum se octo ambitus, confectis suis cursibus, ad idem caput retulerint. Hor. A. P. 17. Et properant aquae per amoenos ambitus agros. Plin. 2, 23, 21. Ambitu brevior luna currit, quam sol. Tac. Ann. 6, 28. Post longum saeculorum ambitum. Suet. Tib. 71. Pluribus, et per ambitum verborum rem enunciare, i. e. per ambages: Atque ad idem redit, quod dixit Plin. 15, 30, 39. Id quoque, quod daphnoides vocatur, lauri genus in nominum ambitu est. Nam alii Pelasgum, alii cupetalon, alii stephanon Alexandri vocant; est igitur i. q. multa habet nomina; non addiderim, quod dicit Forc.: ad ostentationem usque. Petr. Sat. 132. Alligata mutuo ambitu corpora, h. e. amplexu. P Item circulus, orbis, circumferentia. Suet. Aug. 94. Terrarum et coeli ambitus. Id. Claud. 21. Ambitus lacus. Plin. 36, 5, 4. n. 4. Ambitus parvae. Id. 25, 6, 36. Folia ambitu serrato. Id. 16, 36, 65. Per ambitum. Tac. Ann. 1, 61. Castra lato ambitu. Id. ib. 4, 49. Quatuor millia passuum ambitu amplexi. P In sepulchris ambitus dicitur locus circa sepulchrum relictus circumdandi causa, et sacrificandi: qui locus eodem jure gaudet, quo ipsum sepulchrum. Pomp. Dig. 47, 12, 5. Ut ad sepulchra, quae in fundis sunt, iter ei, aditus, ambitus funeris faciendi causa sint. Inscr. ap. Grut. 1081, 1. Ad id monumentum itum, aditum, ambitum, atque haustum, etc. Similiter ambitus ac-

diu est spatium circa aedes relictum circumeundi causa: quod Festus scribit esse duorum pedum et semis. Cic. Top. 4. P. Scaevola id solum esse ambitus aedium dixit, quod parietis communis tegendi causa tectum projiceretur. P Translate dicitur de circuitu verborum, quae et peritios appellatur, [*et latine conversio, continuatio, comprehensio.] Cic. Brut. 44. Comprehenso et ambitus ille verborum (si sic peritios appellari placet) erat contractus et brevis. Id. Or. 12. Arguti certique et circumscripti verborum ambitus. Et 50. Perfectus et completus verborum ambitus. [*Id. ib. 66. de justa ambitus forma agit. Cf. Aquila Rom. de fig. p. 17.] Liv. 27, 27. Multos circa unam rem ambitus fecerim, si omnia exsequi velim. P Item de studio, quod adhibetur in captandis suffragiis, et favore hominum, vel ad adipiscendos honores et magistratus in republica, vel ad aliud quidpiam obtinendum, περιθωδία, δειξις, παραγγελία, et plerumque in malam partem accipitur pro prava captatione favoris, quae vel largitione fit ad corrupendum, vel precibus et petitionibus, quae quodammodo vim inferant, etc. Ratio hujus significationis in AMBIO explicata est. Porro de ambitu variae latae sunt leges, variaeque poenae indictae ad illum coercendum. Cic. Or. 2, 25. Raro illud datur, ut possis liberalitatem ac benignitatem ab ambitu atque largitione sejungere. Id. Mur. 2. Lex ambitus. Suet. Aug. 34. Lex de ambitu. Id. Caes. 41. Condemnare de ambitu. Cic. Cluent. 41. Damnatus ambitus. Id. Judicium ambitus. Id. Accusare aliquem ambitus. Id. Coel. 31. Deferre nomen alicujus de ambitu. Flor. 3, 17. Reus ambitus. Sall. Cat. 18. Interrogare aliquem legibus ambitus. [*Cf. Herz. ad h. l. qui laudat Heinecc. Ant. Rom. 4, 18, 78. et Ern. in ind. legg., aliaque addit.] Tac. Ann. 12, 59. Pervincere contra ambitum alicujus. Id. ib. 13, 6. Deligere ducem pecuniosum et gratia subnixum per ambitum. Nep. Att. 6. Effusae ambitus largitiones. Senec. Med. 399. Segnis hic ibit dies, Tanto petitus ambitu, tanto datus? i. e. tanto studio. [*Tac. H. 1, 19. legati quoque foeda inconstantia nominati, excusati, substituti, ambitu remanendi aut eundi; cf. Ern. ad h. l.] P Sumitur enim interdum etiam generatim pro quacumque excellendi cupiditate, superbia, ostentatione. Senec. ep. 84. Relinque ambitum: tumida res est, vana, ventosa: nullum habet terminum: tam sollicita est, ne quem ante se videat, quam ne post se alium. [*Quint. 12, 10, 3. proprius quidam intelligendi ambitus, i. e. vana ostentatio. Comparat Gesner. Plin. 34, 2, 3. Ac sic fere etiam locum vexatissimum putamus explicandum ejusd. 10, 1, 16. Excitat qui dicit spiritu ipso, nec imagine et ambitu rerum, sed rebus incendit, i. e. vana quadam et inani magnificentia et ostentatione (n. Prunk), quae fere est sententia Handii, ni fallimur Cens. Jenensis. Aliorum sententias v. ap. Frotscher. ad h. l.] Flor. 1, 16. Samnitum gens aureis et argenteis armis, discolori veste usque ad ambitum armata, i. e. ambitiose. [*Plin. epp. 3, 2, 4. caret ambitu; ideo se in equestri gradu tenuit, i. e. ambitione, ut in sq. exemplo.] Prudent. Cath. 10, 56. Ambitus funeris.

*AMBIVARETI, orum, Aeduorum clientes. Caes. B. G. 7, 75. 90.; h. Amberien, ut vult Reichard.

*AMBIVARTI, orum, etiam Galliae populus, ea in regione, ubi h. est Breda. Caes. B. G. 6, 9.

AMBIVIVUM, ii, n. idem quod bivivum, ἀμφιδος. Varr. ap. Non. 6, 15. Hic in ambivio navem concedimus palustrem, quam nautici equisones per viam conducerent loro.

*AMBIVIVUS TURPIO, actor nobilissimus. Cf. inscriptionem Ter. Andriae, Eun. etc. Porro Cic. Sen. 14. Symmach. ep. 1, 25. 10, 2. Auct. Dial. de or. 20. ibique Lips.

AMBO, onis, m. apud ecclesiasticos scriptores infimae aetatis est suggestus seu pulpitum, in quo stant concionaturi, ita dictus vel ab ambiendo, quia intrantem ambit et cingit: vel potius a Graeco ἀμφω, quo significatur quidquid eminent ac protuberat rotunda figura. Ea enim solet esse talium suggestuum forma. Legitur quidem apud Varr. L. 4, 24., sed primum non hoc sensu. Ait enim (ex restitutione Turnebi l. 22. c. 9. et Scalig. in Conjectan.) Umbones a Graeco quod ambones, hoc est dicti a Graeco ambones, quia in medio protuberant. Deinde idem Scalig. putat, scriptum ibi fuisse ἀμφω Graecis litteris. Quod autem vulgo ibi legi solet, Umbones aut a Graeco, vel quod ambones, non videtur habere sententiam. Nulla enim, praeter ἀμφω, occurrit vox apud Graecos, ex qua umbo derivari possit.

AMBO, ambae, ambo, ἀμφο, adjectivum pluralis tantum numeri, quod duo significat, sed simul conjunctos. Sic differt ab uterque, ut si dicam: ambo fecerunt domum, significat duos conjuncta opera unam domum fecisse: at uterque fecit, vel fecerunt domum, valet perinde, ac si dicam, a duobus duas domos fuisse factas. Tametsi fortasse hoc discrimen perpetuum non est. [*Cf. de hoc discrimine Ramsh. gr. lat. p. 331. Weber, Ue-

bungsschule p. 38, 54.] Praeterea ambo cum verbis semper pluralis num. jungitur: uterque et cum singularis. Ter. Andr. prol. 10. Qui utramvis rechte norit, ambas noverit. Cic. Att. 6, 1. sub fin. Sumus enim ambo belle curiosi. Ter. Eun. 1, 2, 89. Minas viginti pro ambobus dedi. Id. Hec. 1, 2, 88. Ad exemplum ambarum. Id. ib. 3, 1, 10. Ambas scio reverituras. Prop. 2, 16, 18. Ambos una fides auferet, una dies. P In accusativo plurali masculino non solum ambas dicimus, sed et ambo: ut duo pro duos; quod Graeco more effertur. Graeci enim τοὺς ἀμφο dicunt, et τοὺς δύο. Hor. Sat. 2, 3, 180. Jurando obstringam ambo, uter aedilis fuerit, vel, etc. Cic. Fam. 5, 8. Quos quidem ego ambo unice diligo, sed, etc. Ita optimi libri multi, et MSS. quos secuti sunt Gruter., Gronov. [*ad Liv. 8, 3, 35, 21. Adde Drak. ad Sil. 17, 527.] et alii primi subsellii viri. Adde loca non una, quae ex Plauto congerit Pareus in Lexic. Critic., ex Livio Gronovius, et ex Virg. Terent. Afran. Charisius l. p. 96. Quibus omnibus fit, ut dubitare hac de re nullatenus liceat. [*Reperitur etiam ambo pro ambae. Pl. Merc. 2, 7, 1. si ambo (caprae) in uno loco essent.] P Quod vero scripsere quidam, ambo masculinum habere ultimam longam, neutrum brevem, verum non est. Val. Fl. 7. in fin. Amplius ambo truces, ambo abscessere minantes. P Ambo pro duo. Virg. A. 6, 540. partes se via findit in ambas.

AMBRACIA, ae, f. Ἀμβρακία, urbs Epiri (in Thesprotia) ad sinum Ambracium ex ea denominatum, quondam regia Pyrrhi Epirotarum regis, ita dicta ab Ambrace rege Thesproti filio. Plin. 4, 1, 1., Liv. 38, 4. [*Caes. B. C. 3, 36. Cic. ep. ad Brut. 6.] P In Ambraciae agro optimi olim haedi alebantur, summoque in pretio Romanis, ut est apud Gell. 7, 16.

AMBRACIAS terra. V. AMBRACIUS.

AMBRACIENSIS, e, adj. ad Ambraciam pertinens. Liv. 38, 43. Ambracienses legati. P Ambracienses, ium, Ambraciae incolae Liv. ib.

AMARACIOTES, ae, m. Ἀμαρακιώτης, ad Ambraciam pertinens, at Ambraciotum vinum, quod in agro Ambraciensi provenit. Plin. 14, 7, 9. Ambraciotum vinum laudare. V. ABROTONTES.

AMBRACIUS, a, um, adj. ad Ambraciam pertinens. Plin. 4, 1, 3. Maxime nobilitatus Ambracius sinus, il golfo dell' Arta, vel di Preenza. Liv. 38, 4., Mela 2, 3. In eo Augustus Antonium cum Cleopatra classe devicit. Stat. Silv. 2, 2, 8. Ambraciae frondes, h. e. coronas laureas, quae praemio dabantur in certaminibus gymnasticis Actiarum ludorum prope Ambraciam. Ovid. Her. 15, 164. Ambracia est terra petenda mihi. Alii leg. Ambracias terra petenda mihi; ut sit a recto Ambracias, iadis.

AMBRICES, inquit Festus, sunt regulae, quae transversae asseribus, et tegulis interponuntur. [Quidam ibid. male legunt suat tegulae, quae, etc. Has Galli dicunt lambris, conjuncto scilicet cum voce articulo. F.]

AMBRONES fuerunt gentes quaedam Gallicae, quae subita inundatione maris cum sedes suas amisissent, rapinis se alere coeperunt. Has cum Cimbris, Teutonicisque Marius delevit. Hinc tractum est, ut turpis vitae homines Ambrones dicantur. Haec Festus. Hinc in Gloss. Isid. legitur: Ambro, devorator, consumptor patrimoniorum, decoctor, luxuriosus, profusus. [At fortasse Ambro Isidori deducendus ex Hispana voce hambre, fames. F.] Ceterum quod Ambrones, qui Cimbrorum pars fuerunt, et memorantur ab [*Liv. epit. 68.] Eutrop. 5, 1., ob subitam inundationem patrias sedes relinquere coacti sint, ridiculum et falsum esse ait Strabo, quem refert Scalig. ad Fest.

AMBROSIA, ae, f. ἀμβροσία, fingitur in fabulis esse Deorum cibus, sicut nectar potio: a privata, et βρωτός, mortalis, quod ea mortalibus vesci non liceat, vel quod vescentes immortales reddat. Revera adjectivum est, sed usurpatur absolute more substantivi. Homerus ambrosiam semper de cibo usurpavit, nectar vero de potu; contra autem Sappho: plurimi vero scriptores Homerum, pauci Sapphonem secuti sunt. Or. Pont. 1, 10, 11. Nectar et ambrosiam, latices epulasque Deorum Det mihi formosa nava Juventa manu. Cic. Tusc. 1, 26. Non enim ambrosia Deos, aut nectare, aut Juventate pocula ministrante laetari arbitror. Catull. 99, 2. Suaviolium dulci dulcius ambrosia. P Apud Cic. Or. 2, 57. Orator ambrosia alendus proverbiali locutione dicitur, qui paene ad Deos accedat eloquentia, et suavitate dicendi, et immortalitate dignus sit. Contra foenum esse ibidem dicuntur insulsi oratores et rudes. P Dicitur etiam ambrosia esse unguentum [*non necesse sic statuas] Deorum (teste Serv. ad A. 1, 407. et ib. 12, 419.) odoratissimum et efficacissimum ad vires, vitamque roborandam. Virg. G. 4, 415. liquidum ambrosiae diffundit odorem, Quo totum nati corpus perduxit: at illi Dulcis compositis spiravit crinibus aura, Atque habilis membris venit vigor. Virgilius loquitur de Aristaeo, qui a matre Cyrene ita unctus fuit, ut visum alloqui-

umque Protei sustinere posset. Simili ratione locutus est Or. Met. 14, 606. Rursus Virg. A. 12, 419. Spargiturque salubris Ambrosiae succos, etc. Sermo est de Venere medicante vulnus Aeneae. P Est etiam hoc nomen multis herbis commune, sed praecipue illi, quae et botrys, et artemisia dicitur, densa, ramosa, tenuis trium fere palmorum, tertia parte radice brevior, foliis rutae circa inum caulem, in ramulis semen habens uvis dependentibus, odore vinoso: qua de causa et botrys dicta est a quibusdam. Nam βοτρύς Graece uvam significat. Plin. 27, 4, 11. P Aliam iisdem nominibus herbam describit Id. ib. 8, 31. fruticosam, luteis ramulis, semine circa totos nascente in modum uvae, foliis cichorio similibus, in ripis torrentium provenientem. P Denique hoc nomine appellatum fuit quoddam antidotum, quod Zopyrus Ptolemaeo regi composuisse dicitur, cujus conficiendi rationem docet Cels. 5, 23. Sic Marcell. Empir. 23. memorat medicamentum Junii Prisci, quod appellatur ambrosia.

AMBROSÍACUS, a, um, adj. Ambrosiaca vitis memoratur a Plin. 14, 3, 4. n. 8. inter eas, quae insignes uva sunt, et fortasse ita dicta est a dulcedine.

AMBROSÍANUS, a, um, adj. ad Ambrosium pertinens (quod est nomen viri proprium) ut Ambrosiana basilica. Aug. Conf. 9, 7.

AMBROSÍE, es, seu Ambrosia, ae, f. Ἀμβροσία, filia fuit Atlantis ex Pleione, quae una cum aliis quinque sororibus in caelum translata est, factumque sidus, quod Hyades appellatur. Hygin. fab. 182. et 192.

AMBROSÍUS, a, um, adj. ἀμβρόσιος, qui est ex ambrosia Deorum cibo. Martial. 8, 39. Ambrosiae dapes. P Item qui est ex ambrosia unguento Deorum, ut in Ambrosia dictum est. [Minime. Est epith. ornans, ut apud Homerum, de iis, quae ad Deos pertinent.] Virg. A. 1, 407. Ambrosiaeque comae divinum vertice odorem spiravere, h. e. ambrosia illitae. Stat. Th. 9, 731. ambrosium spargit membra liquore, Spargit equum, ne quod temeretur vulnere corpus, etc. P Sumitur etiam generatim pro dulci, suavi, jucundo. Sil. 7, 210. Ambrosiis Ariusia pocula succis. Colum. 10, 408. de pomis Persicis. Ambrosios praebent succos oblita nocendi. P Item pro immortalis, divino, eximie pulcro, et coelestium digno, hoc enim sonat Graeca vox ἀμβρόσιος (ex privat. et βροτός, mortalis, à (ár, ár), nec opus est (quod nonnulli faciunt) ad catachresin confugere. Claud. Nupt. Hon. et Mar. 110. de Venere: Ambrosioque sinu puerum complexe ferocem. Appul. Met. 8, p. 205, 26. Ambrosium corpus. Ib. 11. p. 258, 39. Ambrosii pedes. Ib. 10. p. 254, 4. Ambrosius color. Ib. Labias modicas ambrosio rore purpurantes. Prud. Synm. 1, 276. nectar ambrosium.

AMBROSÍUS, ii, m. ex Liguria, et Aemiliae praeside sub Valentiniano imperatore archiepiscopus Mediolanensis, excellentis ingenii vir, magnus Ecclesiae Catholicae doctor, non vitae modo sanctitate, sed et eximia doctrina celebris, floruit saeculo Christi quarto, scripsitque quamplurima ad religionem illustrandam, moresque recte instituentibus, summa gravitate, et eloquentia singulari, cujus praesagium manifestum olim apes circa os ejus infantis dormientisque volitantes dederant. Quamquam vero in iis multa sint, ut illis temporibus, barbarum sapientia, inest tamen ubique nitor quidam Latinus, et majestas sermonis, sparsis identidem solidae, et priscae eruditionis luminibus, quae satis ostendunt, doctissimum Scriptorem in veterum Latinorum lectione diu multumque fuisse versatum. P [Fuit etiam cognomen liberti ex gente Cocceja. Inscr. ap. Murat. 2043, 1. M. Coccejus Aug. Lib. Ambrosius. F.]

[AMBROSÍUS, i, m. ἀμβρόσιος, immortalis. Cognomen libertinum. Inscr. ad. Grut. 388, 5. D. M. Ti. Claudii Quir. Alexandri Bacchilus, et Ambrosius Lib. patrono. F.]

*AMBROSÍUS, i, oppidum Galliae Narbonensis. Anton. Itin.

*AMBRYSSUS, i, Ἀμβρύσος, Phocidis oppidum. Liv. 32, 18. Plin. 4, 3, 4. Scribitur etiam Ambrissos, Paus. Phoc. 36. et Amphryssos. Steph. Byz.

AMBUBAJÁ, ae, f. herba eadem quae Ambubeja. Legitur apud Plin. l. 1. in indice 1, 20. n. 30. V. AMBUREJA.

AMBUBAJÁ, ae, f. mulieres Syrae ita appellatae, quae Romae in Circo, aliove loco prostibulis destinato habitantes, corpore quaestum faciebant, simulque lucellum captabant pulsando quaedam organa musica, quae secum e Syria attulerant: qua de re Juvenal. 3, 62. Jam pridem Syrus in Tiberim defluxit Orontes, Et linguam, et mores, et cum tibicine chordas Obliquas, necnon gentilia tympana secum Vexit, et ad Circum jussas prostare puellas. Auct. quoque Priapeor. videtur eas describere carm. 27. Est autem Syra vox ab أَمْبُوبَ (vel Arab. اَمْوَب) tibia, seu fi-

stula, vel ab ejus plurali اَمْوَبَات, seu اَمْوَبَاتِي. Ita cum Acrone veteri Horatii Scholiaste pterique Critici. Neque enim placet, quod alii [*Turneb. in adc. 11, 23.] quidam scripsere, dictas fuisse ab am, vel ambe circum, quod circa Bajas habitarent. Illa etiam nimis longe petita notatio videtur, qua alii derivant ab ambuleja herba, putantque ambubajas fuisse circulatorices, omnium malorum remedia vanissime pollicentes, et quae saepe iis, quae conficiebant, medicamentis eam herbam admiscebant. Haec ex Voss. in Etymol., Casaub. ad Sueton. et aliis. Hor. Sat. 1, 2, 1. Ambubajarum collegia, pharmacopolae, Mendici, mima, balathrones, etc. Suet. Ner. 27. Cocitare inter scortorum totius urbis, ambubajarumque ministeria. [*Cf. ad hos locos Heind. et Casaub., qui uterque probant illam notationem. Aliam proposuit B. Crus. in cl. Suet., qui: Quid, inquit, si Latinum (nomen) statuamus ab ambubajare, vulgari voce pro circumferre? Nihil saltem decernendum in tanta communis idiotiam ignorantia. Ceterum cf. de h. v. Messerschmidt de Ambubagis (sic enim scribit) 1753., quam diss. nobis indicavit Beier.] P In singulari numero legitur apud Petron. fr. Trag. 74. Burm.

AMBUBEJÁ, ae, f. herba, quae et intubum erraticum, et cichorium silvestre appellatur. Cels. 2, 30. P Apud Plin. 20, 8, 29. nominatur ambula (ut quidem legit Harduinus ex MSS. suis omnibus: nam in vulgatis est ambugia.) quasi indita appellatione ab ambulando: quod satis apte convenit cum altera intubi erratici nomenclatione. [Eadem apud Plin. l. 1. in indice l. 20. n. 30. ambubaja appellatur: ceterum Bodaeus in notis ad Hist. plant. Theophr. censet vocem hanc mendosam esse, et legendum ambuleja. F.]

AMBUGIÁ et AMBULÁ. V. AMBUBEJA. AMBULÁCRUM, i, n. περιπάτος, locus circa aedes ad ambulandum, vel cum tecto, vel sub dio positus, arboribus utrinque consitis ad umbram inducendam, vel alia quapiam ratione: qui ambulatio a Cicer. et Vitruv. dicitur. Pl. Most. 3, 2, 68. Gynaecium aedificare, et balneas, et ambulacrum, et porticum. Gell. 1, 2. Propulsabamus caloribus incommoda lucorum umbra ingentium, longis ambulacris, et mollibus aedium posticum refrigerantibus.

AMBULÁTILIS, le, adj. ambulatorius, mobilis, non affixus, εὐκίνητος. Vitruv. 10, 13. Regulae scalari forma compactae, quibus includuntur aerei modiolii fundulis ambulatilibus ex torno subtiliter subactis.

AMBULÁTIO, onis, f. πορεία, actus ambulandi. Cic. Fin. 5, 1. Constituimus, ut ambulationem pomeridianam conficeremus in Academia. Id. Att. 2, 3. Sed haec ambulationibus compitalicis reservemus, h. e. cum per otium compitalibus una. Cels. 1, 2. Ambulatio plana. Sic ib. Ambulatio recta melior, quam flexuosa. P Sumitur et pro loco, in quo animi causa ambulatur, qui et ambulacrum dicitur, περιπάτος. Cic. Q. Fr. 3, 1, 1. Nihil restabat praeter balnearia, et ambulationem, et aviarium. Ib. 2. Hedera convestivit qua basim villae, qua intercolumnia ambulationis. Plin. 36, 12, 18. Ambulatio pensilis. P Ambulationes aliae apertae, aliae tectae. Senec. Tranq. anim. 15. In ambulationibus apertis vagandum, ut caelo libero et multo spiritu augeat attollatque se animus. Varr. R. R. 5, 5. Circum fluvii ripas ambulatio sub dio. Vitruv. 5, 9. Hypaethrae ambulationes habent magnam salubritatem. De tectis. Colum. 1, 6. Ambulationes meridiano aequinoctiali subjectae sint, ut hieme plurimum solis, et aestate minimum recipiant.

[AMBULÁTIVA, ae, f. eadem ac pompa, supplicatio. Inscr. ap. Donat. 232, 3. Iovi Optimo Maximo pro salute Cl. Pompejus Faustus Dec. Col. Eq. Aedil. II. viral. Praef. Collegii Fabrum, itemque patronus duxit Collegium Supra Scriptum in ambulativis V. Kal. Aug. F.]

AMBULÁTIUNCULA, lae, f. brevis ambulatio. Cic. Fam. 2, 12. Cum una mehercule ambulatiuncula, atque uno sermone nostro omnes fructus provinciae non confere. P Item parvum ambulacrum, Id. Att. 13, 29. Tecta ambulatiuncula addenda est.

AMBULÁTOR, oris, m. περιπατητικός, qui huc et illuc ambulat. Colum. 1, 8. Villicus, ut ait Cato, ambulator esse non debet, h. e. otiosus esse, et huc illuc vagari. (Eodem sensu dicitur ambulatrix: quod V.) Martial. 1, 42. Transtiberinus ambulator, Qui pallentia sulphurata fractis Permutat vitreis.

AMBULÁTORÍUS, a, um, adj. περιπατικός, qui ambulat, aut qui moveri, et transferri potest: qui ambulatilis a Vitruv. dicitur. Plin. 21, 14, 47. Utilissimum operculum alvorum a tergo esse ambulatorium, ut proferatur intus, si magna sit alvus: id paulatim reduci, fallente operis incremento. Vitruv. 10, 19. Ostendit se invenisse turres ambulatorias, quas etiam dissolutas in exercitu circumferre solebat. Adde Hirt. B. Alex. 2. [*Descriptis has turres Veget. Mil. 4, 17. coll. Lips. Pohorc. 1, 4. 2, 4.] P Est item ad ambulandum inserviens. Ulp. Dig. 8, 5, 8. Superque ea tigna

porticum ambulatoriam facere. P Translate tribuitur rebus incorporeis. Id. ib. 24, 1, 32. Ut ambulatoria sit voluntas ejus usque ad vitae supremae exitum, h. e. mutabilis, et quae ex una re in aliam transferri potest. Id. ib. 40, 7, 34. Quae causa facit ambulatoriam, ut ita dixerim, conditionem, h. e. quae ab uno in alium transit. Sic Justin. Cod. 6, 2, 22. Ambulatoria actio. Et Paul. Dig. 23, 5, 10. Ambulatoria legis potestas.

AMBULÁTRIX, icis, f. quae ambulat, et vagatur. Cato R. R. 143. Villica ad coenam ne quo eat, neve ambulatrix siet.

AMBULÁTORA, ae, f. actus ambulandi. Est nimirum inaccessus ille eorum, quem Galli adhuc l'amble, et Itali ambio, ambiadura [*nos: der Pass.] vocant. Veget. Veter. 4, 6. Persarum equi solius ambulatoriae quadam gratia discernuntur a ceteris: gradus est minutus, et creber, et qui sedentem delectet et erigat, nec arte doceatur, sed naturae veluti jure praestetur. Id. Veter. 2, 5. Ambulatoriae gratiam perdit. Alii leg. ambulans graviter pergit.

AMBULÁTUS, us, m. facultas, vel actus ambulandi. Arnob. 1, p. 28. Christus scitur ambulatum dedisse contractis.

AMBULEJA. V. AMBUBEJA. AMBULO, as, avi, atum, n. βάλλω, eo, incedo, gradior. Proprie tamen differunt ire, et ambulare. Nam ire est gradiendo progredi, et ulterius pergere: ambulare est incedendo spatia facere, et in sua vestigia reflecti, ire et redire: quod et etymologia confirmat, qua ambulare factum docet Voss. ab ἀμολῶ (quo praeter alios Pindarus, qui Dorice scripsit, usus est) pro ἀμολῶ, quod significat ἀναστρέφω, hoc est verte, et interdum ἀναστρέφω, vortor, teste Eustath. ad Il. a. Hinc apud Jctos in definitione itineris haec duo verba separantur. Ulp. Dig. 8, 3, 1. Iter est jus eundi, ambulandi homini. Et mox: Via est jus eundi, et ambulandi, etc. Hinc etiam ambulare saepe sumitur pro animi causa iter habere, περιπατός: quod qui faciunt, ire et redire multoties eadem via solent. Pl. Mil. 2, 2, 96. Non domi est abiit ambulatum. Cic. Acad. 4, 16. Ambulare cum aliquo in hortis. Id. Or. 2, 14. Ambulare in sole. Suet. Dom. 19. Ambulare pedibus per urbem. P Hoc sensu est etiam militare verbum. Veget. Mil. 1, 27. Vetus consuetudo permansit, ut ter in mense tam equites, quam pedites educantur ambulatum: hoc enim verbo hoc exercitii genus nominant. V. ibi reliqua. P Nihilominus usu frequentissimo factum est, ut accipiatur etiam generatim pro incedere, ingredi, pergere, iter facere. Plin. 10, 38, 54. Aves aliaeque ambulat, ut cornices, salient aliae, ut passeris. Ib. 65, 86. Aegyptii mures bipedes ambulat. Cic. Att. 9, 4. in fin. Si enim recte ambuleret is, qui haec epistolam tulit, in ipsum diem tuum incidit. Id. Quint. 25. Neminem esse, qui possit biduo, aut summum triduo septingenta millia passuum ambulare. Id. Att. 8, 14. Eo modo Caesar ambulat, ut timeam, ne citius ad Brundisium accesserit. Pl. Capt. 4, 2, 120. Bene ambula, et redambula; formula, qua abeuntibus bene precabantur. Sic Id. Capt. 2, 3, 92. Bene ambulatio. Et Truc. 2, 4, 18. Bene ambulavisti? Per jocum dicunt comici Ambulare in jus. i. e. adire iudicem litigandi causa. Curc. 5, 2, 22. et Ter. Ph. 5, 7, 43. P Activorum more cum accusativo. Cic. Fin. 2, 34. Cum Xerxes tantis classibus, tantisque copiis maria ambulavisset, terramque navigasset. [*Ovid. Fast. 1, 122. ambulat illa vias, et Heins. ad h. l. Ita Auct. B. Afr. 75. ire iter, quos locos laudat Burm. ad Prop. 2, 19, 50.] Quint. quidem 1, 5, 38. ambulare viam dicit esse soloecismum per detractionem: sed non auditur a Grammaticis. Et passive. Plin. 23, 1, 16. Si statim bina stadia ambulentur. Et impersonaliter. Varr. L. L. 5. in. Sedetur, ambulatur, loquitur. Gell. 2, 2. Cum sedeatur, ambuletur, discumbatur. P Tributur et rebus inanimis. Cato R. R. 1. Annis, qua naves ambulant. Plin. 5, 9, 10. Nilus immenso longitudinis spatio ambulans. Id. 37, 9, 47. Asteria gemma lucem velut intus ambulat ex alio atque alio loco reddens. P Translate. Plin. 10, 50, 71. Quod deinde caput translatum, per omnes leges ambulavit, h. e. hoc legis caput in aliis postea latis legibus sumptuariis insertum est. Ulp. Dig. 37, 11, 2. Ambulat cum domino honorum possessio. Cajus Dig. 4, 4, 15. Emptio ambulat per plures personas, h. e. transit. P Sunt qui credant hoc verbum syncopen pati in illis Hadriani versibus apud Spartian. in Vit. ejusd. 16. Ego nolo Florus esse, Ambulare (lege Amblare) per tabernas, Latitare per popinas, Culices pati rotundos. P [Part. Ambulans. Martial. 7, 48. Nos offendimur ambulante coena, h. e. in qua fercula cito inferuntur et auferuntur. F.]

AMBURBÁLE sacrificium idem, quod Amburbium. Legitur apud Serv. ad Ecl. 3, 77., nisi forte corrigendum est Amburbiale.

AMBURBÍALIS, le, adj. Amburbiales hostiae dicebantur, quae circum terminos urbis Romae ducebantur. Ita Festus: nempe ab amb circum, et urbs.

AMBURBIUM, ii, n. sacrificium quotannis fieri

latia, in Aegypto, etc., principatum tenent Indicae, quae absolutum felices purpurae colorem habent...

AMETOR, oris, comm. gen. ἀμείτωρ, qui matre caret. Vox Graeca ab α privativa, et μήτηρ, mater: quemadmodum apator dicitur, qui caret patre...

*AMFLEXUS, a, um, part. ab amflecto i. q. circumflexus. Sic habet ed. Gron. Melae 3, 2. Galliae ora grandis circuitu amflexa, ad occidentem littus advertit.

AMFRACTUS. V. ANFRACTUS.

*AMFRAGOSUS, a, um, Gloss. gr. lat. ἀμφραγός σπόδος, amfr. locus.

AMIA, ae, f. piscis marinus pelamidi vel scembro similis, rostro acuto, ventre crasso, cauda tenui, in figuram lunae in cornua curvatae, pinis ejus conformatis, dorso caeruleo, ventre argenteo...

AMIANthus, ti, m. ἀμιαντός, (Asbest, Erdflachs) ab a privativa, et μανός, iniquo, contaminato, lapis est in Cypro nascens, friabilis, et scissili aluminis similis...

AMICA, ae, f. ἀμική, ἐνάλα, mulier impudice amata. Sic enim honesto vocabulo meretrices appellare fas est...

AMICABILIS, le, adj. φιλικός, amicus, Pl. Mil. 4, 4, 8. Date operam amicabilem. Plerique alii leg. adj. amicabilem. Imp. Justin. Cod. 6, 58, 15, n. 5.

AMICABILIS, le, adj. φιλικός, amicus, Pl. Mil. 4, 4, 8. Date operam amicabilem. Plerique alii leg. adj. amicabilem. Imp. Justin. Cod. 6, 58, 15, n. 5.

AMICABILIS, le, adj. φιλικός, amicus, Pl. Mil. 4, 4, 8. Date operam amicabilem. Plerique alii leg. adj. amicabilem. Imp. Justin. Cod. 6, 58, 15, n. 5.

AMICALIS, le, adj. id. q. amicabile. Appul. de Mundo p. 75, 9. Deus hospitalis, amicalis. Ulp. Dig. 17, 1, 10. §. 7. Qui non animo procuratoris intervenit...

AMICARIUS, rii, m. ἀμικαριός, qui amicam alicui conciliat, aut vendit, leno. Affertur a Diomed. l. p. 313., sed nullo confirmatur Latini scriptoris exemplo.

AMICE, adv. φιλοπρεπώς, cum amore et benevolentia. Cic. Amic. 2. Tu qui mihi tantum tribui dicis, quantum ego nec agnosco, nec postulo, facis amice...

[AMICILLA, ae, f. diminut. amica, est cognomen Romanum. Inscr. ap. Grut. 1131, 10. Clodio

Principali Cornelia Amicilla amico fecit bene merenti. F.]

AMICIMEN, inis, n. id. q. amictus, apud Appul. Met. 11. p. 251, 9. Mulieres candido splendentes amicimine. ib. Rudi contextus amicimine.

AMICINUM, n. et Amicinus, i, m. utris pediculus, ex quo vinum diffunditur. Festus. Gloss. Philox. Amicinus, ἀμικῶν ὄσιον.

AMICIO, icis, icui, et ixi, ictum, a. 4. ἀμικίζω, operio, circumtego, vestio: ab am, circum, et jacio, ut Varr. L. L. 4, 30. docet. Suet. Vesp. 21. Dum salutabatur, et calcabat ipse sese, et amiciebat...

AMICIBOR, gloriose, amicibor antique dictum est pro amicior. Et translate. Or. Fast. 1, 153. amicitur vitibus arbor. Hor. Ep. 2, 1. in fin. Et piper, et quidquid chartis amicitur ineptis...

AMICITER, adv. amice. Pl. Pers. 2, 3, 3. Quia meo amico amicitur hanc commoditatis copiam dantur. Pacuv. ap. Non. 11, 11. Quando amico amicitur fecisti.

AMICITIA, ae, f. φίλη, consensio voluntatum ex benevolentia proveniens. Cic. Amic. 6. Est autem amicitia nihil aliud, nisi omnium divinarum humanarumque rerum cum benevolentia et caritate summa consensio...

AMICITIA, ae, f. φίλη, consensio voluntatum ex benevolentia proveniens. Cic. Amic. 6. Est autem amicitia nihil aliud, nisi omnium divinarum humanarumque rerum cum benevolentia et caritate summa consensio...

AMICITIA, ae, f. φίλη, consensio voluntatum ex benevolentia proveniens. Cic. Amic. 6. Est autem amicitia nihil aliud, nisi omnium divinarum humanarumque rerum cum benevolentia et caritate summa consensio...

AMICITIA, ae, f. φίλη, consensio voluntatum ex benevolentia proveniens. Cic. Amic. 6. Est autem amicitia nihil aliud, nisi omnium divinarum humanarumque rerum cum benevolentia et caritate summa consensio...

AMICITIA, ae, f. φίλη, consensio voluntatum ex benevolentia proveniens. Cic. Amic. 6. Est autem amicitia nihil aliud, nisi omnium divinarum humanarumque rerum cum benevolentia et caritate summa consensio...

AMICITIA, ae, f. φίλη, consensio voluntatum ex benevolentia proveniens. Cic. Amic. 6. Est autem amicitia nihil aliud, nisi omnium divinarum humanarumque rerum cum benevolentia et caritate summa consensio...

AMICITIA, ae, f. φίλη, consensio voluntatum ex benevolentia proveniens. Cic. Amic. 6. Est autem amicitia nihil aliud, nisi omnium divinarum humanarumque rerum cum benevolentia et caritate summa consensio...

AMICITIA, ae, f. φίλη, consensio voluntatum ex benevolentia proveniens. Cic. Amic. 6. Est autem amicitia nihil aliud, nisi omnium divinarum humanarumque rerum cum benevolentia et caritate summa consensio...

AMICITIA, ae, f. φίλη, consensio voluntatum ex benevolentia proveniens. Cic. Amic. 6. Est autem amicitia nihil aliud, nisi omnium divinarum humanarumque rerum cum benevolentia et caritate summa consensio...

pe illud dicitur proprie de vestibus exterioribus, et laxioribus, quae hominem tegunt magis, quam vestiunt: induere de interioribus, et magis corpori adhaerentibus. Sic Appul. Apolog. Non modo indutui et amictui sacerdotibus, sed operui quoque in rebus sacris...

pe illud dicitur proprie de vestibus exterioribus, et laxioribus, quae hominem tegunt magis, quam vestiunt: induere de interioribus, et magis corpori adhaerentibus. Sic Appul. Apolog. Non modo indutui et amictui sacerdotibus, sed operui quoque in rebus sacris...

pe illud dicitur proprie de vestibus exterioribus, et laxioribus, quae hominem tegunt magis, quam vestiunt: induere de interioribus, et magis corpori adhaerentibus. Sic Appul. Apolog. Non modo indutui et amictui sacerdotibus, sed operui quoque in rebus sacris...

pe illud dicitur proprie de vestibus exterioribus, et laxioribus, quae hominem tegunt magis, quam vestiunt: induere de interioribus, et magis corpori adhaerentibus. Sic Appul. Apolog. Non modo indutui et amictui sacerdotibus, sed operui quoque in rebus sacris...

pe illud dicitur proprie de vestibus exterioribus, et laxioribus, quae hominem tegunt magis, quam vestiunt: induere de interioribus, et magis corpori adhaerentibus. Sic Appul. Apolog. Non modo indutui et amictui sacerdotibus, sed operui quoque in rebus sacris...

pe illud dicitur proprie de vestibus exterioribus, et laxioribus, quae hominem tegunt magis, quam vestiunt: induere de interioribus, et magis corpori adhaerentibus. Sic Appul. Apolog. Non modo indutui et amictui sacerdotibus, sed operui quoque in rebus sacris...

pe illud dicitur proprie de vestibus exterioribus, et laxioribus, quae hominem tegunt magis, quam vestiunt: induere de interioribus, et magis corpori adhaerentibus. Sic Appul. Apolog. Non modo indutui et amictui sacerdotibus, sed operui quoque in rebus sacris...

pe illud dicitur proprie de vestibus exterioribus, et laxioribus, quae hominem tegunt magis, quam vestiunt: induere de interioribus, et magis corpori adhaerentibus. Sic Appul. Apolog. Non modo indutui et amictui sacerdotibus, sed operui quoque in rebus sacris...

pe illud dicitur proprie de vestibus exterioribus, et laxioribus, quae hominem tegunt magis, quam vestiunt: induere de interioribus, et magis corpori adhaerentibus. Sic Appul. Apolog. Non modo indutui et amictui sacerdotibus, sed operui quoque in rebus sacris...

pe illud dicitur proprie de vestibus exterioribus, et laxioribus, quae hominem tegunt magis, quam vestiunt: induere de interioribus, et magis corpori adhaerentibus. Sic Appul. Apolog. Non modo indutui et amictui sacerdotibus, sed operui quoque in rebus sacris...

pe illud dicitur proprie de vestibus exterioribus, et laxioribus, quae hominem tegunt magis, quam vestiunt: induere de interioribus, et magis corpori adhaerentibus. Sic Appul. Apolog. Non modo indutui et amictui sacerdotibus, sed operui quoque in rebus sacris...

pe illud dicitur proprie de vestibus exterioribus, et laxioribus, quae hominem tegunt magis, quam vestiunt: induere de interioribus, et magis corpori adhaerentibus. Sic Appul. Apolog. Non modo indutui et amictui sacerdotibus, sed operui quoque in rebus sacris...

pe illud dicitur proprie de vestibus exterioribus, et laxioribus, quae hominem tegunt magis, quam vestiunt: induere de interioribus, et magis corpori adhaerentibus. Sic Appul. Apolog. Non modo indutui et amictui sacerdotibus, sed operui quoque in rebus sacris...

47, 10. [*et Drak. ad h. l. qui dativum ubique in hac formula praefert.] et 35, 18., ubi eadem lectionis varietas. Hieronym. in Mich. 2, 7, 7. Amicus diu quaeritur, vix invenitur, difficile servatur. Sic et ipsi patroni, et quibus praestantibus obsequia amici dicuntur. Ita Horatius appellat Maecenatem patronum suum. Epod. 1. Ibis Liburnis inter alta navium, Amice, propugnacula. Id. Od. 2, 18, 12. Nec potenter amicum Largiora flagito. Sic Juv. 3, 57. Magnos amicos dixit: et 6, 312. P Quatuor amicorum paria celebravit antiquitas, Theseum et Pirithoum, Orestem et Pyladem, Achillem et Patroclum, Tydeum et Polyneem. P Amici etiam dicuntur populi aut principes, qui pace et foedere inter se conjuncti vivunt. Cic. Phil. 11, 13. Dejotarus ex animo amicus, unus fidelis populo R. [*Liv. 37, 54. socio atque amico regi. Suet. Caes. 11. rex Aegypti socius atque amicus a Senatu appellatus. — In his formulis socius plus est, quam amicus; nam qui socius erat, idem erat amicus; sed non omnis amicus erat socius, qui habebatur singularis honos, non ille omnibus attributus. Haec Ern. in cl. Liv.] P Amici principum dicebantur eorum consiliarii ac familiares et adjutores rerum gerendarum. [*Hoc factum est a Caesaris tempore, qui se cinxerat multitudine virorum ob fidem vel virtutem bellicam sibi probatorum. Nos appellamus amicis ique insignes sunt vel muneribus aulicis, vel potentes singulari Imperatoris favore, vel ad splendorem comites. Dicuntur isti amici etiam cohors amicorum, Cal. 19, Ner. 5. Galb. 7. quod nomen ipsum arguit, primos, Caesarem et Augustum, ex bello armorumque vi ad principatum pervenisse. Praeterea cf. Ern. exc. XV. ad Suet. Hausimus haec ex cl. Suet. B. Crus.] Hi et Comites dicti a comitando: quod cum facerent, praecedere solebant: nam servi et minus honorata ministeria sequebantur: unde et pedissequi dicti. Illi autem anteambulones et antepedes dicebantur. Horum exempla habes apud Nep. Milt. 3., Eunem. 12. et De regib. 3., Curt. 4, 1. et alibi saepe, et alios. P Amicum pro amico est Pl. Merc. 2, 3, 51. Mandata amicis amicis tradam. Adde Ter. Heaut. prol. 24.

AMICUS, a, um, adj. qui amat, benevolus, favens, [*is qui vel dicto vel facto aliquid adjuvat; is qui salutis alicujus est studiosus; contrarium sign. inimicus. V. Brem. ad Nep. Milt. 1. l.] qlos. Cic. Q. Fr. 1, 2. in fin. Tribuni plebis sunt nobis amici. Ter. Hec. 3, 3, 29. Amicus animus. Cic. Att. 7, 1. Ut ego amicior invenier Cilicum aerariis, quam nostro. Id. Fam. 3, 3. Successor conjunctissimus et amicissimus. Nep. Dion. 3. Amicus non magis tyranno, quam tyrannidi. Id. Milt. 3. Amicior omnium libertati, quam suae dominationi. Virg. A. 2, 737. Numen amicum. Ov. Fast. 3, 833. de Pallade: studii adsit amica meis. Hor. Ep. 1, 2, 26. Amica luto sus. P Tribuitor et rebus inanimis, quae scilicet vel apta sunt alicui rei, vel juvant. Virg. A. 2, 255. per amica silentia lunae. Id. G. 4, 115. irrigare imbres amicos. Hor. Epod. 10, 9. Sidus amicum. Stat. Sil. 5, 2, 38. Tempus amicum fraudibus. Ov. Trist. 1, 4, 18. Navis fertur vento amico. [*Plura hujus generis collegit Heins. ad Ov. A. Am. 1, 585.] Sic fere amica manus ea est, quae agit in solitaria Venere. Martial. 9, 42. Veneri servit amica manus. Auct. Priap. 33, 6. Falce manu posita, fiet amica manus. P Amicum est mihi, hoc est placet. Hor. Od. 2, 17, 2. Nec Diis amicum, nec mihi, te prius Obire Maecenas. P Comparativum amicitior pro amicior legi volunt plerique Critici in illo Cic. Fam. 3, 2. Quod neque tibi amicitior, quam, etc. Ib. 3. Nec te amicitiori potuisse provinciam tradere. Et Symmach. ep. 4, 7. Te famae ejus amicitiorum. Ita enim haberi in plerisque MSS. Appul. Apolog. p. 286, 17. Amicitiorum esse mediocritati. [*Sed unice probanda est forma amicior, quod multis docuit Drak. ad Liv. 2, 15, 6. quem v. coll. Curt. ad Sall. Jug. 10, 5. P Commutantur in libris amicus et amictus; v. AMICTUS.; amicus et mitis, v. in tpp. ad Ov. Met. 13, 440.]

*AMIDA, ae, f. Mesopotamiae oppidum. Ammian. 18, 6. (Procop.)

AMILCAR, caris, m. Amilcar, Carthaginensium dux, Annibalis pater, qui filium irconciliabili illo erga Romanos odio primus imbuit. Sil. 2, 229. At senior Siculis exsultat Amilcar in armis. P Plures item alii hoc nomine fuerunt, paucos nominat Liv. de B. Pun. P De quantitate paenultima in obliquis casibus, V. quae dicemus in ANNIBAL. P Scribitur et Hamilcar.

[AMILLUS, i, m. ab εμιλλα, contentio, dempta aspiratione, ut saepe usuenit apud Latinos, litigiosus. Cognomen Romanum. Inscr. ap. Murat. 65, 5. Q. Vibius Amillus. Adde ap. Martial. 7, 62. F.]

AMINEUS vel potius Ammineus, a, um, adj. ut Amineae vites, Amineum vinum, ita dictum ab Aminea regione: de qua Macr. Sat. 2, 11. Amineci fuerunt, ubi nunc Falernum est. Ubi alii leg. ex quodam MS. Salernum [*est scribendi vitium] alii

Salentum, propterea quod Virg. G. 2, 96. et 97. Falerna vna ab Amineis distinguit. Philargyr. autem ad h. Virg. l. ex Arist. in Polit. tradit, Amineos fuisse populos Thessaliae, qui suae regionis vites in Italiam transtulerint: atque illis inde nomen impositum. Servius ib. scribit Amineum vinum ita dici, quasi aminium, hoc est sine mimio, seu rubore, quia est album. Verum haec origo et nimis subtiliter excogitata videtur, nec usquequaque vera est. Nam Amineae uvae nigrae recensentur a Plin. 14, 3, 4. n. s. et Colum. 3, 2., ubi multa enumerat Aminearum vitium genera, unum tantum designat, quod albidus uvas ferat, ut notat Pierius ad Virg. l. l. Ceterum laudatissima vna ex Amineis uvis habebantur, et optime actentem ferentia. Hinc firmissima ea appellat Virg. l. l. P Magna porro lis est inter Grammaticos de descriptione et quantitate paenultima. Nam versus Virg. l. l. plerique cum Servio ita legunt: Sunt etiam Amineae vites, firmissima vna: atque ita haberi in Mediceo codice, et in altero quoque Vaticano, testatur Pierius. Sic Auson. ep. 18. in fin. Solus qui Chium miscet et Amineum Graece quoque Aulvior scriptum legitur. Alii contra legunt: Sunt et Amineae vites, etc., vel addita diphthongo Amineae, eo quod Ptolemaeus l. 3. Aulvior dicit esse Campanae oppidum, unde haec ducta est appellatio. Etiam in Dig. 33, 6, 16. legitur Amineum tum apud Haloandrum, tum in celebri editione Torrentini. Sic Seren. Sammon. 29, 544. Succus Amineae vitis cum pane medetur. Et 37, 708. Aut in Amineo cochleas haurire Lyaeo. Quamquam hoc loco alii reponunt Bithyno. Omnino prior scribendi ratio, et quantitas Ammineum praetereunda videtur. [*Hanc probat etiam Foss., quantum illud verum est, Graecos dixisse, Amineos et Aulvios. Saepae autem quantitas v. immutata est.] In vet. monum. apud Grut. 215, 2. habetur Aminea, sed quantitas syllabae inde colligi nequit.

[AMINTINUS, vel, ut scribit Anonym. Norisian., Amintinus, i, m. Cognomen Romanum consulis ann. U. C. 293. Fasti Capitol. apud Grut. 289. P. Voluminus M. F. M. N. Amintinus Gallus. Deductum censensus a pago Amintino, cujus mentio est in Inscr. ap. Odoric. Syll. p. 186. F.]

[AMISENUS, i, m. ad Amisum pertinens, nunc Simiso, maritimam Ponti urbem, in cuius nummis apud Eckhel. D. N. V. T. 2. p. 348. AMICHELIN. Plin. ep. 10, 93. Amisenorum civitas et libera et foederata legibus suis utitur. F.]

*AMISIA, ae, fluvius Germaniae, h. Ems. Tac. A. 1, 60. 63. Etiam Amisius, Mela 3, 3. Plin. 4, 14, 28. Amasiam Strab. Amasium Ptol. appellant.

AMISSIBILIS, le, adj. verb. qui amitti potest. Vox est Augustini de Trinit. 5, 4. et 15, 13.

AMISSIO, onis, f. actus amittendi, αποβολή. Cic. Fam. 4, 3. Omnium rerum amissio et desperationem recuperandi. Id. Pison. 17. Amissio oppiduum. Ib. 18. fin. dignitatis.

AMISSUS, us, m. amissio. Nep. Alc. 6. Siciliae amissum et Laedaemonorum victorias culpa suae tribuebant. Est qui legit amissum. [*Male. Est ἀμισύ λεγομένων.]

AMISSUS, a, um, part. v. amitto, perditus, elapsus, αποβλήθεως. Cic. Verr. 1, 2, 5. Amissae classes. Id. Proc. cons. 8. Amissum tempus. Id. N. D. 3, 35. Amissa salus. Id. Att. 9, 5. Amissa causa reipublicae. Id. in Sen. in fin. et Nep. Timoth. 3. recuperare amissa. Justin. 38, 9. Amissus exercitus. Cic. Att. 15, 11. Amissae occasiones.

*AMISUS, i, f. Ἀμισός, oppidum in Ponto, h. Simiso. Cic. Man. 8. Mel. 1, 19. Plin. 37, 8, 37. Amisum habet id. 6, 2, 2. Cf. AMISENUS.

AMITA, ae, f. παρδάειρη, patris mei soror, nam matris soror matertera dicitur, ut Paul. Dig. 38, 10, 10. docet. Cic. Cluent. 10. Cluentia, quae amita hujus Aviti fuit. Adde Liv. 39, 11. P Amita magna est avi mei soror, Paulus ib. P Amita major dicitur avi et aviae amita, seu soror proavi et proaviae, Paulus ib. et Fest. in Major. P Amita maxima est soror abavi, quae et abamita dicitur. Ib. P Festus dictam esse scribit quasi avitam, quia ab antiquioribus ita appellabatur. Hinc nonnulli putarunt paenultima esse producendam. At Pers. 6, 52. si mihi nulla Jam reliqua ex amitis, patruelis nulla, proneptis, etc. P Aliam originem tradit idem Fest. quod ita dicatur, quia a patre meo amata est: nam plus sorore a fratribus diligere solent quam fratres. Sed hoc nimis acute excogitatum videtur.

[AMITERNENSIS, is, m. id. q. Amiterninus. Inscr. ap. Reines. cl. 1. n. 234. Locus Datus Decurionum Amiternensium. F.]

AMITERNINUS, a, um, adj. ad Amiternum pertinens. Colum. 10, 422. Quaeque Amiterninis defertur bunias arvis. P Amiternini, orum sunt ejus oppidi incolae. Plin. 3, 12, 17. P Dicti sunt ab am circum, et Aternus, quia circa fontes illius amnis incolunt. Varr. L. L. 4, 5.

AMITERNIUS, V. v. seq.

AMITERNUM, i, n. s. Vittorino, Ἀμιτερνόν, oppidum Sabinorum in Aprutio ad Aternum amnem. Patria fuit Crispi Sallustii. Ejus ager naps et caepris quondam celebris fuit, teste Plin. 18, 13, 35. et 19, 6, 32. et Martial. 13, 20. P [Ex hoc oppido factum est nomen gentilicium Amiternus. Inscr. Amiterni reperta apud Marin. Frat. Arc. p. 214. M. Amiternius municipum Libertus Jucundus, h. e. Jucundus servus municipii Amiternini, qui a municipibus libertate donatus Amiternii nomen, ut mos erat, sibi adscivit. F.]

AMITERNUS, a, um, adj. id. q. Amiterninus. Virg. A. 7, 710. Amiterna cohors. Martial. 13, 20. Amiternus ager.

AMITHAON, onis, m. vir Argivus, pater Melampodis. Ov. Met. 15, 325. Sive quod indigenae memorant, Amithaone natus, etc. P Scribitur et Amythaon, [*Αμυθίων, Apollod.]

AMITHAONIU, a, um, adj. Virg. G. 3, 550. Phyllyrides Chiron, Amithaonisque Melampus, h. e. Amithaonis filius. Prop. 2, 2, 18. Amithaonia domus. V. MELAMPUS. P Hinc Melampus Amithaonis filius absolute Amithaonius, appellatur a Colum. 10, 348. Hinc Amithaonius, docuit quem plurima Chiron, Nocturnas crucibus volucres suspendit. P Scribitur et Amythaonius.

AMITINA, ae, f. et

*AMITINUM, i, Latii oppidum. Plin. 3, 5, 9. P Amitini, orum, Etruriae populus, ib. 3, 5, 8.

AMITINUS, i, m. Paul. Sentent. 4, 11, 4. Quarto gradu veniunt amitinus, amitina, id est, amitae filius, filia. P Amitini, orum, m. et Amitinae, arum, f. filii, et filiae fratris, et sororis meae, ut habetur Dig. 38, 10, 1. et 10., quod sic est intelligendum, ut ita inter se appellentur, verbi gratia, duo filii, quorum alter ex fratre meo, alter ex sorore mea natus est. Nam si uterque ex duobus meis fratribus natus sit, dicuntur patruelis: si ex duobus sororibus consobrini: tametsi hos omnes communi vocabulo consobrinos vulgus vocat, ut Cajus ib. docet.

AMITTO, is, isi, issum, a. 3. abire, sinere, dimittere, amandare, ἀφήμι, ἀποπέμνω. Compositum ex a pro ab longe, procul, et mitto. Cic. N. D. 2, 49. Usque eo premere earum capita mordicus, dum illae captum amitterent. Pl. Capt. 2, 2, 82. Et te et hunc amittam hinc: alio pacto abire hinc non potes. [*Id. ib. Arg. act. v. ibique Lindem. id. Most. 2, 2, 2. Amph. 2, 2, 217.] Id. Men. 5, 8, 6. Quia te servavi, me amisti liberum. Ter. Andr. 5, 3, 27. Vis me uxorem ducere, hanc me vis amittere? Id. Ph. 3, 2, 22. Neque quo amittam a me invenio, neque uti retineam, scio. Id. Eun. 2, 3, 2. Virginem e conspectu amisi meo. Et Varr. ap. Noz. 2, 111. Singulos lectos stratos, ubi habuimus, amissimus propter cariem et tineam, h. e. abjecimus, recusavimus. Cic. Verr. 2, 4, 20. Amittere praedam de manibus. [*Lic. 29, 32, 6. saucium prope e manibus amisit. Id. 30, 24. ne tanta ex oculis manibusque amitteretur praeda. Apud Cic. Coel. 27, 66. de manibus emiserit — dedit Orell.; antea amiserit. Similiter id. Rosc. Am. 53, 154. sensum omnem humanitatis ex animis amittimus, i. e. abjecimus, deponimus, ut explicat Forc. qui h. l. laudavit infra. Donat. ad Ter. Heaut. 3, 1, 71. (quem Matth. laudat ad h. l.) nam quod nos, inquit, dicimus dimittere, antiqui etiam dicebant amittere.] Et omnia praeposita, quae inest in ipso verbo. Pl. Mil. 2, 5, 47. Amittere praedam manibus, quasi dicat mittere a manibus. Id. Poen. 1, 2, 191. Tibi hanc amittam noxiam unam, h. e. tibi ignoscam. Huc spectant et illa Cic. Caec. 5. Amittere occasionem. Id. Att. 8, 3. a med. Amittere tempus. Ter. Ad. 3, 2, 49. Si inficias ibit, testis mecum est annulus, quem amiserat, i. e. quem miserat. P Saepae etiam ponitur pro perdere, jacturam facere, ἀπορίλλω. Differunt tamen perdere et amittere, quod amittimus etiam vitio alieno, perdimus dumtaxat nostro: amittimus id, quod recuperare possumus, perdimus id, quod omnino perit. Tametsi hoc discrimen non semper verum est. Auct. ad Her. 4, 44. Decius amisit vitam, at non perdidit: re enim vilissima maximam redemit. Cic. Verr. 1, 2, 5. Classes amissae et perditae. Id. Phil. 10, 5. in f. Amittere jus exercitus et imperii. Id. Or. 1, 40. civitatem. Id. Sen. 4. oppidum. [*Suet. Cl. 6. domus, quam incendio amiserat.] Id. Fam. 4, 6. filium, sc. per mortem. [*Suet. Vesp. 3. sponsam ex valetudine amisit. Id. Cal. 12. Juliam ex partu.] Id. Rosc. Com. 4. Litem aut obtinere aut amittere. Nep. Ep. 9. animam. Id. Dion. 7. Reconciliare milites, amittere optimates, h. e. eorum favorem. Id. Eum. 10. fidem, h. e. perfidum fieri. Just. 11, 12. spem. [*Suet. Tib. 15. jus, quod adoptione amiserat. Liv. 31, 18. hominum praedam omnem amisit, (de eo, qui nondum habuit). Similiter amittere is dicitur, qui alicujus rei non substantiam, sed usum perdit. Sil. 4, 242. elisa incussis amisit calcibus ora, i. e. calcatus ab equo ita est, ut confusis lineamentis nosci non posset. V. Barth. et Drak. ad h. l. Suet. Gr. 9. memoriam amittere.] Amittere corpus. V. CORPUS. Amittere verba, prae pudore, aut metu loqui non posse. Aurel. Vict. Epit. 12.

usurpatur a Pl. Rud. 3, 5, 36. Extemplo ampe-

ctitate crura fustibus. Acidalius ita legendum con-

jecerat pro vulgari amplexitate, et quidem recte;

nam nemo certe dixerit amplexere crura fustibus,

sed potius amplexere sive pectere, quemadmodum

alibi apud eundem Plaut. legitur pectere fuste, pec-

tere pugnis. (V. PECTO) et apud Terent. eodem

sensu depexum. Hanc lectionem in textum recepit

primus, ut puto, Bothe, eique ipse plane assen-

tior. F.] AMPEDICES, inquit Festus, dicebantur ab an-

tiquis, quod circum penderent (scilicet ab am cir-

cum, et pendeo) quos nunc appendices appellamus.

Foss. in Etymol. in voce Pendeo observat, in com-

pluribus MSS. legi ampedices, quod magis ad ety-

[AMPHIALUS, i, m. ἀμφιάλος circumquaque ha-

bens mare, ab ἀμφί, circum, et ἄλς ἁλός, mare.

Cognomen Romanum. Inscr. ap. Mur. T. 4. p. 6.

n. 7. L. Caesius Amphialus. F.] AMPHIARAEUS, a, um, adj. sex syllabar. ad

Amphiarum pertinens, Ἀμφιαραεῖος. Prop. 2, 25,

39. Amphiaracae nil prosunt fata quadrigae.

AMPHIARAIDES; idae, m. Ἀμφιαραίδης, dicitur

Alcmaeon Amphiarai filius. Ov. Fast. 2, 43.

Amphiarides Naupactoo Acheloo. Solve nefas, dixit.

AMPHIARAUS, i, m. Ἀμφιαραῦς, Argivus, Oe-

lei, aut, ut alii malunt, Lini et Hypermnestrae

filius, vates et augur fuit futurorum peritissimus,

qui cum praevideret fore, ut in bello Thebano in-

tereret, domi latitavit. Sed tandem ab uxore pro-

ditus, invitus a Polynece ad bellum est pertractus,

ubi cum fortiter pugnaret, una cum curru terrae

hiatu assumptus est. Propter auguralem scientiam

in tanto honore est habitus, ut Graecis Deus ha-

beretur, et ab ejus solo, in quo est humatus, ora-

cula peterentur, ut Cic. Div. 1, 40. testatur. Hinc

Aonius vir dicitur ab Ov. de Nuce 110. Id. Pont.

3, 1, 52. Notus humo mersis Amphiarus equis.

V. ALCMAEO et ERIPHYLE, et Stat. sub fin. l.

7. Theb. et initio l. 8., ubi Amphiarai in Inferos

casum describit. AMPHIBALUS, i, m. vel Amphibalum, i, n.

amicus, vestis exterior pallio similis, quae aliis

vestibus superinduitur: ab ἀμφιβόλιος, circumtego.

Sulpic. Sec. Dial. 2, 1. Intra amphibalum sibi tu-

nica latenter eduxit. Venant. de vita S. Martin.

42. Amphibali exterius dum membra obtecta late-

rent. Hic alii leg. amphibole, ut sit a recto am-

phibole, es, ἀμφιβολή, eodem sensu et notatione.

[*Scribitur etiam amphiballus et amphiballum et

est Latinorum byrrum v. burrum. Cf. Burm. ad

Anthol. Lat. II. p. 408. qui cf. jubet Meurs. in gloss.

p. 25. et Vulcan. ad Isid. gl. p. 92.] [AMPHIBIANUS, a, um, adj. ad amphibium

pertinens, sive ad habentem vitam in utroque ele-

mento. Cognomen Romanum. Inscr. ap. Grut. 250,

3. T. Statilius T. F. Amphibianus. F.] *AMPHIBIUM, sc. animal, in terra et aqua vi-

vens. Varr. L. L. 4, 13. Graeci ea, quae in aqua

et in terra possunt vivere, vocant Amphibia. Id.

R. R. 3, 10. Colum. 8, 13. Sed ubique gr. scriben-

denum est h. v. Cic. N. D. 1, 37. Bestiarum

terrenae sunt aliae, partim aquatiles, aliae quasi

in utraque sede viventes. B. A. AMPHIBOLE. V. AMPHIBALUS.

AMPHIBOLIÀ, ae, f. ἀμφιβολία, ἀμφιβολία, am-

biguitas, ambiguus sermo, qui duplicem senten-

tiam habere potest, nec quam magis significet, ap-

paret: quale est illud, statuum auream hastam

tenentem. Varias sunt ejus species, variique solven-

di modi: quae omnia Quint. 7, 9. persequitur. Cic.

Div. 2, 56. Amphiboliam versus intelligere. Et

ib. Illa amphibolia, quae Croesum cepit, vel Chry-

siptum potuisset fallere. Auct. ad Her. 2, 11. Co-

gnitio amphiboliarum. Et mox: Amphibolias au-

et te, memorande, canemus, Pastor ab Amphryso. P Legitur et Amphrisus Latina vocali.

AMPIRVARE. V. AMTRUO.

AMPLE, adv. εὐθως, μεγαλως, εὐπόως, late, magno numero. Cels. praef. post med. Qui ample valetudinarios nutriunt, quia singulis summa cura consulere non sustinent, ad communia ista confugiunt. P Metaphorice dicitur a. de splendore ex magnis sumtibus in aliquam rem impensis redundante: i. e. copiose, magnifice. Cic. Verr. 2, 4, 27. exornare ample magnificeque triclinium. Id. Phil. 9. fin. efferre aliquem supremo die suo quam amplissime. b. de liberalitate: id. Phil. 5, 19. agri militibus amplissime dati et assignati. c. de dignitate: id. Verr. 2, 4, 46. gerere honores amplissime ac magnificentissime. d. de dignitate orationis s. de genere sublimi: Cic. Brut. 55. Duo genera oratorum, unum attenuate pressequae, alterum sublimate ampleque dicentium. [*Cic. Tusc. 5, 9. Theophrastus (de summo bono) non est ausus elate et ample loqui, quum humiliter demissaque sentiret.] Hinc Flor. 4, 2, 65. Satis ample sonabant in Pompejani nominis locum Cato et Scipio, h. e. satis amplum et magnum nomen habebant. Plin. 18, 3, 3. Amplissime laudare aliquem. P Comp. Amplius V. infra suo loco.

AMPLECTOR, eris, exus sum, dep. 3. περιβάλλω, circumnecto, complector, comprehendo, cingo, quod brachiis extensis homines facere solent: ab am circum (ut docet Festus in Antermini) et plecto, cingo,necto. Pl. Poen. 5, 4, 91. Ambae filiae sumus: amplectamur ambae. Id. Cist. 2, 3, 25. et Rud. 1, 5, 16. [*H. v. ut honestiore etiam rem Veneream expriment. Ter. Andr. 2, 5, 19. si se illum in somnis, quam illum, amplecti maluit. Laudat Ruhk. ad h. l. Drak. ad Sil. 2, 399.] Amplecti genua alicui. Pl. Capt. 3, 4, 120. Compedes amplectuntur crura. Manil. 1, 536. domus naturae amplectens pontum terrasque jacentes. Plin. 5, 1, 1. Aestuarium amplectitur intra se insulam. Tac. A. 12, 24. Sulcus designandi oppidi coeptus, ut magnam Herculis aram amplecteretur. Liv. 35, 28. Quantum munimento amplecteretur loci. Plin. ep. 10, 75. Amplecti locum exedrae et porticibus. Virg. Ecl. 3, 45. Et molli circum est ansa amplexus acantho. P Translate [*non uno modo dicitur. Ac primum quidem est i. q. comprehendo animo vel oratione: Cic. Font. 7. quae si iudex non amplectetur omnia consilio, non animo ac mente circumspectet.] Id. Rosc. Com. 12. quod ego argumentum pluribus verbis amplecter: i. e. dicere, perscrutari, explicare. [*Id. Caec. 40. Actio, quae nequaquam satis verbis causam et rationem juris amplectitur. Id. Inv. 2, 50. Nemo potest omnes res per scripturam amplecti, sed is commodissime scribet etc.] Virg. G. 2, 42. non ego cuncta meis amplecti versibus opto, i. e. comprehendere. Et absolute eodem sensu Plin. 4, 12, 24. Totius ponti forma breviter amplectenda. Tac. A. 4, 34. Quos lex maiestatis amplectitur. Id. Att. 12, 35. Te vehementer rogo, ut hanc cogitationem toto pectore amplectare h. e. amanter suscipias et serio perpendas. Ac de aliis, ut armis, bello. Tac. Agr. 17. magnam Brigantium partem aut victoria amplexus est aut bello. Id. ib. 25. amplexus civitates trans Bodotriam sitas. P Deinde, quum ad affectum refertur, est i. q. amo, diligo, faveo, colo. Cic. Fam. 6, 6. fin. Me amicissime quotidie magis Caesar amplectitur. Id. Att. 7, 1. Amplecti aliquem amore. [*Id. Cat. 4, 3. parvulus filius, quem mihi videtur amplecti respublica. Salsa et amara ambiguitate dicitur ap. eund. Flacc. 18. de homine aerarium publicum depilante: Quum rempubl. nimium amplecteretur, peculatus damnatus et bona et senatorium nomen amisit, i. e. quum pecuniae publicae inhiaret. Proprie dicendum fuisset: quum utilitati reip. studeret. Ita Schütz. incl.] Id. Mil. 27. Amplecti plebem, h. e. fovere, delinire, ejus favorem sibi conciliare. Sall. Jug. 7. Aliquem in amicis habere, magis magisque in dies amplecti. Hor. Sat. 1, 2, 53. hoc se amplectitur uno, h. e. se amat, sibi placet. Cic. Phil. 10, 9. Amplecti virtutem alicujus. Id. Fam. 5, 19. libenter animum alicujus. Id. ib. 4, 8. Caesar favet ingenio; nobilitatem vero et dignitates hominum amplectitur. Id. ib. 5, 8. Amplecti officii amplitudinem alicujus. Id. Or. 1, 55. jus civile. Tac. A. 15, 59. rempublicam. Id. ib. 6, 8. amicitiam alicujus. Justin. 22, 7. et 29, 2. spe regnum. [*Deinde est i. q. probo, laudo, magni aestimo. Cic. Phil. 10, 4. amplecti virtutem.] Id. Or. 1, 24. neque ita amplecti artem, ut etc., neque eam totam repudiare. P Amplecto, is, activa forma ut Prisc. 8. p. 797. et Diomed. 1. p. 379. monent. Pl. Rud. 3, 5, 36. Amplectitote crura fustibus. Alii rectius leg. ampectitote. V. AMPECTO. Liv. in Odys. apud Diomed. loc. cit. Genua amplectens virginem oraret. P Passive. Lucil. apud Prisc. 8. p. 791. Amplexetur, qui velit: ego non sinam me amplectier. V. AMPLEXUS, a, um. P Etiam amplexor, aris in prima conjugat. usurpasse veteres, testatur Prisc. l. l. Itaque hac forma legitur a quibusdam apud Pl. Truc. a. 5. v. 32. Hinc par-

ticip. amplectandus est in quibusdam codd. Manili 4, 803.

*AMPLEXABUNDUS, a, um, adj. id. q. amplectens. Jul. Valer. Res gest. Alex. M. (edente A. Maio) 2, 35. Tumque amplexabundus et contegens regia chlamyde. B. A.

AMPLEXATUS, a, um, part. ab amplexor. Justin. 24, 3. Arsinoe corpore suo puerorum corpora amplexata protexit. Translate. Cic. Ac. 1, 9. Aristoteles primus species labefactavit, quas mirifice Plato amplexatus erat, [*i. e. suas fecerat, studiose defenderat.]

AMPLEXOR, aris, atus, sum, dep. 1. idem omnino quod amplexor, eosdemque fere habens usus. Cic. Fam. 1, 9. Inimicum meum sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fovebant, sic, me praesente, osculabantur. Et post: Amplexari aliquem familiariter atque hilare. Pl. Mil. 5, 1, 40. Amplexari atque osculari inter se. Id. Asin. 5, 2, 32. Facere modum amplexandi. Id. Rud. 3, 3, 33. Aram amplexantes. Id. Truc. a. 5. v. 33. Ego illam patiar alios amplexari? P Translate. Cic. Q. Fr. 2, 12. Appius totum me amplexatur, h. e. valde amat, colit, observat. Id. ad Brut. 1, 11. Amplexari ac tueri iudicium suum. Id. Sext. 45. fin. otium. Id. Or. 3, 17. Amplexari voluptatem. Id. Cluent. 44. Auctoritatem censorum amplexator. Est qui cum Prisc. 8. p. 797. leg. amplexato, ut sit ab amplexo, as: quod etiam usurpatum legitur. Accius ap. Non. 7, 14. Amplexa: fructum, quem Dii dant, cape. Pl. Poen. 5, 4, 60. Hanc amabo atque amplexabo. Adde Q. Claud. ap. Prisc. l. l. et Petr. fr. Trag. 63. Burn. Et passive. Lucil. apud Prisc. l. l. p. 791. Amplexetur, qui velit, ego non sinam me amplectier, περιελασθήτω, ut idem Prisc. exponit.

AMPLEXUS, a, um, part. ab amplexor. Ov. Her. 19, 80. Meque tibi amplexo nulla noceret hiems. Cic. Sull. 20. Qui tanto amore possessiones suas amplexi tenebant. [*Virg. A. 8, 124. amplexus dextram, Hom. ἐν τ᾽ ἄρα οἱ γὰρ χεῖρῃ, quod melius est, quam quod Burn. non damnat, amplexus dextra.] P Passiva significatione, περιελασθήτω. Petr. ap. Prisc. 8. p. 791. Animam nostro amplexam pectore. [*Pl. Mil. 2, 6, 27. Amplexam amicam osculabatur. Sic Lindem. Pass. tuetur etiam Burn. ad Ov. Her. 4, 139. viderit amplexos aliquis. Alii aliter.]

AMPLEXUS, us, m. actus amplectendi et cingendi, περιελασθή, περιβολή. Cic. Div. 1, 36. Puer dormiens circumplicatus serpentis amplexu. Plin. 5, 9, 9. Inferiorem Aegypti partem Nilus, dextra laevaue divisus, amplexu suo determinat. Stat. Th. 6, 255. Collibus incurvis, viridique obessa corona Vallis in amplexu nemorum sedet. P Saepius dicitur de hominibus. Virg. A. 1, 687. Cum dabit amplexus, atque oscula dulcia figet. Suet. Oth. 10. Amplexu et osculo alicui demittere. [*De amplexu et osculo amoris vel amicitiae v. Schwarz. ad Plin. Pan. 86, 3.] Tac. A. 12, 68. Amplexu tenere aliquem. [*Ov. Her. 14, 69. amplexu petere aliquem, ibique Burn. coll. Met. 6, 605. Cf. Eund. ad Petr. Sat. 86.] Vell. 2, 123. Circumfundi amplexibus alicujus. Sen. Hipp. 705. Ruere in amplexus. Ov. Met. 11, 228. Ire in amplexus. Lucan. 4, 176. in amplexu effusas tendere palmas. Val. Fl. 1, 316. Haerere amplexibus. Ov. Met. 9, 52. Excutere amplexus. Virg. A. 6, 698. Subtrahere se amplexu. Id. ib. 8, 568. Divelli amplexu. Et 388. Fovere amplexu. P Absolute de re turpi. Sil. 11, 399. amplexu multoque mero somnoque virorum profliganda acies; [*et quos Drak. ad h. l. laudat,] Petr., Juv., Ov., Martial.

AMPLIATIO, onis, f. amplificatio, augmentum. Tert. Bapt. 13. Ubi fides aucta est credendi, addita est ampliatio sacramento. P Est etiam verbum forense, quod significat dilationem sententiae ferendae in aliqua causa. Dicebatur enim ampliatio, ut docet Ascon. ad Verr. 2, 1, 9., cum iudices audita causa, nec penitus adhuc cognita, petebant nova actione doceri, quod significabant datis in tabella litteris N L, h. e. non liquet: et is qui iudicio praeerat, pronunciabat, causam amplius, hoc est iterum esse cognoscendam. Ex quo ampliatio nata est. [*Cf. ad Ascon. Robertelli annot. 2, 25, 81. (in Gruteri face ed. Frcf. 1604. tom. II.); Sigon. de judic. 2, 20. contraque Ferrat. ad Cic. l. l. Ampliationis locum e Servilia lege de repetundis tenet comperendatio. V. Klenzii ad hujus legis c. XIV. annot. I. Beier.] Differt a comperendatione, quia, licet utraque iudicii dilationem habeat, tamen comperendatio nascebatur etiam, si iudices nihil iudicassent, ampliatio vero ex eorum incerta et dubitanti sententia: comperendatio erat necessaria, et legis vi instituta, ampliatio libera (licet non in omnibus causis) et in iudicium potestate posita: comperendatio in tertium diem transferebat actionem, ampliatio in quemcumque diem ex arbitratu ejus, qui iudicio praeerat: ex causa comperendationis bis tantum causa dicebatur, ex causa ampliatiois saepius dici poterat, cujus rei testimonia V. in v. seq.: deni-

que in comperendatione, seu secunda actione dicebat priore loco defensor, posteriore accusator, ut Ascon. scribit l. l., in ampliatioe priore accusator, posteriore defensor. Hoc tamen discrimen convellit M. Anton. Ferrat. l. supra l. quem consule. Legitur ampliatio tum apud Ascon. l. l., tum apud Senec. Contr. 1, 3. fin. Ampliata est et ipsa ampliatio.

AMPLIATOR, oris, m. qui ampliatur. In nummo Antonini Pii apud Eckhel. D. N. V. T. 3. p. 12. S. P. Q. R. ampliatori civium, h. e. qui secutus Trajani exemplum soboli Italiae providit constitutis puellis alimentariis. V. ALIMENTARIUS et FAUSTINIANUS. [*Haec debentur F., nam Forc. minus recte explicaverat ita: qui quamplurimos in civitatem R. admisit.]

AMPLIATUS, a, um, part. v. amplio, amplior seu major factus, μεγαλυθησ. Cels. 7, 5. n. 2. Ampliato magis vulnere, arundo avellenda est. In monumento Ancyrae apud Grut. 232. Ampliato ejus solo. Hirt. B. Hisp. 42. Ampliatus honor. Plin. 17, 10, 14. Ampliatum miraculum. Scaev. Dig. 34, 3. fin. Ampliata summa. P De eo cujus iudicium dilatum est, ut in AMPLIATIO diximus. Liv. 43, 2. Bis ampliatus, tertio absolutus est reus. Val. Max. 8, 1. n. 11. Cujus causa septies ampliata, ad ultimum octavo iudicio absoluta est. [*Inscr. ap. Murat. p. 610, 1. Q. Minucius Scapula accusatus de vi, sententia condemnatus XV., ampliatus XXXIII. F.]

AMPLIFICATIO, onis, f. αύξησις, augmentum. Cic. Off. 1, 8, 25. Amplificatio rei familiaris. Id. Div. 2, 14. pecuniae. Id. Off. 2, 12. honoris et gloriae. P Apud oratores reperitur [*triplici fere significatione. Quas quoniam Noster non distinxit, accuratius hoc de verbo exposuimus duce Ern. in lex. techn. lat. Usitator hujus verbi, inquit, vis haec est, ut amplificare dicamus ea, quae augeamus vel altius tollamus dicendo aut etiam extenuemus et abjiciamus. Ad utrumque enim pertinere amplificationem docet Cic. Or. 3, 26, 27. Inprimis autem adhibetur ad animos concitandos, in quo proprium oratoris officium continetur. Cf. Cic. Partit. 8. Quint. 8, 4. eaque graece dicitur αύξησις. Cernitur in verbis et elocutione, oratioque ea augetur et extollitur. Cui similis est alia quaedam species, propria generi demonstrativo et inprimis laudibus, de qua v. Quint. 3, 7, 6. ubi ejus tanquam synonymum est ornare, coll. Cic. Or. 3, 27. — Aliud genus amplificationis est, quae per locum communem instigationis auditorum causa sumitur, et in epilogo adhibetur, docente Auct. ad Her. 2, 30. ubi v. plura. Eandem appellat Cic. Inv. 1, 52. indignationem; cf. Cic. Part. 15. Ea est verborum et rerum atque a Sulpic. Vict. Inst. Rhet. p. 249. exaggeratio dicitur. Tertium denique genus amplificationis est, quod aut iracundiam inducit aut ad misericordiam trahit auditoris animum. Hoc modo usus est h. v. Auct. ad Her. 3, 13. qui ideo dividit in cohortationem et conquestionem.]

AMPLIFICATOR, oris, m. qui amplificat, et auget, αυγαυζων. Cic. Tusc. 5, 4. Nec vero Pythagoras nominis solum inventor, sed etiam rerum ipsarum amplificator fuit. Id. Fam. 10, 12. Dignitatis tuae non modo fautor, sed etiam amplificator. Inscr. ap. Grut. 282, 3. Constantino amplificatori urbis komae.

AMPLIFICATRIX, icis, f. quae amplificat et auget. Pacat. Paneg. Theod. 8. Quos plurima laude dotavit amplificatrix veri vetustas.

AMPLIFICATUS, a, um, part. ab amplifico, auctus. Cic. Cat. 3, 1. Urbs condita et amplificata. Id. N. D. 2, 3. Respublica amplificata. P Translate. Id. Manil. 16. Auctoritas multis rebus gestis, magnisque judiciis amplificata. Id. Leg. 3, 14. Pauci honore et gloria amplificati. Sall. 2. De rep. ordin. med. Nobilitatis opes diminutae, et jus populi amplificatum. Caes. B. G. 6, 12. Gratia et dignitas amplificata.

AMPLIFICE, adv. ample, magnifice. Catull. 64, 266. Talibus amplifice vestis decorata figuris Pulvinar complexa suo velabat amictu. Alii perperam leg. amplificaee vestis.

AMPLIFICO, as, avi, atum, a. I. αύξω, amplum facere, dilatare, ampliare, augere. Liv. 1, 44. Amplificare urbem. Val. Max. 3, 4. n. 2. numerum senatus. Cic. N. D. 2, 57. sonum. Id. Dom. 9. pretium. Id. Amic. 16. fortunam. [*Id. Rep. 3, 12. divitias.] Id. Fin. 1, 11. voluptatem. Pacuv. ap. Eund. Tusc. 2, 21. dolorem. P Translate. Id. N. D. 2. fin. Amplificare facultatem disserendi. Id. Leg. 3, 14. aliquem honore et gloria. Plin. Pan. 69. Amplificare, atque augere aliquem festinatis honoribus. Caes. B. G. 2, 14. Aduorum auctoritatem apud omnes Belgas amplificaturus. P Dicendo rem augere, adhibita amplificatione. Cic. Or. 3, 26. fin. Summa laus eloquentiae est amplificare rem ornando. [*Suet. Caes. 66. non negando minuendove, sed insuper amplificando ementiendoque.] Cic. Or. 1, 53. Aliquid amplificare, atque ornare dicendo. Id. Acad. 4, 2. Amplificare gloriam alicujus. Id. Fin. 5, 24. virtutem suis laudibus.

simile renibus, quod durescit per messes. Plin. 27, 4, 13. [*n. Stinkbaum, Baumbohne. Anagris foetida, Linn.]

[ANAITICUS, a, um, adj. ad Anaitin pertinens. Anaetica regio apud Plin. 5, 24, 20. Euphrates fluit Derxenem primum, mox Anaiticam Armeniae regiones a Cappadocia excludens. P Anaiticus lacus ib. 16, 36, 64. Calami probatiores Gnidii, et qui in Asia circa Anaiticum lacum nascuntur. F.]

[ANAITIS, idis, f. Ita appellata Dea est apud Armenios, qui olim, ut ceteri orientales populi, a dextra in sinistram partem legebant vocem Diana; observandum praeterea est ab ipsis etiam nunc litteram, quae Latine D, pronunciari ut T. Cum itaque vox Diana nihil aliud significet, quam Deam aliquam, mirum non est, ipsos tum Dianam, tum Venerem eodem nomine appellasse, et in illius templo, teste Strab. l. 11. ad f. virgines publice propositi solitas, antequam matrimonium inirent. [*cf. Klopferi lex. myth. p. 191.] Plin. 33, 4, 24. Aurea statua prima omnium nulla inane in templo Anaetidibus posita dicitur, numine gentibus illis sacratissimo: direpta est Antonii Parthicis rebus.

ANALECTA, orum, n. plur. ἀνάλεκτα, purgamenta coenarum, et quisquiliae ciborum, quae sub mensam cadunt, ita dictae a colligendo, quia post coenam everruntur et colliguntur: ab ἀνάλεγω, colligo. Martial. 7, 20. Colligere longa turpe nec pudet dextra Analecta, quidquid et canes reliquerunt. Id. 14, 82. In pretio scopas testatur palma fuisse: Sed pretium scopis nunc analecta dabunt, h. e. scopae e palma factae semper in pretio fuerunt, sed nunc, hoc est tempore Saturnalium (eo enim tempore apophoreta dabantur, de quibus toto eo libro agit Mart.) majore in pretio erunt propter analecta, quia nimirum crebra passim convivia fiunt; atque adeo multae adhibebuntur scopae ad eorum purgamenta everrenda. Al. leg. Otia sed scopis nunc analecta dabunt. P Sunt qui putant non analecta, orum accipiendum esse, sed analecta, ae, m. l. ὁ ἀναλέκτης, hoc est servus, qui purgandis pavimentis, et a sordibus extergendis operam dat. Itaque apud Martial. leg. ex optimis quibusd. codicib. primum quidem: Colligere longa turpe nec putat dextra, Analecta, quidquid et canes reliquerunt, h. e. quidquid servus colligens, et canes reliquerunt. Alterum vero sic: Otia sed scopis nunc analecta dabit, h. e. servus analecta non utetur scopis: alludendo ad ea pavimenta, quae ita erant delicato opere elaborata, ut scopis everri non deberent, sed vel spongia, vel peniculo molliori, ne corrumpentur: vel ad ea, de quibus Plin. loquitur 36, 25, 60., a quodam Sofo inventa, et Asarota appellata, in quibus purgamenta coenae, quaeque everri solent, veluti relicta, facta erant parvis et testulis, tinctisque in variis coloribus: atque adeo scopis auferri nullo modo poterant.

ANALECTA, ae, m. ἀναλέκτης, servus mediastinus, qui reliquias et purgamenta coenarum humi inter coenandum projecta colligit: ab ἀνάλεγω, colligo. V. v. praec. Apud Senec. ep. 27. quidam Calvisius Sabinus praedives opinionem eruditionis affectabat: idem tamen nullius ingenii, aut memoriae erat. Itaque subsidio sibi pararat servos, qui poetas multos edidicerant, et quaerenti versus ex tempore suggerebant; quos ille tam male reddebat, ut in medio versu saepe excideret. Satellius Quadratus, qui diviti supparasitabatur, et homini tardo ineptoque illudebat, suasit, ut Grammaticos haberet analectas, h. e. qui ea verba, quae ipsi recitanti excidebant, colligerent, quemadmodum servi analectae colligebant ea, quae conviviis excidebant, Ita Turneb. l. 24. c. 33. et Lips.

[ANALECTARIUS, ii, m. qui analecta colligit, scoparius. Inscr. ap. Murat. 77, 3. Genio sancto castrorum Peregrinorum Aur. Alexander analigearius (lege analectarius), quod peregre restitutus (legendum fortasse constitutus) vovit, aedilis castrorum libens solvit. Petr. Fr. Trag. 34. Burm. Insecutus est lecticiarius (lege analectarius) argentumque inter reliqua purgamenta scopis coepit verere. Burm. ad hunc locum adnotat: Si analectarius in usu esset, id libenter amplecterer; nam de analectis agi manifestum est.

ANALECTIDES, um, f. ἀναλεκτίδες, dicuntur quibus e xylyno lino, vel quavis materia puellae tanquam pulvinulus constipant scapulas prominentes, ut videri pleniores possint. Ov. A. A. 3, 273. Conveniunt tenues scapulis analectides altis. Heinsius multiplicem hujus loci lectionem recenset, et praefert illam, quae habet analectrides eodem prorsus, quo dictum est, sensu. Nam λέκτρον Graece significat lectulum, et analectrides possunt accipi pro lectuli pulvillis. Jos. Scal. in Conj. ad Varr. p. 60. legit omalectides, ὀμαλέκτιδες, quod humeros nimirum aequos, et ὀμαλούς, reddebant. Turneb. l. 4. c. 23. ometides, h. e. humerales-fascias: ab ὤμος, humerus. Alii denique alia.

ANALEMMA, atis, n. ἀνάλημμα, Graece etiam structuram sive suggestum significat, ut Hesych. et Suid. exponunt. Vitruv. 9, 4. hoc vocabulo improprie usum fuisse, recte admonuit Salm. Exerc.

Pl. p. 520. Itaque analemma proprie est substructio, sive suggestus lapideus quadratus, aut rotundus, in quo horologium sciothericum ponebatur. Vitruv. l. c. Umbrarum aequinoctialium magnitudinibus designantur analemmatorum formae, ex quibus perficiuntur, ad rationem locorum, et umbrae gnomonum, horarum descriptiones. Analemma est ratio conquisita solis cursu, et umbrae crescentis a bruma observatione inventa, e qua per rationes architectonicas circinque descriptiones est inventus effectus in mundo.

ANALIMOTICUS, a, um, famem arcens, a λιμός, fames, ut analimotici cibi ap. Theod. Prisc. 2, 24. seu l. 2. par. 2. c. 11., ubi alii legunt analeptici, h. e. non uncti, non pingues: ab ἀ privativa, et ἀλέρω, ungo.

ANALOGIA, ae, f. ἀναλογία, proportio, convenientia, similitudo. Itaque Vitruv. 3, 1. eam proportionem, ex qua symmetria partium in architectura nascitur, ἀναλογίαν Graece dici affirmat. Varr. L. L. 8, 4. Corrigere lectos impares ad consuetudinem communem et ad aliorum tricliniorum analogias. Adde Cic. Univ. 4. ad f. P Speciatim analogia est, ut definit Varr. L. L. 9, 4., similis similitudine, hoc est, dicitur de proportionem et similitudine, quam habent inter se verba, ex qua earum declinatio, aut genus, aut conjugatio dignoscitur; verbi gratia, ex eo quod amor in genitivo facit amoris, recte colligitur, etiam torpor similiter facere; ex eo quod funiculus est masculini generis, cognoscitur etiam funis ejusdem generis esse; ex eo quod prandeo, pendeo, spondeo faciunt in infinito prandere, pendere etc., intelligitur etiam fereco similem in infinito habere positionem. Cic. Graece usurpat Att. 6, 2. Sed me ἀναλογία deceperat Φλοῦς, Ὀποιός, Σποιός, quod Ὀποιόντιος, Σποιόντιος etc. Latine Quint. 1, 6. Omnia tamen haec exigunt acre iudicium: analogia praecipue, quam proxime ex Graeco transferentes in Latinum, proportionem vocaverunt. Eius haec vis est, ut id quod dubium est, ad aliquid simile, de quo non quaeritur, referat, ut incerta certis probet. Et ib. Analogia dictum aliquid tueri. Id. ib. 5. Analogiam sequi. P Dicitur etiam de aliis rebus, quae sibi aliqua proportione respondent. Sen. ep. 120. Hoc verbum cum Latini Grammatici civitate donaverint, ego damnandum non puto, nec in civitatem suam redigendum. Utar ergo illo, non tanquam recepto, sed tanquam usitato: quae sit haec analogia, dicam. Noveramus corporis sanitatem; ex hac cogitamus esse aliquam et animi: noveramus corporis vires: ex his collegimus esse et animi robur.

ANALOGICUS, a, um, adj. ἀναλογικός, ad analogiam pertinens. Gell. 4, 16. C. Caesar in libris analogicis.

ANALOGUS, a, um, adj. proportionem habens et similitudinem, ἀνάλογος. Varr. L. L. 9, 3. Ex eodem genere quae res inter se aliqua parte dissimiles rationem habent aliquam, si ad eas duas alterae res duae collatae sunt, quae rationem habeant eandem, quod ea verba bina habent eundem λόγον, dicitur utrumque separatim analogon, simul collata quatuor analoga. Id. ib. 7, 16. Analogi grabati, h. e. simili forma facti.

*ANALPHABETUS, a, um, ἀναλφάβητος, qui ne elementarias quidem litteras novit. Fulgent. Myth. 1, 3. Abecedarium vocat. B. A.

[ANAMIS vel Andanis, fluvius Caramaniae in Asia. Plin. 6, 23, 27.]

[ANAMNESTUS, i, m. ἀνάμνηστος, in mentem revocatus. Cognomen Romanum. Inscr. in Anthol. Rom. T. 10. p. 91. L. Geminius Anamnestus. F.]

ANANCAEUM, et Graece Anancaeon, i, ἀνάγκαιον, genus grandioris poculi, quod necessario hauriendum erat ab iis, qui in bibendi certamine se provocabant: ab ἀνάγκαιος, necessarius. Ita quidam exponunt. Turn. l. 21. c. 12. observat, ἀνάγκη apud Hesych. esse urnam judicalem, ex quo putat anancaeum dictum, quod urnae judicialis magnitudinem aequaret. Casaub. in Athen. l. 2. c. 3. notat veterem quandam Graecum poetam appellare ἀνάγκαν γλυκύναν turbationem mentis, quae ex nimio potu evenit, h. e. dulcem delirandi necessitatem: hinc fortasse tale poculum anancaeum dici potuisse, quod hanc necessitatem inducat. Varr. ap. Non. 15, 36. Ad Sybaritanam praedam, in qua sunt tripodes, craterae, anancaea populo nobilium Tarentinarum. Al. leg. anancaea pocula nobilium etc. Pl. Rud. 2, 3, 31. Ubi est leno Labrax? Am. perit potando, opinor. Neptunus magnis poculis hac nocte eum invitavit. Tr. Credo hercle, anancaeo datum quod biberet. Casaub. l. c. scribit alludere Plautum ad sorbitionem cicutae necessariam et fatalem sontibus in Graeciae aliquot urbibus: vel ad haustum illum e flumine Lethaeo, qui nemini mortalium non est necessarius. Alii aliter et legunt et interpretantur.

ANANCHITIS, idis, f. ἀναγχίτις, gemma, qua in hydromantia dicunt evocari imagines Deorum. Plin. 37, 11, 73., ubi alii leg. anancitis, ut sit ab ἀνάγκη, necessitas: Salm. in Solin. leg. anagogi-

tis, ut sit ab ἀνάγω, sursum duco, abduco. Adde Isid. Orig. 16, 14.

ANANTAPODOTON, ἀνανταπόδοτον, schema, cum oratio aliquo membro, aut verbo, quod subaudiri oporteat, destituitur. Vox Graeca et Graece usurpanda. V. APODOSIS.

*ANAON, onis, portus Liguriae. Anton. Itin. B. A.

ANAPAESTICUS, a, um, adj. ut Anapaesticum carmen, quod anapaestis constat. Cic. Tusc. 3, 24. Nec siletur illud potentissimi regis anapaesticum, sc. carmen. Sidon. ep. 4, 3. Anapaesticae juncturae. P Serv. ad Virg. Ecl. 8, 78. hemistichium illud, Veneris, dic, vincula necto, ait esse anapaesticum trimetrum hypercatalecticum: hujusmodi autem versus esse Cupidini consecratos.

ANAPAESTUM, i, n. ἀναπαιστόν, versus constans pedibus iis, qui anapaesti vocantur. Est autem adjectiva vox, et subintelligitur carmen. Cic. Or. 56. Elegit ex multis Isocratis libris triginta fortasse versus Hieronymus, plerosque senarios, sed etiam anapaesta. Gell. praef. ad f. Mutuabor ex Aristophanis choro anapaesta pauca.

ANAPAESTUS, i, m. ἀναπαιστος, pes poeticus constans duabus syllabis brevibus et tertia longa, ut sapiens, legeres: ideoque ἀντιδάκτυλος vocari solet, quia dactylo est quidem temporibus par, sed contrarius tamen et retroactus, ut Quint. 9, 4. loquitur. Hinc etiam nomen est sortitus, nempe ab ἀναπαιστω τῷ δακτύλῳ, quod repercutiat quodammodo dactylum. Est autem haec vox revera adjectivum, et subintelligitur pes, quando absolute ponitur. Cic. Tusc. 2, 16. Nec adhibetur ulla sine anapaestis pedibus hortatio. Id. Or. 3, 47. Quare primum ad heroum nos dactyli et anapaesti et spondei pedem invitat. P Pro versus, qui ex anapaestis constat. Cic. Or. 56. Ita factus est anapaestus is, qui Aristophaneus nominatur.

[ANAPAUMA, ae, f. ἀναπαύμα, quies. Cognomen Romanum. Inscr. ap. Fabr. p. 6. n. 38. Sallustia D. L. Anapauma. F.]

ANAPAUOMENOS, ἀναπαυόμενος, Graeca vox, quae cessantem, desinentem, aut requiescentem significat. Anapauomenos dicta est Protogenes tabula, in qua fecerat Satyrum tibias tenentem et columnae innixum tanquam otiosum. Plin. 35, 10, 36. n. 20. P Alia ab Aristide Thebano, in qua Biblidem pinxerat ex amore fratris Cauni vita functam, Anapauomene dicta est, ἀναπαυομένη τῷ βίῳ. Id. ib. P Denique Anapauomenos, h. e. cessans, dictus est fons Jovis in Dodone a meridie semper incremens usque ad medium noctis, ab eo sensim deficiens in tantum, ut meridie omnino fluere desinat. Id. 2, 103, 106.

ANAPHE, es, f. Ἀνάφη, nunc Nanfio, insula maris Cretici sponte enata, teste Plin. 2, 87, 89. et Ov. Met. 7, 461. P [Est quoque cognomen Romanum ab a privativa et ἀνή, tactus, h. e. intacta. Inscr. ap. Grut. 966, 1. Caesia Anaphe. F.]

ANAPHONESIS, is, f. ἀναφωνήσις, apud medicos est exercitatio vocis, quae arte fit ad eam tuendam et conservandam. Graeca dictio a φωνή, vox, quae legitur apud Coel. Aur. Tard. 1, 1. et 5.

ANAPHORA, ae, f. ἀναφορά, emersio, in altum subvectio: ab ἀναφέρω, sustollo, sublevo. Ab astronomis anaphorae dicuntur ascensionibus signorum, quae fiunt ab oriente circumactu quotidiano mundi. Plin. 7, 49, 50., Firm. Math. 3, 3. P Est etiam schema sermonis, Latine repetitio, qua eadem dictio in principio versusum, aut commatum repetitur, ut illud Virg. A. 1, 665. Nate meae vires, mea magna potentia solus Nate, patris summi etc., et Cic. Verr. 2, 2, 10. Verres calumniantes apponebat, Verres adesse jubebat, Verres cognoscebat, Verres judicabat. P Haec eadem dicitur etiam Epanaphora, ἐπαναφορά ap. Capell. 5, p. 175. ab ἐπι, super et ἀναφέρω, refero, repeto. P Denique anaphora dicitur a Diomed. 2. p. 440. cum allocutio non convenienter respondens, aliud refert occulte, ut ap. Sall. (Cat. 17. extr.) Sed antea item conjuravere pauci, in quibus Catilina: de qua quam brevissime potero dicam, h. e. de qua conjuratione. Ita Diomed.

ANAPHORICUS, a, um, adj. ἀναφορικός. Apud Firm. Math. 3, 13. dicuntur anaphorici, qui cruenta, seu vitiosa sputa rejiciunt, malaque tussi laborant: ab ἀναφέρω, rejicio, emitto. P Anaphorica horologia. V. ANAPORICUS.

ANAPHYSEMA, atis, n. ἀναψύσημα, efflatus, vel evaporatio: ab ἀναψύω, efflo. Appul. de Mundo p. 62, 31. Anaphysmata Graeci vocant eos spiritus, qui de profundo vel hiatus terrae explosi ad superna aeris solent evadere.

ANAPIS et Amphinomus fratres Siculi ex Catania urbe fuere, quorum alter patrem, alter matrem ex Aetnae incendiis, mirabili constantia per medium ignem vadentes, et suis humeris exportantes, feliciter eriperunt; quos flammae inviolatos, tanquam et ipsae tantam pietatem admirarentur, reliquerunt: ob quod factum statuae ipsi erectae sunt, divinique paene honores habitae: eorum etiam locus sepulcri campus piorum cognominatus est, teste Solin. 5. De his et Sen. Benef. 3, 37., Sil. 14, 42 *

sideretur usque ad verba pilum vocabant, facile apparet, cur ii, qui signa praecedent, antepilani vocarentur.

ANTEPOLLEO, es, n. 2. supra aliquem polleo. Appul. Met. 1, 104, 20. Quae civitas cunctae Thesaliae antepollet.

ANTEPONO, is, sui, ositum, a. 3. προτιθημι, ante aliquem pono. Tac. A. 15, 32. Equitum Romanorum locos sedilibus plebis anteposuit. Hinc: edendum proponere aliquid.

ANTEPOSITUS, a, um, part. v. antepono, ante appositus. Pl. Rud. 2, 6, 24. Coena anteposita Thyestae et Tereo.

ANTEPOTENS, entis, adj. antepollens, supra alios potens. Pl. Trin. 5, 1, 1. Hic homo est omnium hominum praecipuis voluptatibus gaudiisque antepotens.

ANTEPRAEDICO, is, xxi, ictum, a. 3. id. q. praedico, addito ante per pleonasmum.

ANTEPRAECURSOR, oris, m. idem q. praecursor, addito ante per pleonasmum.

ANTEQUAM, quoniam, conj. priusquam: adv. temporis, quod fere jungitur indicativo, interdum et conjunctivo.

ANTEQUAM, quod fere jungitur indicativo, interdum et conjunctivo. In narratione plerumque sequitur conjunct. impf. et plusquamperf.

ANTEQUAM, quod fere jungitur indicativo, interdum et conjunctivo. In narratione plerumque sequitur conjunct. impf. et plusquamperf.

ANTEQUAM, quod fere jungitur indicativo, interdum et conjunctivo. In narratione plerumque sequitur conjunct. impf. et plusquamperf.

ANTEQUAM, quod fere jungitur indicativo, interdum et conjunctivo. In narratione plerumque sequitur conjunct. impf. et plusquamperf.

ANTEQUAM, quod fere jungitur indicativo, interdum et conjunctivo. In narratione plerumque sequitur conjunct. impf. et plusquamperf.

bet erisma, atis, n. et erisma, ae, f. ερισμα. Vitruv. 10, 1. Scansoria machina catenationibus et transversariis et plexis colligationibus et erismatum fulturis continetur.

ANTERIDION, ii, n. ἀντηρίδιον, obliquum sustentaculum aliquam rem fulcians: diminutivum ab ἀντηρίς, ἴδιος.

ANTERIOR, oris, comparativum ab ante, ut docet Prisc. 3. p. 599. et significat eum, qui est ante et refertur ad locum.

ANTERIOR, oris, comparativum ab ante, ut docet Prisc. 3. p. 599. et significat eum, qui est ante et refertur ad locum.

ANTERIOR, oris, comparativum ab ante, ut docet Prisc. 3. p. 599. et significat eum, qui est ante et refertur ad locum.

ANTERIOR, oris, comparativum ab ante, ut docet Prisc. 3. p. 599. et significat eum, qui est ante et refertur ad locum.

ANTES, ium, m. plur. sunt omnes arborum, hortorum et vinearum ordines ad lineam ducti.

ANTES, ium, m. plur. sunt omnes arborum, hortorum et vinearum ordines ad lineam ducti.

ANTES, ium, m. plur. sunt omnes arborum, hortorum et vinearum ordines ad lineam ducti.

ANTES, ium, m. plur. sunt omnes arborum, hortorum et vinearum ordines ad lineam ducti.

ANTES, ium, m. plur. sunt omnes arborum, hortorum et vinearum ordines ad lineam ducti.

ANTES, ium, m. plur. sunt omnes arborum, hortorum et vinearum ordines ad lineam ducti.

me in diversorio inveniret. Sunt qui leg. aut scholarianus.

ANTESIGNANUS, i, m. προμαχος των σημειων. Antesignani in Romana militia fuere, non qui ante omnem aciem collocati erant, et primi omnium pugnam inibant.

ANTESINISTRÄ, Serv. in illo Ecl. 9, 10. Ante sinistra cava monisset ab ilice cornix; indivise legendum putat antesinistra.

ANTESTATUS, a, um, part. ab antestor. In fragmento quodam Leg. XII. Tab. dicitur antestatus passiva significatione.

ANTESTO et Antisto, as, steti, statum, n. I. προσηγορια, praesto, antecello, ante alios sto.

ANTESTOR, aris, atus sum, dep. I. προδιαμαρτυρω, in testem vocare. Unde dicitur, non convenit inter Etymologos.

ANTESTOR, aris, atus sum, dep. I. προδιαμαρτυρω, in testem vocare. Unde dicitur, non convenit inter Etymologos.

ANTESTOR, aris, atus sum, dep. I. προδιαμαρτυρω, in testem vocare. Unde dicitur, non convenit inter Etymologos.

21, 21. Fabricatam navem, quam apicula pinnis absconderet. Pl. Curc. 1, 1, 10 Egon apicularum opera congestum non feram, ex dulci oriundum, melliculo dulci meo? h. e. non feram favum mellis amicæ meæ?

[APICULARIUS, ii, m. id. q. apiarius, seu qui apicularum curam habet. Inscr. ap. Murat. 909, II. M. Livij L. L. Homeri apicular. F.]

APICULUM, i, n. filum, quo Flamines velatum apicem gerunt, ut Festus definit. Filum autem hoc loco velamen lanae significat, ut in simili explicat Liv. 1, 32. Vult ergo Festus, apiculum dici velamen illud laneum, quo apex Flamini circumdatus est, ut in APEX diximus. Scaliger haec Festi verba licet defendi posse concedat, mallet tamen ita legere: Apiculum, filum, quo Flamines velati, apicem regerunt. Pone enim regerebant apicem, ne gravis esset summis aestatis caloribus: amentis enim, quæ offendices dicebantur, sub mentum adductis religabant, ut cum vellet, regerent, et pone pendere sinerent. Nam duarum rerum necessitate semper obstrictus erat Flamen, nunquam nudo capite in publicum prodeundi, ac nunquam apicem dimittendi. Ergo cum filo (h. e. velamine) propter aestus diei velati erant, apicem tamen gestabant, sed non in capite, ut dictum est. Haec Scalig. Hoc itaque filum, seu velamen diminutiva voce apiculum dictum fuerit, quia ipso apice levius erat et subtilius.

APIDANUS, i, m. nunc Pidanemo, Epideno, fluvius Thessaliae, qui ex Bormio monte Gomphos, et Pharsalum praeterfluens, in Peneum supra Larissam labitur, acceptis Enipeo, Melace, et Phoenice. Ov. Met. 7, 228. Multa quoque Apidani placuerunt gramina ripis.

*APIENNATES, um, m. plur. Umbriae populi. Plin. 4, 14, 19. B. A.

*APILAS, ae, flumen Macedoniae. Plin. 4, 10. B. A.

APILASCUS, ūdis, dicitur aurum, quod postquam effossum est, pilis cuditur, et fingitur in lateres. Plin. 33, 4, 21. Quod effossum est, tunditur, lavatur, uritur, molitur in farinam. Nam quod ad pilas cudunt, apilascudem vocant. Haradin. ex MSS. ostendit illud apilascudem ortum esse ex vitiosa repetitione illorum verborum ad pilas cudunt: itaque legendum: Uritur, molitur in farinam, ac pilas cudunt. Sane apilascudem monstrum vocis est. [*Recte Scheller. omisit.]

[APILES, is, m. ab ἀπιλέω, mitor, minax. Cognomen Romanum. Inscr. ap. Grut. 836, II. L. Valerij Apiles. F.]

APINĀ et TRICA, f. duo fuere oppida Apuliae a Diomede deleta funditus: sed et dum starent, adeo villa et ignobilia, ut in proverbium de re qualibet vana, futili et nugatoria per ludibrium verterentur, ut Plin. 3, 11, 16. narrat. Martial. 1, 114. Quaecumque lusi juvenis, et puer quondam, Apinasque nostras, quas nec ipse jam novi, etc. Id. 14, 1. Sunt apinae tricaeque, et si quid vilis istis. V. TRICAE.

APINĀRIUS, ii, m. γελωντοποῖός, μῦκος, σάννας, scurra, vel ludius, qui tum dictis, tum gestibus ridiculis, et aliquid repraesentando oblectat ac risum movet. Duci fortasse potest ab apina, qua pro nugis ponitur. Satmas. tamen ad Trebell. Gallien. 8. censet dici a Graeco ἀπίνα, vel ἀπίνη, quod apud Suid. legitur, et rem ridiculam aut nugatoriam significat. Trebell. l. c. Cyclopea etiam luserunt omnes apinari, ita ut miranda quaedam, et stupenda monstrarent. V. Satmas. l. c. ubi haec de re plura. Quidam leg. apenarius, aut apennarius.

APIO. V. APO.

*APIOLAE, arum, oppidum Latii. Plin. 3, 5. Liv. 1, 35. B. A.

*APION, onis, Ἄπιον, nobilis Grammaticus, qui et πλειονοτάτης dictus h. e. Multivictor, a crebris victoriis. Eum Tiberius Caesar Cymbalum mundi appellabat. Plin. in praef. N. H. Id. 35, 10. 36, 14. 37, 5. Gell. 5, 14. 6, 8. 10, 10. P Fuit et Apion cognomen Ptolemaei ex Sagidis Nothi, Libyae regis, qui regnum moriens testamento Populo Romano reliquit. In hoc inclytæ civitates erant Berenice, Ptolemæis et Cyrene. Liv. epit. 70. B. A.

APIOS Ischas. V. RAPHANOS Agria. P [*Apios apii radices videtur vocare Pallad. April. 3. Apios majores facies, si semen, quantum tribus digitis comprehendi potest, linteolo clausuris rariore, et brevi fossa obrueris. B. A.]

APIROCĀLUS, i, m. ἀπειρώκαλος, hoc est decori rudis, et imperitus, ineptus: vox Graeca ab ἀπειρος, imperitus, rudis, et κάλος, decorus, honestus. Gell. 11, 7. Alter quoque a lectionibus id genus paucis apirocalus. Vett. edd. Graecæ scribunt ἀπειρώκαλος, et quidem rectius.

APIS, is, f. animal parvum volatile notum, mellis artifex. Varr. R. R. 3, 16. Apes nascuntur partim ex apibus, partim ex bubulo corpore putrefactum. Ov. Met. 13, 928. Non apis inde tulit collectos sedula flores. Cic. Tusc. 2, 22. Apis aculeum sine clamore ferre non possumus. Martial. 11, 43. Et thyma Caceropiae Corsica ponis api. Colum. 9, 2. Quam Juppiter in apem convertit.

P In genit. plurali et apum habet, et apium. Ov. Met. 15, 383. Melliferarum apium sine membris corpora nasci. Cic. Har. reps. 12. atque in apum fortasse examine, etc. Adde Colum. 9, 2, 3, 5. et 8. et Gell. 2, 20. ubi apum legitur: et Varr. l. c., Sil. 8, 635. ac Plin. 11, 3, 2. et ib. 11, 11, ubi apium: et notat Hard. frequentius hoc in ejusdem MSS. reperiri. [*De genit. apum et apium v. omnino Drak. ad Liv. 4, 23, 4.] P Nominativus singularis apes pro apis affertur quidem a Prisc. 3. p. 613. et 6. p. 703. tanquam usitatus, sed nullo confirmatur exemplo. [*Sic nonnulli libri ap. Quint. Decl. 13, 16., ubi Burm. praeter Prisc. locum Weizium laudat ad Petron. catal. p. 226. quorum plura laudat Drak. ad Liv. 4, 25, 3.] P Scribit Varro l. c. apes habitas esse musarum volucres, quod, si quando duplicatae sint, cymbalis et plausibus numero reducunt in locum unum. P De apum natura et solertia in mellificiis, deque earum servandarum ratione V. Varr. l. c., Colum. 9, 2. et seq. Plin. 11. c. 5. et seq. et Virg. G. 4. P De earum origine hujusmodi fabulam tradit Servius ad A. 1, 434. Apud Isthmum anus quaedam nomine Melissa fuit (μέλισσα Graecæ apem significat). Hanc Ceres sacrorum suorum secreta cum docuisset, interminata est, ne cui ea, quae didicisset, aperiret: sed cum mulieres accessissent, ut ab ea primo blanditiis, post precibus et praemiis elicerent, ut sibi a Cerere commissa patefaceret, et illa in silentio perstaret, ab eisdem iratis disceptata est: quam rem Ceres, immissa pestilentia, ulta est; de corpore vero Melissa apes nasci fecit. Tangit hanc fabulam etiam Colum. 9, 2.

APIS, apis, m. ἄπις, bos erat ab Aegyptiis cultus, tanquam Deus, de quo haec narrat Plin. 8, 46, 71. Bos in Aegypto etiam numinis vice colitur: Apim vocant. Insigne ei in dextro latere candicans macula, cornibus lunae crescere incipientis. Nodus sub lingua, quem cantharum appellant (hoc est nigra macula scarabaei specie, quem χάνθαρον Graeci dicunt). Non est fas eum certos excedere vitae annos: mersumque in sacerdotum fonte eueant, quæsituri lactu alium, quem substituant; et donec invenerint, moerent, derasis etiam capitibus: nec tamen unquam diu quaeritur. (Mela 1, 9. scribit, putare Aegyptios, non coitu pecoris nasci eum, sed divinitus, et coelesti igne conceptum.) Inventus deducitur Memphim a sacerdotibus. Delubra ei gemina, quae vocant thalamos, auguria populorum. Alterum intrasae, laetum est; in altero dira portendit. Responsa privis dat, e manu consulentium cibum capiendū. Germanici Caesaris manum aversus est, haud multo postea extincti. Cetero secretus, cum se proripuit in coetus, incedit summotu licetorum; grexque puerorum comitatur, carmen honori ejus canentium: intelligere videtur, et honorari velle. Hi greges repente lymphati futura praecinunt. Femina bos semel ei anno ostenditur, suis et ipsa insignibus, quamquam aliis: semperque eodem die et inveniri eam, et exstingui tradunt. Hactenus Plinius. Augustinus autem Civ. Dei 18, 5. narrat, Apim fuisse regem Argivorum, qui cum in Aegypto transisset (addunt alii, Isidem ibi uxorem duxisse, et aliquanto tempore regnasse, multaque Aegyptiis bona attulisse) ibique mortuus esset, pro Deo habitus cultusque est, et Serapis appellatus. Cur autem pro Api Serapis dictus sit, rationem ex Varrone assignat, quod scilicet sarcophagus, in quo cadaver mortui ponitur, σορός Graecæ dicitur. Cum igitur Aegyptii Apim adhuc in sarcophago, seu conditorio positum, antequam ei templum excitarent, colere coepissent, Sorosapim, vel Sorapim appellarunt: deinde mutata littera, Serapim. Qui constituerunt etiam, ut quisquis eum hominem dixisset fuisse, capite poenas daret: quam ob rem in templo Serapis et Isidis erat etiam simulacrum, quod digito ori admoto, admoneret, ne quis illos homines fuisse diceret. Ipsum autem bovem, quem in Serapis memoriam colebant, quoniam eum sine sarcophago vivum venerabantur, Apim dicebant, non Serapim. Haec ex Augustino, quorum multa alii ad Osirim referunt. At Jablonsk. in Pantheo Aegypt. l. 4. c. 2. ostendit Apidem taurum fuisse symbolum Nili fluvij, ut etiam apud Graecos, boves flumina repraesentabant: ac multa alia Id. ib. affert ad illustrandum hoc Aegyptiorum numen apprimè idonea. Ov. Amor. 2, 13, 11. Per tua sinistra precor, per Anubidis ora verendi: Sic tua sacra pius semper Osiris amet: Pigræque labatur circa donaria serpens: Et comes in pompa corniger Apis eat. P Declinatur etiam Apis, idis, ut Serapis. Paulin. Nolan. Nat. XI. S. Fel. edit. Murat. 85. Aegyptus in Apide demens.

APISCOR, ēris, aptus sum, dep. 3. τυγχάνω, idem fere quod adipiscor (quod est multo usitatus) consequor, [*cf. ADIPISCOR.] Cic. Att. 8, 14. ad f. Ait, eum nescio quo penetrasse itinere, occultandi sui causa an maris apiscendi. Sisenn. ap. Non. 2, 2. Postero die legatos Iguvium redeuntē apiscitur i. e. invenit, [*imo: consecutus est.] Hinc translate: mente aliquid, i. e. intelligere. Lucr. 1, 447. Nec quae sub sensu cadat ullo tempore

nostros; Nec ratione animi quam quisquam possit apisci. P Deinde, quoniam fere persequimur aliquem, ut eum comprehendamus, est i. q. comprehendere. Lucr. 6, 1234. Quippe etenim nullo cessabant tempore apisci Ex aliis aliis avari contagia morbi. Pl. Epid. 5, 2, 3. Sine, me hominem apisci, h. e. assequi. Deinde latiori sensu i. q. obtinere, c. accusativo. Sulpic. ad Cic. Fam. 4, 5. ad f. Vidimus magnam ex ea re te laudem apisci. Tac. A. 4, 1. Summa apiscendi libido. Id. ib. 4, 16. Qui id Flaminium apisceretur. Pl. Capt. 4, 1, 8. Sine sacris hereditatem sum aptus effertissimam. Catull. 64, 145. dum aliquid cupiens animus praegestit apisci. Hoc sensu etiam cum genitivo construitur: Tac. A. 3, 45. dum dominationis apisceretur. Cf. Lips. ad 3, 55. et nos sub ADIPISCOR. Sunt qui apud Cic., Sulpic. et Tac. fere adipisci substituant: sed jamdiu est, cum queruntur critici hoc verbum tum in his, tum in aliis locis, ut et apud Sall., Varr., Liv. 1, 3. et 6. et alios, a sciolis, aut ab imperitis librariis depravatam esse. De participio aptus alia exempla ex Accio, Pacuvio, et Lucilio affert Non. 4, 3. P Passiva significatione. C. Fannius apud Priscian. 8. p. 791. Haec apiscuntur, h. e. εὐτυγχάνονται, ut ipsemet Prisc. interpretatur: alii leg. ἀπiscονται. P [Particip. Apiscendus ap. Tac. A. 1, 31. Praebuit juveni facultatem apiscendi favoris. Manil. 3, 145. Ultimus et totam concludens ordine summam, Rebus apiscendis labor est, qui continet omnes Votorum effectus, h. e. opibus acquirendis. F.]

[APISION, i, n. herba, alias isatis. Appul. Herb. 69. F.]

*APITAMI, orum, Arabiae populi. Plin. 3, 28. B. A.

APIUM, ii, n. ἄπιον, herba ab apibus dicta, quibus est gratissima; cujus plura sunt genera. Id enim, quod sponte in humidis nascitur, helioselinum vocatur (hoc est apium palustre, ἑλειοσέλινον, ab ἑλειος, palustris) uno folio, nec hirsutum. Rursus in siccis hipposelinum (ἵπποσέλινον, hoc est apium majus: ἵππος enim in compositione auget) pluribus foliis, simile helioselino. Tertium est oreoselinum (h. e. montanum, ab ὄρος, mons) cicutae foliis, radice tenui, semine anethi, minutiore tantum. Item sativum, seu hortense, quod et ipsum differentias habet in folio denso, crispo, aut rariore et leviori: item caule tenuiore, aut crassiore. Et caulium aliorum candidus est, aliorum purpureus, aliorum varius. Haec ex Plin. 19, 8, 37. P Apii sativi multus est usus in condimentis, vocaturque alio nomine petroselinum (tametsi petroselinum etiam aliam herbam ab apio diversam significat.) V. PETROSELINUM. P Adhibebatur apium in coronamentis convivalibus, ut colligitur ex Hor. Od. 1, 36, 16., ib. 2, 7, 24. et ib. 4, 11, 3. [*Praecipue adhibebatur ad coronas apium palustre, Apium graveolens L. Sellerie, cf. Voss. ad Virg. G. 4, 121. P In magnis Graeciae ludis Nemeae corona ex apio donabatur, qui vicisset, ut est apud Plin. 19, 8, 46., Juven. 8, 226. et Marcell. Empir. c. de apio, ubi addit, primum Herculem hujusmodi coronam meruisse: scribit etiam, ideo apium dictum, quod apex hanc (herbam) ferre solebat Victoris, veterum fieret dum more triumphus. Sed homini medico notationem ineptam afferenti ignoscendum est.

APLANES, ἀπλανής, hoc est non vagus, non errans: vox Graeca ab a privativa, et πλάνη, error, erratio: et apud Macr. Somn. Scip. 1, 9. et 11. Latinis litteris scripta legitur.

APLŪDA et Appluda, ae, f. ἀπλῦδιον, palea minutissima frumenti, quae et acus dicitur, quae in terendis spicis in area excutitur, et evolat. Ita dicta pro aplauda (ea ratione, qua cludo pro claudod dicitur) ab applaudendo, hoc est excutiendo, quia terendo excutitur: ex quo malunt alii appluda scribere duplici pp: tametsi in libris apluda saepius legitur. Festus: Apluda est genus minutissimae paleae frumenti, sive panici; de qua Naevius: Non hercle apluda est hodie quam tu nequior. Plin. 18, 10, 23. Milii, et panici, et sesamae purgamenta apludam vocant, et alibi aliis nominibus. P Accipitur etiam pro furfuribus, quia furfures cum acerbis quandam habent affinitatem. Utraque enim frumenti purgamenta sunt: apluda cum in area teritur, furfures, cum pinsitur, aut molitur in farinam. Non. 2, 11. et Gell. 11, 7. Apludam veteres rustici frumenti furfurem dicebant. Gell. l. c. affert haec verba cujusdam caesidici sui temporis: Hic eques Romanus apludam edit, et floces bibit. Addit autem tum is, tum Non. etiam a Plauto in Astraba, seu Clitellaria hanc vocem hoc sensu usurpatam fuisse, sed inter obsoletas esse censendam. P Denique Festus addit, putare nonnullos apludam esse sorbitionis liquidissimum genus, quod flatu dejiciatur, et quasi applaudatur. Sed hujus notionis nullum aliud suppetit testimonium. P Voss. Etymol. monet, in quibusdam MSS. Festi legi aploda.

APLUSTRE, is, n. et in plur. num. Aplustria et Aplustra, Paul. ex Festo ait, esse navium ornamenta, ita dicta, quia erant amplius quam es-

et Liv. 25, 12. et 27, 23., ubi plura de eorum institutione. Cic. Att. 2, 19. Ludis Apollinaribus Diphilus tragoedus in nostrum Pompejum petulant...

APOLLINEUS, a, um, adj. ad Apollinem pertinens. Or. Met. 1, 473. Apollineae medullae, h. e. cor et pectus Apollinis. Id. ib. 15, 533. Apollinea proles, h. e. Aesculapius Apollinis filius. Id. ib. 9, 454. Frater Byblidis Apollineus, h. e. filius Mileti filii Apollinis. Id. ib. 13, 631. Apollinea urbs, h. e. Delus. Stat. Th. 11, 12. mater, h. e. Latona. Mart. 10, 12. Vercellae Apollineae, h. e. ubi Apollo colebatur: vel ubi colebantur assidue liberales disciplinae, quarum praeses est Apollo. Or. Met. 11, 8. Apollineus vates, h. e. Orpheus peritissimus poeta. Id. ib. 264. Apollinea ars, h. e. ars vaticinandi. Id. Trist. 3, 3, 10. eandem intelligit artem medicam: utriusque enim et medendi, et vaticinandi inventor habetur Apollo. Id. Fast. 6, 91. Apollinea laurus. Claud. Rapt. 3, 373. Apollineum nemus, h. e. lauretum: laurus enim Apollinis arbor dicitur.

APOLLO, inis, m. Ἀπόλλων, ὄρος, Latonae Jovisque filius, uno partu cum Diana editus in insula Delo. Plures Apollines Cic. enumerat N. D. 3, 23., quorum primus est Vulcani et Minervae filius, Athenarum custos: alter Corybantis filius, natus in Creta, ejus de illa insula certamen cum Jove fuisse traditur: tertius Jove et Latona natus, quem ex Hyperboreis Delphos ferunt advenisse: quartus in Arcadia, quem Arcades Nomionem appellant, quod ab eo se leges ferunt accepisse, quae ῥόμου Graece dicuntur. Sed praecipue de Apolline Latonae filio loquuntur poetae, ejus nomen Graecum est, Ἀπόλλων: ejusque etymologia varie a variis traditur. V. Foss. Etym. in Sol. P. Est autem Apollo idem ac Sol, et Phoebus: item Liber pater, seu Bacchus, ut docet Serv. ad A. 6, 78. et Macr. Sat. 1, 18., ubi hac de re plura. Hinc Luc. 5, 71. Parnassum montem ait et Baccho et Phoebos sacrum esse, cui numine mixto Delphica Thebanae referunt trieterica Bacchae. Addit Sero. ad Ecl. 5, 66. ex Porphyrio, triplicem esse Apollinis potestatem, et eundem esse Solem apud Superos, Liberum patrem in terris, Apollinem apud inferos: unde etiam tria insignia circa ejus simulacrum esse, lyram, quae nobis coelestis harmoniae imaginem monstrat; gryphen, seu gryppum, qui eum etiam terrenum numen ostendit; sagittas, quibus infernalis Deus et noxius judicator. P. Dicitur inventor ac pater quatuor utilissimarum artium, sagittandi, vaticinandi, medendi, et carmina faciendi, simulque lyra canendi. Sagittandi artem tum ostendisse dicitur, cum adhuc puer sagittis Pythonem confixit, unde et Pythius cognominatus est. V. PYTHON. Vaticinandi pater dicitur est propter multa oracula edita, praesertim Delphis, ubi diu claruit: quare et Delphicus est appellatus. V. DELPHI. In medendi vero arte adeo laudatur, ut filium suum Aesculapium etiam mortuos ad vitam revocandi rationem docuerit: quod cum is semel esset ausus, a Jove fulmine ictus est. V. AESCULAPIUS. Porro quod ad poesim pertinet, Apollo praeses dux ac pater musarum passim dicitur a poetis. Or. etiam Her. 16, 180. ab eo moenia Trojae condita fuisse tradit, collectis saxis lyrae sono: quam artem et Amphion postea, et Orpheus ab eo accepere, ideo Apollinei vates dicti. P. Habitus est etiam pastorum Deus, quod fertur aliquando Admeti armenta pavisse. V. ADMETUS. Hinc pastor dicitur a Virg. G. 3, 2. P. Huic Deo laurus praecipue cara fuit propter Daphnem nympham ab eo adamatam, et in eam arborem conversam. V. DAPHNE et LAURUS. P. Variis cognominibus appellatur, praesertim ductis a variis locis, in quibus praecipue cultus est, ut Delius, Clarius, Lycius, Pataraeus, Thymbraeus, Actius, et sexcenta hujusmodi. P. Intonsus fingitur et imberbis, perpetuae juvena ac pulcritudine florens, quia nihil sole pulchrius. Hinc formosus, pulcher, flavus passim a poetis dicitur. Pingitur autem cum laurea corona, lyram seu citharam manu tenens, vel cum pharetra et arcu. Ejus habitum pompamque poetice describit Tibull. 3, 4. a v. 23. et Sidon. Carm. 22. v. 64. et sqq. Alia multa, quae de Apolline fabulati sunt veteres V. apud Mythologos. Hor. Sat. 2, 5, 60. Divinare etenim magnus mihi donat Apollo. Id. Od. 1, 31, 1. Quid dedicatum possit Apollinem, etc. Martial. 2, 89. Carmina quod scribis musis et Apolline nullo. Cic. N. D. 3, 23. Apollinum antiquissimum is, quem, etc. P. [Apollinis urbs magna in Aegypto Superiore fuit vel Thebaide. Plin. 5, 9. Dicta et Apollonopolis. P. Apollinis oppidum dictum est Meroe. Id. 6, 30. P. Apollinis promontorium in Africa Propria fuit, in Zeugitana, prope Uticam, e regione Sardiniae. Id. 5, 4. P. Aliud Apollinis

promontorium, in Mauritania Caesariensi. Id. ib. 2. P. Apollinis Phaestii portus, in Locride. Id. 4, 3. B. A.]

APOLLODOREUS, a, um, Ἀπολλοδόρεος, ad Apollodorum pertinens. Apollodori rhetoris, Pergameni et Caesaris Augusti praeceptoris saepe meminit Quint., ut 2, 11., 12, 15. et 3, 1. Apollonius Pergamenus, qui praeceptor Apolloniae Caesaris Augusti fuit, et Theodorus Gadareus; hi diversas opiniones crediderunt, appellatique inde Apollodori et Theodori.

APOLLODORUS, i, m. Ἀπολλόδωρος (ab Ἀπόλλων Apollo, et δῶρον, donum, h. e. Apollinis donum) Plures fuerunt hujus nominis viri illustres. Apollodorus Atheniensis comicus, fabulas scripsit XLVII., fuit quinquies victor, teste Suida. Ab eodem Hecyram suam Terentius expressit, nec non Phormionem. P. Apollodorus Celus, (lege Gelous) comicus e Gela fuit Siciliae urbe ἀγγερονος τοῦ κομικοῦ Μεγάρων, teste eod. Suida. P. Apollodorus Tarsensis, tragicus, memoratus a Suida, qui fabularum ab ipso scriptarum nomina profert. P. Apollodorus Atheniensis, grammaticus, Asclepiadae filius, Aristarchi grammatici, item Panaetii Rhodii, et Diogenis Babylonii, philosophorum Stoicorum, discipulus; scripsit Chronicon, Attalo secundo Philadelpho, Pergami regi dicatum. Scripsit etiam Bibliothecae libros tres, qui ad nos pervenerunt. De eo Cic. Att. 12, 23., Macr. Sat. 1, 13., Gell. 17, 4. P. Alius Pergamenus, rhetor, Cassidii (al. Callidii) itemque Caesaris Augusti praeceptor ac familiaris, auctor sectae Apollodoreae fuit, Theodoro oppositae. Scripsit et de rhetorica. Suet. Aug. 89. V. Quint. in APOLLODOREUS. P. Apollodorus Alexandrinus, comicus (quem laudant Caepelin. et Forc.) omnino ignotus. Fuit tamen Apollodorus Carystius, comicus, multis veterum laudatus, qui cum Apollodoro Gelo saepius confunditur, Polluce eos aperte distinguente. P. Apollodorus quoque ex Epicuri discipulis fuit, cognomento κρητογράφος. Scripsit XL. volumina, teste Laertio l. 10., qui Apollodorum Epicureum appellat. Adde Cic. N. D. 1, 34. P. Fuere et medici duo Apollodori, Tarentinus, et Citiensis, a patria cognominati. Plin. 14, 7, 9. et 20, 4, 13. P. Apollodorus, tyrannus Cassandreae. Cic. N. D. 3, 33. P. Apollodorus Lemnius, rei rusticae scriptorem, memorat Varr. R. R. 1, 1. P. Fuit et hoc nomine pictor insignis Atheniensis, de quo Plin. 35, 9, 36. P. Et statuarius nobilis. Id. 34, 8, 19. P. Alius Amphipolitanus ab Alexandro Babylone discedente relictus, ut cum Menete regioni Babyloniae et civitati praesesset. Curt. 5, 1. P. Alius Erythraeus, historicus, Sibyllam Erythraeam civem suam fuisse tradidit. Lactant. 1, 6. P. Apollodorus Damasceus, architectus, floruit sub Trajano et Hadriano, a quo relegatus, deinde interfectus est. Scripsit πολιοχηρικά, sive librum de machinis obsidionalibus. Spartian. Hadrian. 19. P. Apollodorus Pyragrus, Agyrensis, memoratus Cic. Verr. 2, 1, 31. P. [Haec ex Appendice Jacobi Bailey ad Lex. Forc. addidit Furl., iis omissis, qui vel incerti sunt, vel in graecis tantum auctoribus commemorantur. Plura habent Scip. Tettius Neap. in commentario de Apollodoris; Jonsius, de Hist. philos. script. 17. et Th. Gale in diss. de scriptoribus mythol., editioni Apollodori Bibliothecae Parisiensis 1675 praemissa, quos idem laudavit Bailey.]

APOLLONIA, ae, f. Ἀπολλωνία, nomen est aliquot celebrium urbium, quarum praecipuas enumerat Bail., [ut Apollonia in Epiro, quae memoratur a Strab. 17. quam de urbe in Aetolia insula, Echinadam una, intelligendam putat Ortelius, vel de Apollonia, Aetoliae urbe, memorata a Liv. 28, 8. P. Item Cretae oppidum. Plin. 4, 12. P. Item Syriae, testibus Strab., Appian. et Steph. P. Et Thraciae, ad Pontum Euxinum. Plin. 34, 7, 4, 11. Mel. 2, 2. P. Et Macedoniae, in Chalcidica. Plin. 4, 10. Liv. 45, 28. P. Item oppidum in Mygdonia, teste Plin. ib. P. Item Illyriae urbs, inter Dyrrachium et Aulonem. Cic. Phil. 11, 11. Id. Fam. 3, 29. Caes. B. C. 3, 12. P. Item oppidum Cyrenicae, cum portu cognomine. Plin. 5, 5. Mel. 1, 8. P. Et in Samaria maritimum, inter Caesarem et Joppen. Plin. 5, 13. Apolloniae audit Anton. Itin. P. Et in Mysia, ad flumen Rhyndacum. Plin. 5, 30. P. Fuit et Apollonia insulae nomen in Ponto Euxino. Id. 6, 12.] B. A.

APOLLONIATES, ae, et is, m. qui est ex Apollonia urbe. Cic. N. D. 1, 12. Diogenes Apolloniatum, et Apolloniatae, atarum, et Apolloniates, tum, et tum, Ἀπολλωνιαταί, Apolloniae populi. Plin. 5, 29, 29. Hydissenses, Apolloniatae, Trapezopolitae. Id. 4, 13, 27. Apolloniatarum insula circa Istrum. Id. 3, 11, 16. Apolloniatarum oppidum. Id. 2, 106, 110. Nymphaei crater dira Apolloniatis suis portendit. Liv. 24, 40. Juventus Apolloniatarum. Et 26, 25. Apolloniatarum fines.

APOLLONIATICUS, a, um, adj. ad Apolloniam pertinens. Plin. 35, 15, 51. Apolloniaticum bitumen, h. e. quod circa Apolloniam Epiri urbem effoditur, de quo etiam Vitr. 8, 3. verba facit.

APOLLONIDENSIS, se, adj. ad Apollonideam

pertinens, Lydiae urbem inter Pergamum et Sardes, in cujus nummis apud Eckhel. D. N. V. T. 3. p. 92. ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΙΩΝ. Hujus urbis nomen firmatur ex insigni basi Puteolana peculiari commentario illustrata a Laur. Gron. Antiquit. T. 7. p. 433. Cic. Flacc. 29. Haec Apollonidenses, occasione facta, ad Flaccum detulerunt. Tac. A. 2, 47. Philadelpheni, Aegeates, Apollonidenses. Plin. 5, 30, 33. Ad eam conveniunt Attalenses, Pantaenses, Apollonidenses. P. Apud Cic. et Plin. l. c. male editum est Apollonidenses.

*APOLLONIDES, ae, Ἀπολλωνίδης, incertae aetatis auctor, Europae περιόλου scripsit. Plin. 7, 2. B. A.

APOLLONIENSIS, se, adj. ad Apolloniam urbem pertinens. Cic. Verr. 2, 3, 43. Apolloniensis civitas. P. Apollonienses, ium, sunt Apolloniae urbis cives. Justin. 9, 2.

*APOLLONIUS, i, m. Ἀπολλώνιος, Alabandensis, dicendi magister clarissimus, mercede docuit rhetoricam, sed minus idoneos noluit docere, dimisso discipulorum singulo quoque, quem ad aliam potius artem putabat esse aptum. Cic. Or. 1, 28. Id. ib. 17. Suet. Caes. 4. Vixit in Rhodo. V. MOLON. P. Alius, Syrus, Platonius. Spartian. in Hadr. 2. P. Apollonius Thyanaeus, professione fuit philosophus Pythagoricus, re ipsa autem Magus consummatus. Vitam ejus scripsit Philostratus. Ammian. 21, 14. (al. 28.) Lactant. Institut. 5, 2. P. Alius, Panormitanus, de quo Cic. Verr. 5, 7. P. Apollonius, libertus P. Crassi M. F. doctus. Id. Fam. 13, 16. P. Plures Apollonios laudat Vossius de Hist. Gr. 1, 22. Jonsius de Script. Hist. Phil. 3, 9. itemque Meursius in tractatu de Apolloniis. B. A. [Item cognomen Romanum. Inscr. ap. Fabrett. p. 2. n. V. P. Annus Apollonius. Alia ap. Murat. 1128, 5. Albia Apollonia. F.]

[APOLLONOS gonos vocatur herba forte eadem quae Apollinaris. Appul. Herb. 90. F.]

*APOLLONOSHIERITA, ae, m. ad urbem Lydiae pertinens, Apollonoshieron (h. e. Apollinis fanum) dictam, in cujus nummis apud Eckhel. D. N. V. T. 3. p. 93. ΑΠΟΛΛΩΝΙΕΡΗΤΩΝ. Plin. 5, 29, 30. Apollonoshieritae, Mesotimolitae, et alii ignobiles. B. A. et F.

[APOLLOPHANES, is, m. Apollo apprensus, qui videtur Apollo, ab Ἀπόλλων, et γαῖνον appreo. Cognomen Romanum. Inscr. ap. Grut. 77, 2. Q. Lollius Apollophanes. F.]

*APOLLOPOLITES NOMOS vel Apollonopolites Nomos, praefectura, cujus caput Apollinis urbs magna. Plin. 5, 9. V. Apollo in f. B. A.

APOLOGATIO, onis, f. id. q. apologus, hoc est fabulosa narratio. Quint. 5, 11. ante med. Aivov Graeci vocant λόγους μυθικούς: nostrorum quidam non sane recepto in usum nomine, apologationem.

APOLOGETICUS, a, um, adj. ἀπολογητικός, ad defensionem causae pertinens: ab ἀπολογία. V. v. seq. Tertullianus librum suum, quo Christianorum contra Gentiles causam tuetur, Apologeticum inscripsit. Est etiam Hieronymi Apologeticum ad Domnionem.

APOLOGIA, ae, f. ἀπολογία, oratio qua se quis, et sua facta defendit, aut excusat, aliorumque accusationes, et argumenta refellit, ab ἀπολογία, dicendo refello, refuto, confuto. Est Appuleji liber hoc titulo inscriptus. Utitur etiam Hieron. in Rufin. 2, 4. et 6. et alibi.

APOLOGO, as, a. Sen. ep. 47. Retulit illi gratiam servus, ille in primam decuriam conjectus, et ipse illum invicem apologavit, et ipse non iudicavit domo sua dignum. Ablegavit malebant quidam, tum quod apologavit insolens verbum est, et semi-barbarum, tum quod totus hic locus corruptus videtur: at Lipsius ex consensu librorum apologavit retinet, et interpretatur, convicio affecit, vel notavit, a Graeco ἀπολόγω, quod et rejicere, repudiare significat.

APOLOGUS, i, m. ἀπόλογος, narratiuncula ficta, et fabulosa, ea praesertim, in qua animalia rationis expertia, et plantae loquentes induuntur, quales sunt fabellae Aesopi, Phaedri, etc., ex quibus aliquod vitae praeceptum eruitur. Differt a fabula, quae est narratio major, et proprie μῦθος dicitur: fere autem possibilia et verisimilia continet, qualia sunt hominum, ac Deorum facta. Ita porro se habent inter se, ut omnis apologus fabula dici possit, non tamen contra. Nam epopeja, v. gr., tragoedia, comoedia apologi dici non possunt. Itaque fabula est nomen tum generis, tum speciei, apologus speciei tantum. Dicitur est ex ἀπό, ab, et λέγειν, dicere, quia in hujusmodi fabulis aliud significari volumus, atque ipsa sonat narratio, et ab illo, quem habent, sensu ad alium traducere: vel dicitur est, quasi λόγος ἀπό λόγου, quia aliud aperte dicit, aliud innuit. [Cf. Graeca lex.] Cic. Inv. 1, 17. Incipere ab aliqua re, quae vel apologum, vel fabulam, vel aliquam contineat irrisionem. Auct. quoque ad Her. 1, 6. apologum et fabulam conjungit. Rursus Cic. Or. 2, 66. Ad hoc genus adscribamus etiam narrationes apologorum. Pl. Stich. 4, 1, 32. Agere alicui apologum,

51

cessit rea; nihilominus tamen Apostoli redditi sunt. Paul. Sent. 5, 33. Litterae dimissoriae dirigantur, quae vulgo apostoli appellantur. Imp. Dioclet. et Maxim. Cod. 7, 62, 6. Apostolos alicui dare. P. Apud Christianos scriptores καὶ ἐξοχήν Apostoli dicuntur Jesu Christi D. N. legati, missi per universum terrarum orbem ad evulgandum Evangelium gratiae Dei. Tert. Praescr. adv. haeret. 20. Apostoli, quos haec appellatio missos interpretatur. Prud. Ham. v. 508. Doctor Apostolus.

APOSTROPHE, es, et Apostropha, ae, f. ἀποστροφή, hoc est aversio, ab ἀποστρέφω, avertō. Est hoc nomine figura rhetorica (quam Quint. itidem aversionem appellat 9, 2.) et fit cum in media oratione sermonem orator a iudice, vel ab auditore avertit repente, et in alium convertit, ut in illo Cic. Lig. 3. ad f. Quid enim, Tubero, tuus ille districtus in acie Pharsalica gladius agebat? Sic dicitur ἀποστροφή ab eod. Quint. ib. 3. illud Virg. G. 2, 170. haec Decius, Marios, magnosque Camillos, Scipiadas duos bello, et te maxime Caesar; ubi ex improvise mutatur incepta forma loquendi: atque hac persaepe utuntur poetae. Capell. 5. p. 171. Apostrophe est in aliquem districta conversio, etc. Ascon. ad illa verba Cic. Verr. 2, 1, 9. Hic tu fortasse eris diligens, etc. Apostropha ad ipsum Hortensium, qua ostendit, etc. Adde Hieron. in Hierem. 13.

APOSTROPHOS et Apostrophus, i, m. ἀποστροφος, hoc est aversus, apud grammaticos est semicirculus aversus ad summam litteram consonantem appositus, cui vocalis est subtracta, ut Tanton me crimine dignum? Ita describit Diomed. 4. p. 430. Adde Prisc. in l. de accentib. p. 1287. et Donat. p. 1742., qui omnes Latinis litteris scribitur.

APOTAMIA, ae, f. Graeca vox, quae Latine cella penuria: a φαλας, promus condus. Latine scripta legitur apud Coel. Aurel. Acut. 3, 21.

APOTÉLESMA, ätis, n. ἀποτέλεσμα, hoc est effectio, effectus, ab ἀποτελέω, efficio, perficio. Ab astrologis ita appellatur effectus stellarum, hoc est quidquid ex astrorum convenientia, mutuoque respectu in natali cuiusque efficitur boni, vel mali. Firm. Mathes. 8, 5, 18. et alibi saepe.

APOTHECA, ae, f. ἀποθήκη (unde Itali derivant bottega [*quod primus observavit Manut. ad Cic. Fam. 8, 6. post. med. ubi simul exponit de discrimine inter taberna, apotheca et officina]), repositorium, cella, in qua aliquid servandum reponitur, ut sunt horreum, cella vinaria, carnarium, et alia ejusmodi in aedibus loca, in quibus cujuscumque generis fruges reconduntur: ab ἀποθήκη, repono. Cic. Vat. 5. Cum omnium domos, apothecas, naves furacissime scrutarere. Id. Phil. 2, 27. Nihil erat clausum, nihil obsignatum, nihil scriptum: apothecae totae nequissimis hominibus condonabantur. Hor. Sat. 2, 5, 6. neque illic Aut apotheca prociis intacta est, aus pecus. Ulp. Dig. 33, 7, 12. a med. Instructo fundo et bibliothecam, et libros qui illic erant, ut quoties venisset, uteretur, contineri constat: sed si quasi apotheca librorum utebatur, contra erit dicendum. P. Saepae specialiter dicitur de cella, in qua vina servantur. Est autem discrimen, licet fortasse non perpetuum, inter cellam vinariam, et apothecam: nam cella vinaria constituitur in ima aedium parte, in qua fit vinum, et in cupis, doliis culleariis aliisque majoribus vasis servatur ad usum familiae: at apotheca erat apud veteres in editiore aedium parte, quemadmodum et horrea, in qua recondebantur amphorae et cadi, ceteraque minora vasa, servandis etiam in multis annos vinis accommodata. Hinc Colum. 1, 6. partem villae fructuariam dividi ait in cellam oleariam, torculariam, vinariam, defrutariam, foenilia, paleariaque, et apothecas, et horrea. Et paulo post monet, apothecas recte superponi fumariorum et balneis, ex quibus fumus exoritur, quoniam vina celerius vetustescunt, quae fumo praecocem maturitatem trahunt. Plin. quoque ep. 2, 17. apothecam et horreum in edita turri esse sita testatur, in Laurentino suo. Hinc Hor. Od. 3, 21, 7. invitat amphoram, ut descendat Corvino jubente, etc. et ib. 28, 7. vult, eam deripi horreo. Et ib. 8, 11. laudat amphoram fumum bibere institutam. Contra cellas vinarias, non in subterraneis, ad certe in plano aedium fuisse satis indicant Varr. R. R. 1, 13. ad f. Plin. 14, 21, 27. Colum. l. c. et Vitr. 6, 9. P. Nunc exempla addantur, quibus apotheca pro vini reposito accipitur. Plin. 14, 14, 16. Apothecas fuisse, et diffundi solita vina, etc. et ib. 4, 6. Tantum pecuniarum detinent vini apothecae. Ulp. l. sup. c. Vina, quae in apothecis sunt. V. integrum locum. Id. 47, 2, 21. In apotheca amphoras esse vini, etc. Arn. 7. p. 236. Vinum omne, quod in cellis atque apothecis est conditum. P. Inter officia domus Augustae fuit servus ab apotheca triclinae. Inscr. ap. Don. cl. 7. n. 34. P. Avidio P. F. Sergia Matrinio Caes. N. ab apotheca triclinae, etc.

APOTHECO, as, a. 1. in apothecam recondo. Venant. epist. praef. carm. 6. l. 5. Quod ille torcular in fletu, iste apothecaret in fructu.

APOTHEOSIS, is, f. ἀποθέωσις, consecratio, seu

relatio hominis demortui inter Deos: Graeca vox ab ἀποθεώω, inter Deos refero, Deum facio. Hanc primus instituit Augustus, qui Julium Caesarem Deum fecit, et ut Deum coli jussit, ut est apud Suet. Caes. 88. Ritus, qui in apotheosi servabatur, accurate Herodian. 4, 2. describit. Tert. Apol. 34. extr. Maledictum est, ante apotheosin Deum Caesarem nuncupari. P. Apotheosis inscriptum est Prudentii carmen, in quo agit de divinitate Christi, et de aliis ad illam pertinentibus.

APOTHEMUM. V. APODERMUS.

APOTHEOSIS. V. APOPHYGIS.

APOXYOMENOS, ἀποξυόμενος, hoc est destringens, abstergens: vox Graeca ab ἀποξύνω, derado, destringo. Fuit hoc nomine celebris statua a Ly-sippo facta hominis se fricantis strigili in balneo, et destringentis, de qua Plin. 34, 8, 19. n. 6.

APOZEMA, ätis, n. ἀπόζημα, decoctum, hoc est aqua, in qua aliquid decoctum sit: ab ἀποζέωμαι, ferveo. Aemil. Macer de Herb. c. de apio. Vel semen potius, vel apozema proderit ejus. Apozema corrupte legitur in quibusdam editionib., ut et Janus Cornar. adnotavit.

APOZYMARE, hoc est fermentare, fervere, a ζυμός, fermento: verbum barbarum, quod legitur apud Theod. Prisc. 1, 19. Sales triti, ac in linteolo ligati aceto infunduntur, et ex hoc vulnus tandiu apozymandum est, vel infundendum, donec sanguinem eliciat, h. e. tandiu aceti acrimonia irritandum, et accendendum, etc.

APPANGO et Adp., is, a. 3. ad aliquid pango, affigo. Paul. ex Festo in Antipagmenta. Antipagmenta valvarum ornamenta, quae antis adpanguntur, id est adfiguntur. V. APPINGO.

APPARAMENTUM, i, n. id. q. apparatus. Fabrett. p. 609. n. 79. Taurobolium fecerunt cum suis hostiis et apparamentis. F.]

APPARATE, adv. ἀδέως, cum apparatu, magnifice. Cic. Att. 13, 52. Edit, et bibit ἀδέως, et jucunde; opipare sane, et apparate. Liv. 31, 4. Ludi scenici magnifice apparateque facti. Plin. ep. 1, 15. Potes apparatius coenare apud multos; nusquam hilarius.

APPARATIO, onis, f. παρασκευή, apparatus, [*proprie significat curam, quae ponitur in iis quae vel necessaria vel utilia sunt ad negotium aliquod conficiendum. Vitr. 2, 10. Quoniam de apparationibus est explicatum, h. e. de comparatione materiei, ex qua aedificia fiunt. [*Auct. ad Her. 2, 4. si ex altera parte vires, pecunia, consilium, scientia, apparatio (i. e. variae rei peragenda molitiones) videbitur fuisse.] Praecipue de magno et sumtuoso apparatu. Cic. Off. 2, 16. Laudare magnificentiam et apparationem popularium munerum. P. Translate. Cic. Inv. 1, 18. Exordium debet habere splendoris, et festivitatis, et concinnitudo minimum, propterea quod ex his suspicio quaedam apparationis [*i. e. meditationis antea institutae], atque artificiosae diligentiae nascitur. Auct. ad Her. 1, 8. Alterum genus narrationis est, quod intercurrit nonnunquam, aut fidei, aut criminationis, aut transitionis, aut alicujus apparationis, vel laudationis causa, h. e. [*praeparationis certorum locorum] cum in media oratione breviter narratur aliquid ad sternendam veluti materiam et praeparanda ea, quae dicturi deinceps sumus.

APPARATOR, oris, m. qui apparat. Liv. 44, 9. Interdum plures ab apparatoribus ludi armati inducebantur. Plerique al. leg. plures apparatoribus ludis, etc. [*Omnino. Cf. 31, 4. ludi apparate facti.] Inscr. ap. Murat. 511, 1. Rogator Mag. Quing. Conleg. Appar. Annal. iterum. Ipse Murat. quid sibi velit illud Appar. se ignorare fatetur, [*sed putat esse i. q. apparator.]

APPARATORIUM et Adp., ii, n. ἐξαγιστήριον, locus prope sepulcrum muro circumdatus ac tectus, ad lustrationem sepulcri, et coenas anniversarias funebres inter propinquos amicosque celebrandas, ut quidem interpretatur Fabrettus, qui has affert Inscriptiones c. 3. n. 609. Hoc adparatorium pertinet ad monumentum Q. Aquilii Dionysii, etc. et n. 110. Porticum cum apparatorio, et compitum a solo pecunia sua fecerunt, etc. Gloss. Vet. Ἐξαγιστήριον, apparatorium, scil. ab ἐξαγίζω, apparo, instruo. Reinesius cl. 17. n. 14. priorem Inscriptionem et ipse affert, et adparatorium interpretatur ustrinum, qui erat locus, in quo parabatur rogas ad cremanda cadavera: hoc autem male confirmat auctoritate Servii, qui ad A. 3, 22. docet, apparatus mortuorum vocari funus; non vero, ut Reines. asserit, funus mortuorum appellari apparatum. In altera (quae habetur etiam in Antiquit. Benevent. cl. 6. n. ult. et explicatur ib. p. 276.) nulla est mentio sepulcri, sed epuli et lustrationis. P. Jo. Rhod. in notis ad Scribon. Compos. 212. in priore Inscript. legit apparitorium, quod non habet hic locum.

APPARATRIX, icis, f. quae apparat. Hieron. ep. 18. ad Damas. de Seraphim. n. 14. Apparatrices in coelestibus virtutes.

APPARATUS et Adp., us, m. παρασκευή, apparatus, [*dicitur interdum active, τὸ παρασκευάζειν. Suet. Ner. 56. in ipso sacrificii apparatu. Id. ib.

12. inter buthysiae apparatus.] Cic. N. D. 1, 8. (de apparatione ad creationem mundi) desidero ministros, machinas, omnem totius operis designationem et apparatus. Plerumque autem passive, i. q. apparatus, s. quod apparatus est; quo sensu etiam de singulis rebus, e quibus apparatus constat, dicitur, i. e. de instrumentis, suppellectili etc. Suet. Aug. 96. Apparatus rei divinae, h. e. instrumenta sacrificii. Plin. 13, 1, 1. Darii, h. e. supellex. Id. 22, 23, 47. argenteus. Ulp. Dig. 14, 4, 5. tabernae, h. e. instrumenta. Plin. 14, 19, 24. Apparatus vini, h. e. ea quae pertinent ad vinum servandum. Id. 36, 6, 5. marmorum. Ac de bellico apparatu, i. e. machinis, balistic etc. Cic. Acad. 4, 1. belli instrumenta et apparatus. [*Alio modo haec junxit Suet. Caes. 37. triumphum egit, diverso quemque apparatu et instrumento; h. l. refer app. ad praedam, argentum etc., quibus triumphus splendorem et magnificentiam nanciscebatur; instrum. ad vestes, ad fercula etc. cf. ib. 84.] Nep. Eum. 5. apparatus et munitiones incendere et disjicere. [*Liv. 34, 33. omnem apparatus oppugnandarum urbium muris admove-runt. — Ac de hominibus: Liv. 9, 7. dimissus auxiliorum apparatus. Porro id. 25, 14. plaustrorum et jumentorum. Id. 26, 47. captus et ingens apparatus belli.] Ac de aliis: Cic. Att. 6, 9. apparatus triumphi. [*Liv. 28, 29. supplicii. id. 10, 38. sacri. Cic. Rep. 2, 14. apparatus sacrorum facilem esse voluit Numa.] Id. Off. 2, 16. ludorum venationumque apparatu pecunias profundere. [*Sic in ludis scenicis apparatus dicitur de omnibus iis, quibus oculorum potius quam aurium voluptas quaeritur. Cic. Fam. 7, 1. apparatus spectatio tollebat omnem hilaritatem (sc. quae peti poterat ex ipsa fabula). Quid enim delectationis habent sexcenti muli in Clytemnestra; aut in equo Trojano craterarum tria millia etc.] P. Praecipue autem de ea apparatione dicitur, quae copiam ac magnificentiam habet adjunctam, [*unde voc. nostrum Pracht originem duxit.] Cic. Off. 1, 8. Delectant enim magnifici apparatus, vitaeque cultus cum elegantia et copia. Id. Or. 25. epularum apparatus. [*Et plur. numero Suet. Vit. 13. singuli apparatus (epularum). cf. ib. 10.] Id. Vat. 13. Omitto epulum populi R., festum diem argento, veste, omni apparatu ornatuque visendo. [*Plura hujus generis collegit Gron. Stat. diatr. p. 81. sq. ed. Hand.] Id. Fam. 9, 19. Tenui apparatu contentum esse. Tac. Hist. 2, 62. Exhausti convivorum apparatibus principes. Cic. Somn. Scip. 1. Apparatu regio accipere aliquem. Sic Nep. Paus. 3. Apparatu regio uti. P. Hinc translate: Cic. Brut. 76. Praecepta dicendi, quae si minorem habent apparatus (sunt enim exilia), tamen habent ordinem, et quasdam errare in dicendo non patientes vias. [*Loquitur h. l. de ornatu, qui in elocutione adhibetur; cf. ib. 78. et Ernest. lex. techn. lat. p. 24.] Id. Or. 1, 53. Dicere causam nullo apparatu, pure et dilucide. P. [*Confunduntur apparatus et comaeatus, Liv. 22, 37. ibique Drak. De comaeatu intellexisse videtur Forc. supra in loco Nep. Eum. 5. quod nobis secus videtur.]

APPARATUS et Adp., a, um, part. v. apparō, παρασκευασμένος, adornatus, instructus. Pl. Merc. 5, 2, 10. Apparatus sum, ut videtis. Ter. Andr. 5, 2, 6. Omnia apparata jam sunt. Cic. Inv. 1, 34. Domus omnibus instructoribus et apparati-or. Id. Sext. 54. Ludi apparatissimi et magnificentissimi. Suet. Ner. 9. Apparatissimum funus. [*Id. Tit. 7. munus edidit apparatissimum largissimumque.] Sen. ep. 83. sub f. Apparatis epulae. [*Liv. 23, 4, 3. apparatis accipere epulis, ibique Drak.] P. Translate. Auct. ad Her. 1, 7. In exordienda causa servandum est, ut lenis sit sermo, et usitata verborum consuetudo, ut non apparata oratio esse videatur, [*i. e. studiosius et exquisitius facta, multa cura praeparata, prorsus eo modo, quo dicuntur epulae apparatus.] Sic id. ib. 7. Exordium nimium apparatis verbis compositum, i. e. exquisitis, cum artis cura et studio elatis. cf. Ernest. l. l. in v. praec.]

APPARENTIA, ae, f. actus apparendi, manifestatio, ἐπιφάνεια. Tert. adv. Marc. 1, 19. Pax Evangelii illaesa, et inconcussa ab apparentia Christi usque audaciam Marcionis. P. Item externus rei aspectus. Firm. Mathes. 5, 8. Homines venusti, bene compositi, bonae apparentiae, et qui ornatis versibus delectentur.

APPAREO, et Adp. āres, arui, aritum, n. 2. γαίρωμαι, prodire, adesse, praesto esse: ex ad et pareo. Cic. Flacc. 12. Si qua uspiam navicula praedonum apparuisset. Id. Div. 2, 68. Equus mecum una demersus, rursus apparuit. [*Suet. Aug. 10. eum fugisse ac post biduum demum apparuisse.] Id. prooem. Parad. ad f. Quoniam illud majorum vigiliarum opus in tuo nomine apparuit, i. e. tuo nomine inscriptum editum est. Id. Or. 1, 9. Nul-lum in eo eloquentiae vestigium apparet, i. e. in eo visitur. [*Suet. Aug. 73. instrumenti parsimonia apparet etiam nunc.] Id. fragm. ap. Prisc. 6. p. 706. Unde appares, o Socrate! an quidem dubium non est, quin ab Alcibiade? Pl. Capt. 2, 3, 97. Jam ego apparebo domi. Cic. Div. 2, 30. in

vero etiam non appellato solo, ac sponte, maximeque in Idaeis montibus plurima, etc. P Alloquimur eos quoque, a quibus auxilium expectamus. Hinc est i. q. vocare, invocare, in auxilium rogare. Cic. Flacc. 2. Quem enim alium appellem? quem obtester? quem implorem? senatumne? at is ipse auxilium petit a vobis, etc. Id. Verr. 2, 5, 72. Vos etiam atque etiam implorem et appello, sanctissimae Deae, quae, etc. Id. Quint. 30. Qui Deus appellandus est? cujus hominis fides imploranda? P Hinc saepe est verbum forense, et ponitur pro provocare ab uno ad alium iudicem, et ponitur pro provocare ab uno ad alium iudicem, et ponitur pro provocare ab uno ad alium iudicem, etc. [*V. Lex. jurid. ex Brisson. Hotom. Pratej. Cujac. (Genev. 1615.) p. 122. Beier.] Cic. Verr. 2, 5, 65. Appellare praetorem. Id. Quint. 20. A praetore tribunos appellare. Quidam leg. ad tribunos, sed invitis plerisque Criticis et optim. codd. [*Semper, quantum scimus, Cicero omnesque aetate scriptores, ut etiam monuit Gesner. in hac significatione casum sine praepositione ponunt; cf. etiam Drak. ad Liv. 9, 26, 10. et, quem nobis indicavit Beier., Titium in suspect. p. 176.] Et passive. Id. ib. Tribuni appellabantur. Paul. Dig. 4, 4, 39. Appellare ad imperatorem. Ulp. ib. 49, 1, 1. in fin. et Paul. ib. 9, 1. adversus aliquem. Scaev. ib. 1, 28. contra aliquem. Modestin. ib. 48, 2, 18. adversus sententiam praesidis. Id. ib. 49, 1, 19. ex sententia. Paul. ib. 8, 3. a sententia. Imp. Alex. Cod. 7, 16, 4. de sententia iudicis. P Sumitur etiam generatim pro in jus vocare. Cic. Off. 1, 25. Cavendum est etiam, ne major poena quam culpa sit, et ne iisdem de causis alii plectantur, alii ne appellentur quidem. P Quoniam, quem alloquimur, nomine suo compellamus, est i. q. nominare, vocare. Cic. Or. 1, 56. Appellare aliquem nomine. Sic Id. Verr. 1, 36. et Caes. B. G. 2, 25. Appellare aliquem nominatim. Cic. Fam. 9, 22. Suo quaque rem nomine appellare. Id. Phil. 13, 10. O Spartace! quem enim te potius appellem? Id. Univ. 9. et Inv. 2, 26. Appellare nomen alicujus. Et II. Appellare aliquem fratrem, Id. Amic. 1. et 2. aliquem sapientem. Nep. Arist. 1. Cognomine justus est appellatus. [*Cic. Amic. 5, 11. qui ita se gerunt, ita vivunt, ut eorum probetur fides etc. sintque magna constantia, ut hi fuerunt, modo quos nominavi; hos viros bonos, ut habiti sunt, sic appellandos putemus.] Virg. A. 5, 540. Appellare aliquem victorem, h. e. pronunciare. Sic Cic. Att. 5, 17. aliquem regem. Caes. B. G. 7, 4. rex ab suis appellatur, i. e. declaratur. Liv. 3, 44. virgini manum inject, serva sua natam (servantem appellans) esse. [*Forc. h. l., minus recte in libris scripto, male interpretatus erat appellans per affirmans, dicens. Sed parenthesi posita hoc nec opus esse nec fieri posse, quibus videt.] Plin. 37, 11, 73. Colos appellavit chrysolithum aureus, chrysoprasum herbarum, melleus melichrota. Id. 28, 1, 1. Appellare auctores, i. e. citare. Sic appellari in lege aliquid dicitur, de quo in ea mentio fit. Cic. Caec. 19. Utimur eodem jure in aedibus, quae in lege non appellantur. Cic. Fam. 1, 9. Nutu et significatione appellare aliquem, h. e. designare, indicare. Pl. Trin. 4, 2, 82. Si appellasses, respondisset, h. e. si vocasses. Cic. Phil. 1, 13. Te autem, M. Antoni, absentem appello. Id. Cluent. 24. Te appello, Oppianice, te T. Atti: audete negare. P Appellare litteras est litterarum potestatem voce, et lingua assequi, et suo sono pronunciare. Cic. Brut. 34. Nam de sono vocis, et suavitate appellandarum litterarum, noli exspectare quid dicam. V. APPELLATIO. P Appellare pro applicare olim usurpatum esse, quidam asserunt ex Non. 4, 12., sed ibi legendum est *appellere*. P Appellassis pro appellaveris. Ter. Ph. 5, 1, 15.

APPELLO et Adp., is, appuli, ulsum, a. 3. *ἄπολομαι*, applicare, admovere; ex ad, et pello, is, hoc est ad aliquem locum pello. Frequentissime usurpatum in re nautica. Cic. Verr. 2, 1, 18. Cum Persae mille numero navium classem ad Delum appulissent. Liv. 8, 3. Eo anno Alexandrum Epiri regem in Italiam classem appulisse constat. Quidam leg. classe. [*Disputant ad h. l. Duker. et Drak. utrum in hac formula praestet dicere classem an classe. Atque accusativus quidem nititur auctoritate librorum, atque omnino in plerisque locis ac dicendi generibus a veteribus praefertur. Pluribus hac de re agunt ad h. l. quos dixi, dumviri.] Virg. A. 3. sub f. Hinc me digressum vestris Deus appulit oris. Curt. 4, 2. Navigia litori appellere. [*Meliores scriptores fere accus. praefertunt; cf. Liv. 28, 52, 3.] Passive. Cic. Att. 13, 21. Cum ad villam nostram navis appelleretur. Id. Verr. 2, 5, 25. Appellitur navis Syracusas; et 28. Alios ex Hispania fugientes ad Siciliam appulsos esse. Vell. 2, 107. Ripae suorum appulsus est. P De aliis rebus. Varr. R. R. 2, 5, a med. Armentum aestate ad aquam appellendum bis, hieme semel. Id. ib. 2. Oves ad bibendum appellantur. Ulp. Dig. 43, 13, 1. §. II. Appellere pecus in flumen. Pl. Rud. 4, 3, 104. Ad ignotum arbitrum me appellis. Caes. B. C. 1, 26. Turre ad opera Caesaris appellebat. Lucil. apud Non. 4, 12. Aggere in ja-

ciendo primum id dant operam, ut quamprimum appellent. Lucr. 6, 750. Palladis ad templum Tritonidos almae, Quo nunquam pennis appellunt corpora raucae Cornices. Manil. 5, 685. Appellere fluctum ex aequore in aliquem locum, h. e. deducere, derivare. Ter. Andr. 4, 5, 12. Haud auspiciato huc me appuli. Alii leg. attuli. [*Ita Bentl. ex mss., quem V.] Sen. Controv. 1, 2. Appellere ferrum, h. e. gladium admovere, gladio minari. P Absolute. Accius apud Cic. Div. 1, 22. Visus est in somnis pastor ad me appellere. Val. Fl. 2, 445. Dardaniis tunc primum puppis arenis Appulit. Virg. A. 7, 39. Ausoniis exercitus appulit oris. Liv. 37, 21. Ad insulam, quam Bacchium vocant, appulerunt. Suet. Tit. 5. Cum Puteolos oneraria nave appulisset. Id. Galb. 10. Navis Dertosam appulit. Et cum accusativo sine praeposit., quae inest in ipso verbo. Tac. A. 2, 24. Sola Germanici triremis Chaucarum terram appulit. [*Cf. id. ib. 4, 27. Intransitive enim dicunt appellere pro se appellere. Recte igitur legitur Suet. Ner. 27. hortantium ut appelleret. Cf. Reiz. ad eund. Aug. 98. quem laudat B. Crus. in cl. Injuria igitur vituperat hunc usum Vorst. de lat. m. susp. c. 16. quem laudat Drak. ad Liv. 29, 31, 11.] P Translate. Ter. Andr. prol. 1. Poeta cum primum animum ad scribendum appulit, h. e. applicavit, adjunxit. Id. ib. 2, 6, 15. Animum ad uxorem appulit. Cic. Or. 2, 37. Valde hercule timide, tanquam ad aliquem libidinis scopulum, sic tuam mentem ad philosophiam appulisti. Id. Rabir. perd. 9. Nec tuas unquam rationes ad eos scopulos appulisses, ad quos S. Titii afflictam navem videres. Pl. Bacch. 3, 1, 12. Appellere aliquem ad probrum, flagitium, h. e. adducere, inducere. Id. Asin. 3, 3, 43. aliquem ad mortem, h. e. adigere. P Praeterit. appuli pro appuli Ulp. Dig. 42, 19, 1. Si quis jus habens pecoris appellendi, plura pecora appulserit, non in omnibus, etc. Ita edit. Torrentin. et al., Haloander cum al. habet appulerit. P De jure appellendi, hoc est pecora ad aquam ducendi, de quo fit mentio tum loc. cit., tum tit. 20. leg. 2. et alibi, V. Jurisconsultos. P [*Confunduntur in libris appellere et applicare; v. Drak. ad Liv. 29, 31, 11. (Quantum etiam sic locutus est Justin. 2, 4, 21. quum Hercules ad littus Amazonum applicuit.) Appuli et attuli, v. Bentl. ad Ter. 1. l. et Drak. ad Sil. 1, 426. coll. 9, 395. ad Liv. 23, 17, 8.]

APPENDĒO, es, a. 2. idem quod appendo. Apic. 8, 7. ad f. Exossas porcellum, et aptabis sicut oenogaratum, et ad fumum suspendes, et appendeas, et quantum appendeas, tantum salis in ollam mittis, etc. [*Pompon. Dig. 38, 17, 10. non appenderit, sed apprehenderit legendum est.]

APPENDICIUM, ii, n. appendix, additamentum, Hieron. ep. 10. ad Furiam. Pudicitia sine comitibus, et appendiciis suis, continentia, et paritate, fidem sui facere non potest. P Speciatim dicitur id, quod alicui morbo accedit: quo sensu usurpat a Coel. Aurel. Tard. 4, 8. et ib. 5, 4.

APPENDICULĀ, ae, f. breve additamentum, corollarium, accessio. Cic. Rabir. Post. 4. Est enim haec causa, quo ea pecunia pervenerit, quasi quaedam appendicula causae judicatae, atque damnatae.

APPENDIX, icis, f. *προσθήκη*, quod alii adjunctum est, quasi ex eo pendet, additamentum, accessio. Cic. Hortens. ap. Non. 1, 199. Vidit enim quod videndum fuit, appendicem animi esse corpus, nihilque esse in eo magnum. Liv. 21, 5. Carpetanorum cum appendicibus Olcadum, Vaccacorumque, centum millia fuere. Varr. R. R. 3, 9. vocat appendicem in tractatu De gallinis partem eam, in qua ostenditur ratio, quemadmodum saginentur. Quatuor enim in iis animadvertenda esse docet, de emptione, de fetura, de ovis, et de pullis: hisce adjiciendam appendicem, partem quintam, de iis saginandis. Similiter 1, 16. vocat *appendices fundi* ea, quae sunt quidem extra fundum, sed tamen ad ipsum pertinent, ut regio vicina, quam videndum est, an sit infesta, nec ne; via, apta ne sit ad exportandum, et importandum, quae opus sunt; oppida, aut vicinia, unde emere, aut ubi distrahere fundi fructus possis, etc. Appul. Apol. Has quoque appendices defensionis meae idcirco necessarias, quia accusationi rependuntur, attente audis. P Idem Appul. magis proprie hac voce usus est, respiciens ad ejus originem a verbo *pendeo*, ut dictum est. Ita enim habet Met. 8. p. 211, 27. Sequae in praetissimum puteum, appendicem parvulum trahens, praecipitat, h. e. infantulum secum trahens, sibi annexum et appendicem. Et 5. p. 169, 10. Psyche statim resurgens ejus crure dextro manibus ambabus arrepto, sublimis erectionis appendix miseranda, etc., h. e. appensa Cupidini in altum volatu ascendenti. P Est genus spiniae, quae *appendix* dicitur, quoniam baccae puniceo colore in ea *appendices* vocantur, ut Plin. 24, 13, 70. scribit. Harduin. putat esse eam, quam Galli vocant *aubépine*, et vulgus officinarum *oxyacantham*: alii eam, quae a Gallis dicitur *épine-vinette*, et in officinis Berberis *dumetorum*, [*Berberis vulgaris L.] P Scribit Festus

olim *ampedices* dictos esse ab antiquis, quos nunc *appendices* appellamus; ex quibus verbis colligi fortasse potest, hanc vocem etiam masculino genere efferri: tametsi ejus rei nullum aliud exemplum adhuc vidimus.

APPENDO et Adp., is, endi, ensum, a. 3. ex ad, et pendo, significat ad aliquid pendere, hoc est suspendere, et usurpatur pro suspendere in statera, vel libra ad pondus cognoscendum, *σκαλίω*, *καλίω*. Cic. Phil. 2, 38. Tanti acervi numerorum apud istum construuntur, ut jam appendantur, non numerentur pecuniae. Colum. 12, 3. a med. Promis et cellariis aliquid appendentibus aut metientibus intervenire. P Appensum dare. Cic. Verr. 2, 4, 25. Appendere aurum aurifici, h. e. dare ad pondus, ut Varr. R. R. 3, 17. loquitur. Id. Rosc. Am. 49. Tibi optima fide sua omnia concessit, adnumeravit, appendit. Plin. 9, 55, 81. Sex millia numero muraenarum mutuo appendit, h. e. appensas mutuo dedit. Ulp. Dig. 23, 3, 34. Pater puellae id aurum in dotem viro appendit. P Translate. Cic. opt. gen. Or. 5. In quibus non verbo necesse habui reddere, sed genus omnium verborum, vimque servavi: non ea me adnumerare lectori putavi oportere, sed tanquam appendere. P Pro propria hujus verbi significatione, qua suspendere significat, afferuntur a multis Lexicographis haec Plinii verba: *Atque utas jam maturas ad solem appendere*; quae nos adhuc invenire non potuimus.

APPENSOR, oris, m. *ζυγοστάτης*, ponderator. August. cont. Crescon. Gr. 3, 73. Callidus examinador appensorque verborum. Adde Tract. in Joan. 20. ad f.

APPENSUS, a, um, part. v. *appendeo*, ponderatus, *σκαλιωθής*. Liv. 5, 49. Nondum omni auro appenso. P Pro suspensus, afferri solet illud Cic. Tusc. 5, 21. Gladium e lacunari seta equina appensum demitti jussit. Sed plerique omnes leg. *aptum*.

APPENSUS, us, m. nomen verbale ab appendo. Appul. de Mundo p. 58, 18. Post lunam vero pars est, quae sancti aetheris finibus coeuret, cujus mensu, et appensu distincta est naturae mutabilis regio, etc. [Oud. rectius legit: Post eam vero partem, quae, etc., cujus mensa appensaque distinctissima, est et natura immutabilis regio. F.]

APPETENS et Adp., entis, part. v. *appeto*, *ἀπετόμενος*, cupidus, optans. Cic. Manil. 3. Appetens gloriae, atque avidus laudis. Id. Amic. 14. Nihil est appetentius similitum sui, nihil rapacius quam natura. Id. Tusc. 2, 24. Sumus natura studiosissimi appetentissimique honestatis. Tac. Hist. 4, 6. Appetentior fama. Plin. 31, 6, 36. Aegri appetentes vini. Gell. 16, 3. Appetens edendi. Plin. ep. 7, 31. Hunc hominem appetentissimum tui complectere, apprehende, immo et invita. P In malam partem pro avido, avaro. Cic. Agr. 2, 8. Jubet Rullus, homo non cupidus neque appetens, habere comitia Rullum. *ἰσχυροτάτος*. Id. Or. 2, 43. Animus gratus, non appetens, non avidus. Sall. Cat. 5. Alieni appetens, sui profusus.

APPETENTER, adv., cupide, *ἐπιθυμητικῶς*. Cic. Off. 1, 10. Ut ne cupide quid agerent, ne appetenter. nec appetenter alii malunt, sed et prior lectio suos habet auctores, Gruterum imprimis [*cui adde Beier. ad h. l., qui et docte et lepide defendit.] Appul. Met. 7. p. 192, 40. Partes subreptas clanculo, et praegustatas a se potiones offerebat hilaris; at illa sumebat appetenter.

APPETENTĪĀ, ae, f. *ἀπέτης*, appetitio, cupiditas, desiderium. Plin. 19, 8, 38. Lactucae cibi appetentiam faciunt. Cic. Tusc. 4, 7. Libido efficit effrenatam appetentiam. Plin. 23, 1, 22. Liberalium artium appetentia. Aur. Vict. Epit. 15. Appetentia gloriae.

APPETIBILIS, le, adj. qui optari potest, expebilis, *ἐπιθυμητός*. Appul. Dogm. Plat. 2. p. 19, 8. Sollicitudinem et laborem appetibiles dicebat esse. Macr. Sat. 1, 1. Sermones ut castitate integri, ita appetibiles venustate.

APPETISSO, is, a. 3. idem quod peto. Accius apud Non. 4, 8. cur vetera tam ex alto appetissis dissidia, Agamemnon?

APPETITIO, onis, f. actus appetendi, hoc est tendendi et accedendi ad rem aliquam, ut prehendi, et haberi possit. Cic. Div. 1, 23. Cum dormienti ei sol ad pedes visus esset, ter eum frustra appetivisse manibus, cum se convolvens sol elaberetur, et abiret: ei magos dixisse ex triplici appetitione solis, triginta annos Cyrum regnatum esse, portendi. P Saepius est animi impetus ad rem aliquam cupiendo tendentis, appetitus, cupiditas, *ἀπέτης*, *ἐπιθυμία*, *ὄρεξις*. Cic. Acad. 4, 8. Illud perspicuum est, constitui necesse esse initium, quod sapientia, cum quid agere incipiat, sequatur; idque initium esse naturae accommodatum: nam aliter appetitio [**Begehrungskraft*] (eam enim esse volumus *ὄρεξις*) quia ad agendum impellimur, et id appetimus, quod est visum, moveri non potest. [*Id. Fin. 3, 7. appetitio animi. Deinde est ipse actus appetendi (*Begierde*): Id. N. D. 3, 13. Nullum potest esse animal, in quo non et appeti-

applicata colli, h. e. acclinis. Id. 11, 37, 88. Nervi applicati ossibus. Id. 30, 5, 14. Stomachi dolorem sedant applicati saepius. P Est etiam appulsus, admotus litori, cum de navibus sermo est. Caes. B. C. 3, 101. Applicatae ad terram naves. P Translate. Cic. Inv. 1, 25. Studium est animi assidua et vehementer ad aliquam rem applicata, magna cum voluptate, occupatio. Id. Fin. 4, 13. Omne animal applicatum est ad se diligendum. Nazar. Pan. ad Constantin. 10. Pietas semper applicata prudentiae, i. e. adjuvata.

APPLICITUS et Adpl., a, um, id. q. applicatus, admotus, adjunctus, adhaerens. [*Haec forma in bonis scriptoribus non reperitur.] Plin. ep. 2, 17. a med. Applicitum est cubiculo hypocaustum per exiguum. Quint. 1, 2. ad f. Vites arboribus applicitae. Petr. Sat. 91. Applicitus parietis. Scaev. Dig. 32. l. 39. Domum meam cum horto applicito libertis meis concedi volo. Justin. 11, 15. Applicito captivo, i. e. quom accederet ad eum, vel: quom adhiberetur sc. interpret. P Maetian. Dig. 36, 1, 7. Morbo applicitus, h. e. implicatus, detentus. P Eleganter Quint. 4, 2. ad f. In parvis rebus sit ille pressus, et velut applicitus rei cultus, (de ornatu narrationis agit). P Comp. Applicitor V. in APPELEX.

APPLICO et Adpl., as, avi, atum, et icui, icium, a. i. προσομῶ, adjungo, admoveo: ex ad et plico. [*Boni scriptores perf. — ui et sup. — atum praeferrunt.] Cic. Tusc. 5, 27. Applicare se ad flammam. Id. Inv. 2, 13. se alicui in itinere. Caes. B. G. 6, 27. se ad arborem. Colum. 11, 2. ante med. Sarmatae egerere, et ad sepe applicare. Liv. 32, 30. Applicare castra flumini. Id. 26, 44. et Curt. 4, 2. moenibus scalas. Plin. 30, 7, 20. sub f. catulos stomacho ac pectori, medicinae causa. Sic Id. 33, 4, 25. Aurum applicatur vulneratis et infantibus. Et Colum. 6, 12. linamenta. Ov. Fast. 4, 851. oscula feretro. Id. ib. 3, 750. asellum ulmo. Suet. Ner. 25. sudarium ad os. Virg. A. 12, 303. aliquid terrae, i. e. prosternere. Id. ib. 10, 536. ense, i. e. figere. Plin. 11, 2, 1. sed ubi visum in eo praetendit? ubi gustatum applicavit? i. e. in quam corporis parte sensum gustandi posuit? Loquitur de minutissimis insectis. Applicare boves aliquid, apud Ov. Fast. 1, 543. est ducere, appellere. P Saepe usurpatur in re nautica, et significat appellere, hoc est ad ripam aut litus admoveo: et dicitur tum de navibus, tum de ipsis hominibus navigantibus. Liv. 37, 12. ad f. Applicare classem in Erythraeam. Id. 28, 17. naves terrae. Cic. Inv. 2, 51. navem ad naufragum natantem. Virg. A. 1, 616. Quae vis te immanibus applicat oris? Ov. Her. 16, 125. Applicor in terras, Oebali nympha, tuas. Et apud sequiores interdum absolute, ita tamen, ut accusativus se aut navem intelligatur. Justin. 2, 4. Cum Hercules ad litus Amazonum applicuit. Et ib. 12. Applicare aliquid. Auct. B. Hisp. 37. in f. ad terram. Et omnia praepositione, quae inest in ipso verbo. Ulp. Dig. 1, 16, 4. Proconsuli necessitatem impositam, per mare Asian applicare. P Translate multos elegantesque habet usus. Cic. Fin. 2, 12. Applicare voluptatem ad honestatem, h. e. cum honestate conjungere. Martial. 6, 28. unum annum bis senis messibus, h. e. addere. Cic. Or. 1, 39. se ad aliquid quasi patronum. V. APPLICATIO. Ennius ap. Cic. Tusc. 3, 19. Quo accedam? quo applicem? ductum a navigantibus. Ter. Andr. 5, 4, 21. Ille egens applicat Primum ad Chrysidis patrem se. Cic. Cluent. 16. applicare se ad familiaritatem alicujus. Nep. Arist. 12. Ut civitates Graeciae ad Atheniensem societatem se applicarent. Cic. Verr. 2, 2, 1. Sicilia se ad amicitiam fidemque populi R. applicuit. Id. Brut. 91. ad f. Me ad Molonem applicavi, h. e. audiendi, et discendi causa. Id. Amic. 14. Applicare et adjungere se ad virtutem. Id. Off. 1, 32. se ad philosophiam, ad jus civile, ad eloquentiam. Ter. Heaut. prol. 23. se ad studium musicum. Hor. Od. 3, 11, 8. aures alicui rei. Sic Id. Carm. saec. sub f. aures amicas votis. Ter. Andr. 1, 2, 22. animum ad deteriorem partem. Contra Pl. Trin. 2, 1, 34. animum ad frugem. Cato ap. Gell. 11, 2. se ad convivia. Ulp. Dig. 50, 6, 2. se ad munera et honores. Colum. 3, 10. aliquid alicui officio. Pompon. Dig. 10, 2, 45. idoneum servum rei communi, h. e. praeficere. Quint. 7, 3. finitionem in rem, h. e. accommodare, aptare. Id. 7, 10. in f. verba verbis, h. e. apta complexione colligare. Paul. Dig. 19, 2, 54. et 22, 1, 17. alicui usuras, h. e. usurarum solvendarum onus alicui adjungere. Plin. ep. 10, 66. alicui crimina, i. e. injungere. Rursus Paul. Dig. 34, 2, 9. Demonstratio muliebria neque vesti, neque mundo applicari potest, h. e. dici de mundo, aut veste. V. integr. loc. P [*Communtantur passim applicare et adbere; cf. Burm. ad Virg. A. 10, 536. — et appellere, id. ib. 1, 377.] P Applicitorus ap. Justin. 2, 12. Quo applicituri erant, symbolos proponi curat.

APPLODO et Adpl., is, osi, osum, a. 3. ἐπιχορτάω, ad aliquid pulso, allido: ex ad, et plodo pro plaudo, eo modo, quo coda pro cauda dicitur, plostrum pro plaustrum, et plotus pro plautus, etc. Hinc applodere aliquid terrae est terrae affligere. Appul. Met. 6. p. 184, 34. Incussis in eam (anum) posteriorum pedum calcibus protinus applodo terrae. Et ib. 9. p. 236, 21. (p. 670. Oud.) Arreptis ejus pedibus utrisque, sublimem elatum terrae graviter applodit. Alii utroque loco leg. applaudo. Hygin. fab. 126. Qui cum luctati essent, et Ulysses Irum applosisset. Festus quoque applaudo usurpat in hac significatione in Apluda. Sunt qui apludam sorbitionis liquidissimum putent genus, quod flatu dejectiatur, et quasi adplaudatur. Voss. in Etym. notat in quibusdam MSS. Festi legi applodatur. P Applodere pedem, h. e. pede terram pulsare, est apud Hieron. ep. 50. ad Domnion. 2.

APPLORO et Adpl., as, avi, atum, a. i. πλοροῦμαι, idem quod ploro, vel cum alio ploro. Hor. Epod. 11, 12. Contraque lucrum nil valere candidum Pauperis ingenium querebar applorans tibi. Senec. Qu. nat. 4, 2. ante med. Cum jam adploraveris, mersosque credideris, longe ab eo, in quem considerant, loco navigant.

APPLŌSUS et Adpl., a, um, part. v. applodo, allisus, applausus. Spart. Get. 3. Ovum applosum ad terram frangere. Lamprid. Elag. 6. Seriam applosum frangere.

APPLUDA. V. APLUDA.
APPLUMBATUS. V. ADPLUMBATUS.
APPLUO et Adpl., is, n. 3. idem quod pluo. Plin. 9, 16, 23. Arundines quamvis in palude prognatae, non tamen sine imbre adolescent: et alias ubicumque pisces in eadem aqua assidui, si non appluat, exanimantur. Hard. ex omnib. libr. defendit scribendum esse si non affluat, hoc est si nova subinde ac recens aqua non accedat.

APPONO et Adp., is, osui, ositum, a. 3. προστίθημι, ἐπιτίθημι, prope pono, admoveo, adjungo, addo: ex ad, et pono. Petr. Sat. 135. Apponere cucumam foco. Pl. Men. 2, 2, 55. aliquid ad ignem. Coel. ad Cic. Fam. 8, 1. manus ad os. [*Et translate Sen. Contr. 4, 25. et ad hanc controversiam Graeci apposuerunt manum, pro quo usitatus est imponere manum. Sed vide de ejusmodi commutationibus Rulank. ad Fell. 2, 100, 1.] Cic. Verr. 2, 1, 55. Omnes columnae machina apposita dejectae. Ac pro simplici pono: Ter. Andr. 4, 3, 10. Hunc ante nostram januam appone. Pareus in lex. crit. vult apone. [*Sed male. V. APONO. — Neque apponere h. l. simpliciter est i. q. ponere, non magis quam Pl. Poen. 4, 2, 35. Sy. At onus urget. Mi. at tu appone etc. et Ter. Heaut. 1, 1, 36. at istos rastros interea tamen appone; utroque loco est i. q. ad pedes ponere, deponere.] P Item addere. Hor. Od. 2, 5, 14. Aetas illi, quos tibi demperit, Apponet annos. Pl. Mil. 3, 3, 30. Apponere novum aliquid alicui rei de suo. Id. Trin. 4, 3, 18. laborem ad damnum. Gell. 1, 13. Instructio fore arbitramur hoc, si exemplum apposerimus. Apponere aliquid lucro est lucro addere. Hor. Od. 1, 9, 14. Quem sors dierum cumque dabit, lucro Appone. Sic apponere aliquid gratiae est gratiae, et beneficii loco habere. Ter. Andr. 2, 1, 31. Neutiquam officium liberi hominis esse puto, cum is nihil promereat, postulare, id gratiae apponere sibi. Apponere modum vitiis, vitia moderari. Cic. Tusc. 4, 18. Qui vitiis modum apponit, is partem suscipit vitiorum. Etiam scribendo addere, i. e. adscribere. Cic. Fam. 13, 6. Reliquis epistolis tantum faciam, ut notam apponam eam, quae mihi tecum convenit. Id. Pis. 30. Apponere notam ad malum verbum. P Apponere alicui rectorem ap. Suet. Aug. 48. est alicui rectorem dare. [*Cf. Oud. ad h. l. et Brem. ad Nep. Dion. 4, 4.] Sic Apponere alicui paedagogum, et Id. Claud. 2. scrutatores saluatoribus, Id. ib. 35. aliquid alicui pro janitore, Id. Aug. 91. Eadem ratione, Apponere custodem alicui, apud Cic. Div. in Verr. 16. et, Apponere accusatorem alicui, apud Eund. Verr. 2, 1, 29. et ib. 5, 41. in f. est submittere, subornare aliquid, qui alterum accuset, et, Apponere calumniatores, Id. Verr. 2, 2, 10. et, Apponere sibi praevaricatorem, Id. Phil. 2, 11. hoc est sibi comparare et corrumpere ad colludendum. P Saepe est tricliniare verbum, et significat inferre mensae, et convivis edendum dare. Cic. Tusc. 5, 32. Abduxit legatos ad coenam in Academiam: iis apposuit tantum quod satis esset, nullo apparatu. Id. Verr. 2, 4, 22. Coenam isti dabit; apposuit patellam, in qua etc. Id. Att. 6, 1. circa med. Quid te in vasis futilibus appositurum putem? Plin. 8, 51, 78. Apponere solidum aprum in epulis. Suet. Cal. 37. convivis panes et obsonia. Id. Galb. 12. coenam lautiozem. Virg. A. 4, 602. aliquid mensae. Hor. Sat. 2, 8, 68. ne panis adustus, Ne male conditum jus apponatur. P Praeteritum apposivi pro apposui antiquum est. Pl. Mil. 3, 3, 30. De meo nihil his novum apposivi. V. PONO in f. [*Appul. in Hermog. 1. cibatum apposiverunt. P Confunduntur a librariis appono et oppono, qua de re videndum est maxime Gron. ad Gell. 6, 9. qui in v. apponendi semper notionem addendi, adjiciendi inesse ait; in v. opponendi impedimentum aliquid significari. Eadem de causa

Fea ad Hor. Sat. 1, 9, 77. recepit ex nonnullis libris: auriculam appono pro vulgata oppono, quod lubens et ultro faciat. Sed h. l. recte habet oppono, quia Horatius auriculam ei obvertit, quo facilius prehendere possit. Cf. etiam Heins. ad Ov. Am. 3, 14, 10. et Heyn. ad Tib. 1, 8, 76. Burm. ad Virg. G. 3, 213.]

APPORRECTUS, a, um, part. ab inusitat. apporrigo, extensus, prope porrectus ad aliquid. Or. Met. 2, 561. at intus infantemque vident, apporrectumque draconem.

APPORRATIO et Adp., onis, f. actus apportandi. Vitr. 2, 9. Cujus materiei si esset facultas apportationibus ad urbem, maximae haberentur in aedificiis utilitates.

APPORRATUS et Adp., a, um, part. v. apporto, allatus. Cic. Verr. 2, 5, 48. in urbe nostra quod signum, quae tabula picta est, quae non ab hostibus victis capta atque apportata sit? Appul. 9. Utribus secum apportatis.

APPORRTO et Adp., as, avi, atum, a. i. ἐπιφέρειν, εἰσφέρειν, afferro, adveho: ex ad, et porto: quare proprie motum ad locum significat, ut asporto motum de loco. Cic. Off. 1, 42. Mercatura multa undique apportans. Id. Verr. 2, 1, 21. Servilius quae signa atque ornamenta ex urbe hostium capta, belli lege, atque imperatorio jure sustulit, ea populo Romano apportavit. Id. ib. 2, 3, 82. Apportare frumentum ad difficillima loca. Al. hic aliter leg. Pl. Stich. 3, 1, 11. Apportare magnas divitias domum. Cic. Verr. 2, 1, 56. Lapidem caedere, et apportare machina sua. Varr. R. R. 3, 14. Cochleae, quae de Illyrico apportantur. Plin. 35, 6, 25. Indicum apportatur ex India. P Saepe ponitur pro afferre. Ter. Heaut. 4, 4, 25. Ille haud scit, paulum lucrifera quantum ei damni apportet. Id. Ad. 5, 4, 2. Res, aetas, usus, semper aliquid apportat novi. Id. Andr. 1, 1, 46. Apportare malum. Lucr. 5, 222. Anni tempora apportant morbos. Caecil. ap. Cic. Sen. 8. Senectus apportat vitia. Item pro nunciare. Ter. Andr. 3, 1, 18. Apportare nuncium alicui. Id. ib. 5, 2, 17. Quidnam apportas? Lucr. 5, 101. Apportare aliquid auribus. P Apportare adventum aliquo insolenti phrasi dixit Pl. Amph. 3, 1, 5. h. e. aliquo venire.

APPOSCO. V. ADPOSCO.
APPOSITE, adv. ἐπιθέτως, apte, accomodate. Cic. Inv. 1, 5. Dicere apposite ad persuasionem. Et paulo post: Medici officium est curare ad sanandum apposite. Gell. 2, 23. Praeclare et apposite et facete scribere.

APPOSITIO et Adp., onis, f. πρόσθεσις, actus apponendi, adjunctio. Coel. Aur. Acut. 3, 5. Appositio cucurbitae cum scarificatione. Lamprid. Commod. 5. Criminis appositio. Cic. Par. 1, 3. Sed haec videri possunt obscuriora, cum sine appositione exemplorum lentius disputantur. Al. leg. expositione: alii illa omnia verba sine appositione exemplorum expungenda censent ex multorum MSS. auctoritate. P Est etiam hoc nomine figura locutionis. V. EPEXEGESIS.

APPOSITUM et Adp., i, n. ἐπιθετόν, id quod alteri apponitur, seu adjungitur: et speciatim in re rhetorica est verbum, vel sententia, quae alteri ad explicandum adjicitur. Quint. 8, 2. Apposita, quae epitheta dicuntur, ut dulce mustum, et cum dentibus albis, etc. Id. ib. 6. Ornat enim ἐπιθετόν, quod recte diximus appositum: a nonnullis sequens dicitur. Eo poetae et frequentius et liberius utuntur, etc. Et paulo post: Si dicas ille qui Carthaginem et Numantiam evertit, antonomasia est; si adjeceris Scipio, appositum.

APPOSITUS et Adp., us, m. πρόσθετος, actus apponendi. Plin. 23, 9, 82. Myrtidantum vulvae prodest appositu, fotu, illitu. Id. 24, 5, 13. Galbanum abortus non exeuntes trahit appositu, vel suffitu. Adde 24, 6, 15. et Arnob. 2. p. 91. semper tamen in ablativo casu, extra quem exempla nondum vidimus.

APPOSITUS et Adp., a, um, part. v. appono, πρόσθετος, prope positus, admotus. Sen. Qu. nat. 2, 6. Aer continuus terrae est, et sic appositus, ut statim ibi futurus sit, unde illa discessit. Plin. 37, 8, 33. Callais gemma nascitur in rupibus, leviter adhaerens, nec ut agnata petris, sed ut apposita. [*Tac. A. 2, 6. naves appositus utrimque gubernaculis.] Cic. Inv. 2, 4. Gladium propter appositum e vagina eduxit. Tac. A. 2, 7. Castellum Luppiae flumini appositum, i. e. finitimum. Plin. 3, 18, 22. Decima regio Italiae, Adriatico mari apposita. Id. 12, 1, 5. Platanus itineri apposita, h. e. viae vicina. Id. 8, 28, 42. Apposita aure ad glaciem. Id. 21, 23, 94. Anemoneae velere appositae menstrua cient. Hinc fit, ut etiam ad similitudinem ac viciniam referatur. Cic. Inv. 2, 54. Fidentiae contrarium est diffidentia: audacia non contrarium, sed appositum est, ac propinquum, et tamen vitium est. Porro de hominibus, qui alicui adduntur: Liv. 2, 18. Lartius moderator et magister consulibus appositus. Suet. Cl. 2. Appositus alicui paedagogus, h. e. datus, ut doceat, et observet. P In re tricliniari. Cic. Att. 52 *

tus, vinctus, connexus, cohaerens, ἀσπόμενος. Festus ducit ab apo. V. APO. At Serv. ad Virg. A. 4, 482. et ib. 11, 202. ἀπὸ τοῦ ἀσπόμενος, quod est annexi, connecti. Cic. Tusc. 5, 21. Fulgentem gladium e lacunari seta equina aptum demitti iussit, appensum quidam leg. sed minus recte. Id. Or. 71. Facilius est apta dissolvere, quam dissipata connectere. Lucr. 5, 806. Crescebant uteri terrae radicibus apti. Id. 6, 1065. inter se singlarily apta. Id. 5, 556. et 559. Conjuncta atque uniter apta. Gell. 6, 2. Ex quibus apta connexaque est. Cic. Univ. 5. Qua ex conjunctione coelum ita aptum est, ut sub aspectum et tactum cadat, h. e. compactum, et suis partibus colligatum. Virg. l. c. ex Ennio: axem stellis fulgentibus aptum, h. e. coelum, cui sunt affixae stellae et adnexae. Lucr. 5, 1204. eodem sensu dicit, stellisque micantibus aethera fixum. Servius exponit conjunctum, vicinum; nam axem intelligit, non totum coelum, sed coeli cardines, circa quos coelum vertitur; in quibus nullae sunt stellae, sunt tamen iis vicinae. [Prorsus improbanda haec Servii interpretatio.] Monet Pier. ad cit. A. 11, 202. in aliquot codicibus legisse se haptum cum aspiratione, vel quia sit ab ἀσπόμενος, ut dictum est, vel quia ab ἀσπόμενος, qua significat accendere, inflammare. Quidam enim axem aptum stellis interpretati sunt accensum colucentemque stellarum lumine. Sed aspirationem appingere usus vetat, et ratio. Nam aptus, ut et Graeco descendat, Latinissima vox est. Idem Enn. ap. Cic. 3, 29. O fides alma, apta pinnis, et iusjurandum Jovis! h. e. quae pennas, seu alas affixas habet: et alludit ad levitatem hominum in fide servanda: vel ad morem pingendi alatos multos Deos. Fides autem pro Dea a Romanis culta fuit. [Cf. Beier. Similiter Tibull. 1, 9, 70. et Tyrio prodeat apta sinu, ubi vide Broukh. et Heyn.] Alia exempla ex Cat., Varr., Sall., Lucil. etc., in quibus aptus connexus colligatumque significat, congerunt Non. 4, 3, et Voss. Etym. ad v. Apio. P Hinc translate. Cic. Tusc. 5, 12. Cui viro ex ipso apta sunt omnia, quae ad beate vivendum ferunt, nec suspensa aliorum aut bono casu aut contrario, pendere ex alterius eventis et errare coguntur; huic optime vivendi ratio comparata est, h. e. qui totus ex seipso pendet, neque rebus externis indiget. Expressit autem illud Platonis in Epitaph. Οὐκ ἔστιν ἀνθρώπῳ εἰς εὐτυχίαν ἀνεπηχύναι πάντα τὰ ἀπὸς εὐδαιμονίας κείνορα, etc. Eodem modo Parad. 2, 1. locutus est. Id. Fin. 4, 19. Ordo rerum conservatus, et omnia inter se apta et connexa. [Cic. Fin. 2, 14. quartum (genus) sequitur, — aptum ex illis tribus. Liv. 1, 46. malum malo aptissimum.] Id. Or. 70. Efficiatur aptum illud, quod fuerat diffuens ac solutum. Id. Off. 1, 18. Honestum, ex quo aptum est officium, h. e. a quo pendet officium. Id. Tusc. 5, 14. Non satis optabilis est rudentibus apta fortuna, h. e. a rudentibus pendens. [Id. Legg. 1, 22, 56. vita apta virtute; ibique Goer.] Id. Caec. 18. Non ex verbis aptum pendere jus, sed, etc. Quidam minus recte leg. totum. Id. N. D. 3, 1. Multa dicere etiam minus vera, tamen apta inter se et cohaerentia. Quare aptus est etiam i. q. cohaerens, concinnus. Ita aptus versus is est, in quo syllabae omnes convenienter cohaerent, et iuxta leges metricas colligatae sunt. Cic. Parad. 3. subf. Si versus pronunciatus est syllaba una brevior aut longior, exhibilatur et exploditur: in vita tu, qui omni versu aptior esse debes, ut in syllaba peccare te dices! Et Scriptor verbis aptus et pressus dicitur a Cic. Or. 2, 13., qui verba rebus ita proprie ac stricte accommodat, ut nihil redundet. [V. quae de h. l. disputavit Ernest. lex. techn. p. 24. — Atque ut h. l. ipse scriptor aptus dicitur, ita etiam aptus de oratione dicitur. Aptum autem et congruens orationis genus quum junctim commemoratur, id hanc habet vim, ut de magnis elate, de parvis tenuiter dicatur. Sic Cic. Or. 3, 15. et ib. 55. V. pluribus Ernest. l. l. Denique aptum dicendi genus cum numero ita jungi solet, ut concinnitas illa notetur, quam absolutus verborum ambitus desiderat. Sic Cic. Or. 50. Huc refer etiam Cic. Brut. 17, 68. et ut aptior sit oratio (sic Ellendt.), ipsa verba compone et quasi coagmenta: apta enim, inquit, oratio, est bene composita, ordinata.] P Quia vero aptus is dicitur, qui convenienter alicui junctus est, ut loquitur Festus in Apex, hinc translate sumitur pro accommodato, apposito, convenienti, idoneo, ἐπιτηδής, ἐνάρμοστος. Cic. N. D. 3, 34. Pallium laneum aptum ad omne anni tempus. Id. Mil. 20. Locus aptior ad insidias. Id. Or. 1, 54. Calcei habiles et apti ad pedem. Id. Tusc. 1, 36. Cum id non habeas, quod tibi nec usu nec natura sit aptum. Id. Brut. 62. Oratores aptissimi turbulentis concionibus. [Liv. 2, 23. lenibus remediis aptior.] Et 95. Haec genera dicendi aptiora sunt adolescentibus. Liv. 38, 21. Deprehensi genere pugnae, in quod minime apti sunt. Ovid. de Vertumno Met. 14, 765. formam Deum aptus in omnes. Nep. Att. 16. Ut iudicari [judicare] difficile sit, cui aetati fuerit aptissimus. Cic. Or. 22. Aptum esse et consentaneum

tempori et personae. [Liv. 3, 17. nec interpretando sibi quisque iusjurandum et leges aptas faciebat, sed suos potius mores ad ea accommodabat.] Id. Verr. 2, 2, 54. et Or. 1, 22. Natum aptumque esse ad aliquid. Id. Partit. 15. Congruens et aptus. [Liv. 36, 22. fornices in muro erant apti ad excurrendum, i. e. juvabant excursiones, non, ut alii volunt adaptati.] Id. Fin. 4, 17. et Off. 1, 4. Aptus et accommodatus. Plin. 5, 24, 20. Et de Euphrate hoc in loco dixisse, aptissimum erit. [Aptus plerumque quidem addito casu constructur; sed saepe etiam absolute ponitur. Prop. 4, 9, 50. et manibus duris apta puella fui, ad quem l. Broukh. permulta hujus generis attulit, quanquam de vera hujus loci scriptura valde dubitatur. Sed saepe de personis dicitur: Tibull. 4, 1, 63. apta (Circe) vel herbis, aptaque vel cantu veteres mutare figuras, i. e. idonea, perita; coll. ib. v. 82. te non alius belli tenet aptius artes, i. e. melius. Apud eund. 1, 4, 54. apta oscula recte interpretari videntur: quae non nimium detrectanti dantur. Cf. Or. Her. 15, 131. seq. Sed etiam rebus additur: Tibull. 1, 7, 60. hic apta jungitur arte silex. De discrimine inter aptus et aptatus. V. quem supra laudavimus Bentl. ad Hor. A. P. 65. coll. Broukh. ad Prop. 4, 6, 22.] P Homo aptus alteri interdum dicitur, qui alterius naturae et ingenio accommodatus est. Cic. Fam. 12, 30. O hominem semper illum quidem mihi aptum, nunc vero etiam suavem! P Aptus exercitus, quasi habilis, h. e. expeditus et regi facilis, qualis est qui non ita multis militibus constat. Liv. 10, 25. Profectus apto exercitu, et eo plus fiduciae ac spei gerente, quod non desiderata multitudo erat. Similiter aptus lar, parvus, et qui facile coli potest. Hor. Od. 1, 12, 43. Saeva paupertas, et avitus apto Cum lare fundus. P Aptus, adeptus V. APISCOR. [Commutantur aptus et gratus, quorum hoc illius glossesma est. V. intpp. ad Or. Met. 1, 681. ad Am. 2, 7, 24.]

ΑΡΥΑ, ae, f. genus piscis. V. APHYA. Incertae lectionis est Catulli locus 93, 7. quem ita legit Jos. Scaliger: Et Volusi Annales apum porgentur ad ipsam: apum pisciculi genus interpretatus est, quos pisciculos muria conditis chartis ineptis amiciebant, uti et hodie fit: hoc enim fatum est malorum librorum, ut ait in suis ad hunc locum Commentarius Jo. Ant. Vulpianus, qui tamen Vossium secutus legere et scribere maluit: Aduam morientur ad ipsam. [Sic recentiores edd.] V. PADUA.

[Est etiam hoc nomine oppidum Liguria ad Maeram fluvium, in Tusciae confinio, nunc Pontremoli: cujus incolae Apuani dicuntur a Liv. 40, 41. F.]

APUD, ἀπὸς, ἀπὸς prope, juxta, praepos. quae accusat. regit. Scribitur etiam in aliquot antiquis lapidibus, quos affert Dausg. in Orthogr., apud, ea scilicet ratione, qua adque pro atque, et quodannis pro quotannis scriptum fuit etiam Augusti aevo. [V. AD in f.] Affines enim sunt t et d. Apud autem recte deducitur ab ἀπὸς Graecorum, quae praepositio nexum et copulam indicat, et particula δὲ vel et; hinc ultima littera rejecta apud vel apud exstitit. [Sic etiam alii exstitisse arbitrantur, ut Scheid. ad Sanctii Min. p. 233. Alii, ut Döderl. lat. Syn. III. p. 276. etymon putat apere, unde aptus. Quicquid horum sit, nexum quandam s. viciniam ac proquinquatem propriam hujus praepos. vim esse negari non potest. Etenim, ut dicit Noster, est i. q. prope, juxta, ideoque interdum cum ad confunditur; deinde est i. q. coram; adeoque i. q. in, modo latiore termino.] Refertur autem tum ad locum ac metaph. ad tempus tum ad personam, [ita quidem ut non tantum ad ea quae extra nos in rerum natura, sed etiam ad ea, quae in nobis atque in animo tantum nostro sunt, pertineat.] Differt autem a penes, quod apud solam fere proximitatem aut conjunctionem significat; penes praeterea dominium ac potestatem, ut docent Festus et Ulp. Dig. 50, 16, 63. [Intelligitur hoc ex his locis: Cic. Brut. 42, (152.) existimo, juris civilis magnum usum et apud Scaevolam et apud multos fuisse, i. e. multos habuisse juris civ. usum; sed non dicit penes, quia hoc non simpliciter est i. q. habere, sed in potestate habere. Sic id. Leg. 2, 13, 33. quae scientia mihi videtur apud majores fuisse dupliciter. Tac. A. 3, 1. minorem esse apud victos animum.] P Diximus igitur primum referri ad locum: a) Cic. Fam. 15, 4. Apud oppidum Cybistra castra feci. [Id. ib. 2. castra ad Cybistra feci. In ejusmodi locis, etsi proprie ad majorem quandam viciniam significationem includit quam apud; tamen, quod non necesse est, haec ubique accurate discernatur, interdum promiscue ponuntur. Apte praeter illos locos comparat Rudd. II. p. 282. Cic. Fam. 15, 3. quum ad me venissent ad castra ad Iconium. Et Ep. seq. Legato imperavi ut castra in Lycaonia apud Iconium faceret. Sic Tac. A. 2, 24. plures apud insulas longius sitas ejectae, pro quo expectes: ad insulas.] Id. Or. 2, 3. Cum in lecto Crassus esset, et apud eum Sulpicius sederet. Hinc latiori etiam sensu de multis aliis, in quibus aliqua ad locum aliquem

relatio cogitatur. Tac. A. 1, 9. jus apud cives, modestiam apud socios (fuisse) sc. sub Augusti imperio. Id. ib. 13, 22. validior apud libidines principes. Liv. 23, 43. quae apud hostes fierent. Id. ib. 46. apud Romanos militare. Id. 24, 5. moderato regi facilis erat favor apud Syracusanos. Hinc etiam pro dativo dictum voluit, ut Tac. H. 1, 20. decuma pars liberalitatis apud quemque relicta. Id. ib. 11, 27. sacrificare apud Deos; ubi loci notio primaria est, prorsus ut apud Plin. Pan. 35, 1. apud mare agere gratias, ut nos: bei Jemand Dank abstellen. Suet. Aug. 35. supplicare apud aram; (ad aram majorem viciniam significaret). Ac Tacitus ut omnino hanc praep. amat, dicit adeo A. 11, 16. retinere apud vexilla, quod vulgo dicitur: sub vexillis. Eadem res est, ubi pro coram, aliquo praesente dictum explicant, ut] Cic. Verr. 2, 2, 20. apud senatum verba facere. Id. Phil. 5, 5. dicere pro reo apud consilium. Id. Or. 1, 11. loqui apud populum. [Quocum cf. Tac. A. 16, 27. laudare aliquem apud rostra.] Cic. Inv. 2, 23. accusare aliquem apud alium. [Caes. B. G. 5, 27. Suet. Caes. 55. Liv. 21, 42. Haec apud Romanos Consul, sc. verba facit. Tac. A. 1, 41. recens dolore et ira apud circumfusus ita coepit. Id. ib. 15, 3. secutam Caesaris vocem, qua reconciliatum se Thraseae apud Senecam jactaverit. Id. H. 2, 79. exercitus V. Non. Jul. apud eum juravit, i. e. eo praesente. Quocum cf. quod Tac. frequentat: apud aures alicujus, e. g. H. 1, 26. apud aures Galbae quaedam eluserat. Id. Agr. 45. apud aures nostras (i. e. nobis praesentibus) ominabatur. Id. A. 2, 39. crebescit — apud imperitissimi cujusque promtas aures. b) Quoniam quod apud aliquem fit, id etiam ita cogitari potest, tanquam quod ab eo fiat, est apud interdum ad sensum i. q. ab. Cic. Off. 1, 11. tantopere apud nostros justitia culta est, ut etc. h. e. a nostris. Nep. Praef. Pleraque nostris moribus sunt decora; quae apud illos turpia putantur. [Ad sensum idem esse vides, quod: ab illis; sed ad ipsam notionem aliquantum interest, utrum dicas: justitia a populo colitur, an: apud populum colitur; hoc enim quum dicis, significas esse in populo multos, qui colant, ac terrae vel civitatis notio primaria est. Eadem ratio in plerisque aliis locis obtinet. Sic Tac. A. 1, 9. apud prudentes vita ejus varie extollebatur. Id. ib. 4, 72. id aliis quoque nationibus arduum, apud Germanos difficilius tolerabatur. Id. Agr. 22. Apud quosdam acerbius in conviciis narrabatur (Agricola). Id. H. 2, 26. apud paucos ea ratio ducis probata. Liv. 8, 8. si apud principes quoque haud satis prospere esset pugnatum. Id. 24, 21. tumultuatum erat apud milites. Id. H. 2, 91. apud civitatem — funesti omnis loco acceptum.] c) Interdum a loco, quanquam rarius, ad tempus transfertur. Cic. Mur. 36. Fuit eodem ex studio vir eruditus apud patres nostros Q. Tubero. Ter. Eun. 2, 2, 15. apud saeculum prius. Tac. A. 2, 33. aliam apud Fabricios (i. e. tempore Fabriciorum) aliam apud Scipiones pecuniam.] d) Hinc etiam ad animum hominum eaque quae ad eorum opinionem, sensum, judicium pertinent, refertur. Cic. Rab. Post. 14. Subinvisum apud malevolos Postumi nomen. Id. Att. 4, 1. consequi gratiam apud viros bonos. Id. Fam. 1, 9. praemia apud me minimum valent. [Tac. H. 2, 76. satis clarus est apud timentem, quisquis timetur, i. e. satis clarus videtur etc. Liv. 29, 22. apud praecoepatos Locrensiu clade animos nullum misericordiae locum habuerunt.] P Sequitur is usus, ubi apud idem esse videtur quod in. Videamus locos. Cic. Verr. 2, 4, 22. is coenam isti dabit apud villam in Tyndaritano. [Hic locus, praeterquam quod excusationem habet ab iteranda praepos. in, (in villa in Tynd.), etiam ex familiari loquendi excusatur: Ter. Ad. 4, 1, 1. apud villam est. Cogitarunt enim veteres ita quum loquerentur de termino latiore; erant horti etc. ad villam, qui simul comprehendebantur sub villae nomine. Comici alia similia habent: Pl. Epid. 1, 1, 51. id argentum ab Danista apud Thebas sumpsit foenore. Ter. Andr. 1, 5, 19. apud forum, tibi uxor ducenda est, inquit; ibique Ruhnk. ib. 2, 1, 2. apud forum modo e Davo audivi. Et 4, 4, 6. quid turbae est apud forum? (Locus olim vexatissimus Liv. 41, 9. praetor — qui esset apud forum, jam a Drak. ex Perizonii conj. correctus est, quem V. Ceterum apte cum Terentianis locis comparat Schaefer. in gloss. Liv. locos Soph. Trach. 371, ἀπὸς μέσῃ ἀγορᾷ pro quo ib. 423. Ἐν μέσῃ ἀγορᾷ. Sic ib. 524. κηληνγεί πᾶσι δὲ θῶ. Hic, proprie ut videtur, vitae communis usus apud argenteae aetatis Scriptores in vulgarem usum abiit, atque apud hos non amplius de discrimine cogitandum esse videtur.] Cf. Tac. A. 3, 15. Adjutor Germanico datus, rebus apud Orientem administrandis. Id. ib. 12, 61. Sententiam militum secuta patrum consulta; nec dubitatum est apud provincias. Id. ib. 4, 13. Ut civitatis Cibyrticae apud Asiam, Aegirensi apud Achajam motu terrae labefactis subveniretur. [Multis haec augeri possunt. Suet. Vesp. 5. Apud Judaeam (i. e. in Judaea, finibus non statutis). Tac. A. 3, 71. apud

Antium, i. e. Antii. *Aur. Vict. Epit.* 40, 8. apud Tarsum perit. Cf. *Arutzen.* qui de hoc apud sequiores Scriptores loquendi usu laudat *Vorst.* ad *Sulpit. Sec. Hist. sacr.* 2, 11. Adde *Rudd.* II. p. 282. et quae exempla ex *Suet.* collegit *B. Crus.* in-clave p. 149.] Addit Noster praeterea haec: *Cic. Verr.* 2, 4, 22. Eupolemus, qui apud exercitum cum L. Lucullo est. (*h. e.* est in exercitu Luculli amicitiae causa, vel discendae militiae, non militandi. Sic *Plin.* 33, 11, 50. Pompejum Paulinum, quod XII. pondo argenti habuisset apud exercitum, ferocissimis gentibus oppositum scimus.) Adde formulam illam usitatissimam *Sall. Rep. ord.* 2. Sic apud animum meum statuo. P. [*In omnibus his apud quietem significat, nunquam autem motum adversus aliquem locum, qui significando ad inservit. Exstant tamen duo loci, qui hinc excipiendi sunt: *Pl. Mil.* 2, 5, 70. atque apud hunc eo vicinum. Recte hoc a multis correctum ex familiaris sermone defendendum esse censet *Lindem.* Nos prorsus ita: *bei Jemand gehn* pro *zu Jemand gehn.* Similem locum laudat *Pomp. comm. A. Gr.* p. 395. Conisturgim apud legiones venit. Oratio familiaris in his et similibus, ut etiam *Homerus* (et omnes Graeci) solent, per celeritatem quandam cogitandi aliquo venire et aliquo esse in unum conjungit. Adde locum a *Gesn.* allatum in *vet. Inscr.* Romae: *ut ego possim Dulcius et celerius apud eum venire.*] P. Praeterea has formulas nota: *Apud aliquem* saepe significat in ejus domo. *Cic. Fam.* 1, 2, et *Verr.* 2, 4, 22. Coenare apud aliquem. [*Hinc prorsus ut nos loquimur: *Gell.* 2, 22, apud mensam.] *Id. Fam.* 13, 69. Apud eum ego sic Ephesi fui, tantquam domi meae. *Id. Att.* 1, 7. Apud matrem recte est. Et *ib.* 8. Apud te est, ut volumus. Etiam si dominus absit. *Id. Att.* 15, 3. *extr.* Brutum apud me fuisse gaudeo: modo et libenter fuerit, et sat diu. [*Cf. *Manut.* ad *Cic. Fam.* 1, 2. *med. coll. ib.* 9. p. 123. ed. Lips.] P. Est etiam apud aliquem in ejus scriptis. *Cic. Div.* 1, 26. Ut scriptum apud Coelium est. *Id. Fin.* 5, 10. Ut ille apud Terentium, qui, etc., *h. e.* in comedia Terentii. *Id. Leg.* 2, 26. De sepulchris nihil est apud Solonem amplius, *h. e.* in legibus Solonis. *Plin.* 11, 33, 39. Invenio apud auctores. [*Igitur parum latine scribunt, qui quid in Livio aliquid reperiri dicunt, quum de loco scriptoris agunt; in enim tantum recte dicitur, quum virtutem aliquam vel vitium scriptoris vel laudamus vel vituperamus. Recte igitur *Quint.* 10, 2, 15. in magnis quoque auctoribus incidunt aliqua vitiosa. Cf. *Frotscher.*] P. *Apud se esse* est compositum mentis esse, praesentis animo esse, *iv iavivō vivu.* *Ter. Andr.* 2, 4, 5. Tu fac, apud te ut sies. *Id. ib.* 5, 4, 34. Vix sum apud me; ita animus commotus est metu. *Id. Heaut.* 5, 1, 48. Prae iracundia non sum apud me. *Petron. Sat.* 129. Ex qua hora injuria accepit, apud se non est. P. Interdum apud suo casu postponitur. *Tac. A.* 4, 5. Misenum apud et Ravennam. *Id. ib.* 43. Montem apud Erycum. *Suet. Dom.* 9. Qui ante quinquennium proximum aerarium apud pependissent. Al. *leg. apud aerarium.* [*Ita *B. Crus.* et *Brem.* Significat autem pendere apud aerarium i. q. pendere in tabula, quae aerario (i. e. templo Saturni) affixa est. P. Confunduntur *apud* et *ad.* V. nos sub *AD* in *f.* et adde *Goer.* ad *Cic. Fin.* 2, 24.]

APULEJUS et Appulejus, i, m. nomen proprium, quo non uni cives Romani appellati fuerunt. P. L. Apulejus ex Madaura Africae urbe oriundus, orator, jurisconsultus, et philosophus Platonice floruit saeculo Christi II. circa tempora M. Antonini philosophi; scripsitque multa, quorum pleraque exstant, Latino sermone, multa etiam dicendi copia, acumine, et doctrinae eruditionisque apparatus. (*V. Lips. epistolic. quaest. l. ep.* 2, 22.) Stilius tamen ejus innovandi lascivia nimium prurit, plerumque affectatus et auidax, nec imitatione dignus. P. *Appulejus* duplici pp. defenditur a *Manut.* in *Orthogr.* ex aliquot antiquis libris et lapidib.: verum et *Apulejus* unico p. habet, quo se tueri possit. [**Osann.* ad *Apulejos* p. 14. et in *ephem. schol.* a. 1828. p. 958. auctoritate lapidum et MSS. utrumque pari modo defendi monstrat, eosque vituperat, qui recentiore tempore *Appulejus* tanquam veriore scripturam commendant. Nos, quoniam *Voigtl.* ita ab initio recepit, in hoc opere *Appulejus* retinimus.]

APULEJUS et Appulejus, a, um, adj. *Cic. Or.* 2, 25, et 49. Lex Apuleja, *h. e.* lex de majestate lata, ut creditur, a L. Apulejo Saturnino trib. plebis C. Mario VI. L. Valerio Coss. circa A. U. 653., cui occasionem dederat motus Romae concitati ob bellum Cimbricum. Sed quid peculiariter ea cave-retur, non est facile definire: illud certe legimus, inquit *Manut. de leg. Rom. c.* 21., hac lege damnata C. Junium Norbanum, quia seditione populi concitata, quod ad majestatem pertinuit, Q. Servilium Caepionem innocentem damnaverat. Alia ab eodem lata fuit de colonis, ut in singulas colonias ternos cives Romanos facere C. Marius posset. *Cic. Balb.* 21. P. Alia item ab eodem lata, agraria fuit, ut divideretur populo Romano is ager, quem C. Marius pulsus Cimbris bello oc-

cupaverat: de qua *Appian. l. de Bell. civ.* 1. P. Item alia, qua in exsilium pelli jubebatur Q. Metellus Numidicus consul, quod in priorem legem agrariam jurare nolisset: quam innuit *Cic. Sext.* 16. et alibi.

[APULENSIS, se, adj. ad Apulum pertinens, Daciae olim, nunc Transilvaniae urbem, quaeque etiam colonia Alba Julia appellata est, fortasse ab Julia Domna Caracallae Imp. matre, nunc vero *Weissenburg.* *Ulp. Dig.* 50, 15, 1. Colonia Apulensis. *Inscr. ap. Gru.* 346, 5. T. Aelius Lupus Eq. R. Pontif. et II viral. Coloniae Apulensis.]

APULIA, ae, f. nunc *Puglia*, *Ἰαπωνία, Ἀπυλία*, Italiae regio inter Apenninum montem ad Mer. et mare Adriaticum ad Bor. in regno Neapolitano. Duae sunt, quae Aufido fluvio dividuntur, una Dauniana, nunc *Puglia piana*, et *Capitanata*, in qua Garganus mons, et Sipontum Metr., quae occidentalis est, et Tipherno, seu Phiterno fluvio sejungitur a Frentanis in Occ. Altera Peucetia, nunc *Terra di Bari*, et *Puglia*, in qua Barium Metrop. quae in ortum vergit, ibique desinit, ubi Salentini, id est Messapia, seu Iapygia, et Calabria Borealis, nunc *Terra d'Otranto* subsequuntur. *Hor. Sat.* 1, 5, 77. Incipit ex illo montes Apulia notos Ostentare mihi. *Id. Epod.* 3, 16. Apulia siticulosa. Celebris fuit laudatissimis lanis. *Martial.* 14, 155. Velleribus primis Apulia, Parma secundis Nobilis: Altinum tertia laudat ovis. P. Est etiam quoddam veli genus. *Tert. Spectac.* 20. Deus etiam extra cameras et gradus et apulias oculos habet. Nempe in theatris et amphitheatris ornatus gratia, seu potius ad excludendos solis radios velaria extendebantur, quae quandoque purpurea erant; hoc itaque colore praestantissimae lanae, ut verosimile est, imbuebantur, quales ex Apulia a *Martial. l. c.* laudantur. Unde et velis nomen inditum Apuliarum. P. Scribitur et *Appulia* duplici pp. I. Sed haec scriptura minus bona, si, quod admodum probabile est, Apulia derivanda est ab antiquo Italicorum vocabulo *apa* i. e. aqua, et *apula* pro *aquila*, unde nomine a terra deinde ad incolas translato Apuli dicti sunt eorumque terra *Apulia*. Ni fallor, haec est *Niebuhrii* sententia. Librorum optimorum auctoritate defendunt eandem scripturam *Cort.* et inprimis *Mart. Laguna* ad *Lucan.* 2, 608.] Sunt qui putant, unica p. tunc solum scribi, cum prima syllaba corripitur, ut in illo *Hor. Od.* 3, 4, 10. *Altricis extra limen Apuliae*; sed etiam cum producitur, unico p. scripta legitur in optim. codd. Praeterquam quod non regionis, sed mulieris nomen esse creditur a multis Interpretibus hoc *Hor.* versu. [**Male.*] *Quin Benth.* satis acute lectionem totam sollicitat, et mallet *Altricis*, seu *Nutricis extra limina sedulae.* [**Sine causa.* V. intpp.]

APULICUS, a, um, adj. id. q. Apulus. *Hor. Od.* 3, 24, 3. Caementis licet occupes Tyrrhenum omne tuis, et mare Apulicum. Al. *Panicum* vel *Ponticum* peperam leg.

APULUS et App., a, um, adj. *Pugliese*, ad Apuliam pertinens. *Hor. Od.* 4, 14, 26. Qui regna Dauni praefluit Apuli. *Id. Sat.* 2, 1, 38. Apula gens. *Id. Od.* 1, 33, 7. Apuli lupi. P. Scribitur et *Appulus*. V. APULIA.

APUS, ödus, m. *ἄπυρος*. Hoc nomine vocantur aves, quae et *cypseli*, ex genere hirundinum, ita dictae ab *a* privativa, et *πύς, πῶδος*, pes, quod careant usu pedum. Nidificant in scopulis. Haec sunt, quae toto mari cernuntur, nec unquam tam longo nave, tamque continuo cursu recedunt a terra, ut non circumvolitent eas apodes. Cetera genera residunt et insistent: his quies, nisi in nido, nulla: aut pendent aut jacent. *Plin.* 10, 39, 55.

*APYRE, es, oppidum Lyciae, *Ἀπύρεια*, *Ptolemaeo.* *Plin.* 5, 27. B. A.

APYRENUM. V. APYRINUS.

APYRETUS, i, m. *ἀπύρετος*, febris carens, ab *a* privativa, et *πυρετός*, febris. *Theod. Prisc.* 2. Si apyreti fuerint.

APYRINUS et Apyrenus, a, um, adj. *ἀπύρετος*, et *ἀπύρετος*, qui caret nucleo: ab *a* privativa, et *πύρην*, nucleus: et dicitur de pomis. Itaque *apyrenum* dicitur dulcis mali Punici genus, non quod nullo habeat nucleos seu grana, sed quod habeat minus lignosa et teneriora. *Plin.* 13, 19, 34. Apyrenum, cui lignosus nucleus abest: candidior ei natura, et blandiores sunt acini, minusque amarissimi distincti membranis. *Senec. ep.* 85. Sic sapiens imperturbatus dicitur, quomodo apyrina dicuntur, non quibus nulla inest duritia granorum, sed quibus minor. *Martial.* 13, 43. Lecta suburbanis mittuntur apyrina ramis. *Colum. Arbor.* 23, et l. 5. c. 10. Apyrenus fructus mali Punici.

APYRON sulphur, *ἄπυρον*, hoc est quod ignem non est expertum: ab *a* privativa, et *πῦρ*, ignis: genus sulphuris; quod et vivum appellatur, et nascitur solidum, hoc est gleba (cetera enim liquore constant, et conficiuntur oleo incocta) quo solum ex omnibus generibus medici utuntur. Haec *Plin.* 35, 15, 50. A *Celso* Graecis litteris scribitur 5, 18. P. *Aurum apyron*, *h. e.* igne non excoctum. *Plin.* 21, 11, 38.

APYROTUS. V. ACAUSTUS.

AQUA, ae, f. *ἄδωq*, humor gelidus, unum ex quatuor elementis, ex quibus mundus constat. [**Etymon* alii esse putant celticum voc. *Ach*, i. e. aqua; V. *Kürcher.* eph. scholl. a. 1828. p. 915.; alii derivari volunt ab *ago* pro *agua*, trisyll. V. *Osann.* ad *Appulej. de orthogr.* p. 59. et *Nostrum* in *f.*] *Cic. Att.* 1, 16. Aquae marinae. *Virg. G.* 4, 61. Aquae dulces. [**Hor. ep.* 1, 15, 16. ibique *Fea*; *dulci opp. deterrima Sat.* 1, 5, 7. Pro dulcis mavult *Bentl. jugis.*] *Plin.* 14, 9, 11. Aqua puteana. *Colum.* 12, 9. fontana. [**Suet. Aug.* 82. saliens.] *Colum.* 6, 22. fluvialis. *Or. Met.* 8, 335. pluvialis. Et *Cic. Mur.* 9. pluvia. *Hor. Od.* 3, 10, 20. coelestis. [**Liv.* 4, 30. 5, 50.] *Gell.* 19, 5. nivalis. *Cic. Q. Fr.* 3, 1, 2. profluens. *Plin.* 31, 3, 21. stagnans aut pigra. *Cels.* 2, 29. tenera, quam *Id.* 2, 30. opponit durae, *h. e.* quae tarde putescit. *Varr. L. L.* 4, 26. viva, *h. e.* quae e terra erumpit et decurrit. [**Aquae mutae*, i. e. tranquillae. Exempla V. apud *Broukh.* ad *Prop.* 1, 15, 29. — *Aquae magicae* apud *Prop.* 4, 1, 102. *Or. Am.* 1, 14, 40. uterque *Burm.* interpretantur de aqua Avernali seu Stygia, qua magae in sacris utebantur, quaque aspergebant ea, quibus nocere volebant.] *Ulp. Dig.* 43, 19, 1. quotidiana, *h. e.* qua quis quotidie uti potest. *Cic. Q. Fr.* 3, 1, 2. Ducere aquam per fundum alieujus. *Id. Div.* 2, 32. deducere ad utilitatem agri. [**Suet. Aug.* 42. perductis pluribus aquis (de aquaeductu Agrippae. *Id. Cl.* 20. aquarum ductum a Cajo inchoatum perfectit. *Id. Aug.* 37. cura aquarum, (quod fuit novum officium ab Augusto excogitatum.)] *Hor. Sat.* 1, 1, 60. haurire. *Cic. N. D.* 2, 9. trahere e puteo. *Id. Verr.* 2, 1, 26. Perfundere aliquem aqua. *Pl. Pers.* 5, 1, 17. Dare aquam manibus. [**Omittitur saepe numero aqua in formulis frigidam bibere, et calida lavare.* B. Pleonasmus esse videtur *Liv.* 5, 44. prope rivus aquarum.] Adde *ib.* 14. Hinc poetice aquam liberam aut servam bibere dicitur, qui servus aut liber est. *Or. Am.* 1, 6. in *f.* sic unquam longa relevere catena, Nec tibi perpetuo serva bibatur aqua. *Petr. fr. Trag.* 71. Tamen, me salvo, cito aquam liberam gustabunt. P. *Praehere aquam*, coenam dare, nam aquae seu calidae, seu frigidae multus erat usus in coena, et qui convivium praebat, idem et balneum exhibebat ante cibum, et aquam abluendis manibus, etc. *Hor. Sat.* 1, 4, 87. E quibus unus amet (al. *avet*) quavis [*i. e. quovis modo] aspergere cunctos Praeter eum qui praebet aquam. *ἄδωq παρῆρην* eodem sensu dixisse *Athen. lib.* 4. notat *Lambinus*. Sunt qui ita legunt: *quavis aspergere cunctos, Praeter eum, qui praebet, aqua.* Et aqua quavis aspergere exponunt, undecumque petito risu lacessere, dictis perfundere. [**V. Hdf.* ad *h. l.* qui rectius locum intellexit quam *Fea.*] Quo pertinet illud *Pl. Cist.* 1, 1, 35. Nostro (meretricum) ordini palam blandiuntur (matronae); clam, si occasio usquam est, aquam frigidam subdole suffundunt, [*h. e.* hominum erga nos calidum amorem minuunt, veluti aquam frigidam suffundendo. *Hanc explicationem, quae ne latina quidem est, quamque non intelligo, adscripsit *F. At Forc.* habebat ita: clam, si occasio usquam est, aquam frigidam subdole suffundunt, *h. e.* obtrectant, maledicunt. Ceterum cf. *Gron.*] P. *Aspergere aquam alicui* dicitur, qui dicto vel facto timorem admittit: locutio proverbialis ducta ex eo, quod animo defectis affusa aqua succurri solet. *Pl. Truc.* 2, 4, 15. Ah, aspersisti aquam! jam rediit animus. V. similem loc. *Mil.* 4, 8, 22. P. *In aqua scribere* proverb. de re, quae statim evanescit. *Catull.* 70, 3. *de inconstant. fem. amor.* cupido mulier quod dicit amanti, In vento et rapida scribere oportet aqua. *καθ' ὕδατος γράφειν.* *Lucian.* P. *Aquam a pumice postulare.* V. PUMEX. P. Aqua, et ignis sunt duo elementa, quae, ut ait *Festus*, humanam vitam maxime continent. *Cic. Amic.* 6. Non aqua, non igni, ut ajunt, pluribus locis utimur, quam amicitia. P. Hinc aqua et igni interdicitur est in exsilium pellere, quia sine his vivi non potest. *Cic. Phil.* 1, 9. Leges, quae jubent, ei, qui de vi, itemque ei, qui majestatis damnatus sit, aqua et igni interdici. *Serv.* ad *A.* 12, 119. scribit, quia aqua et ignis adhibentur in foederibus ineundis, ideo iis, quos a nostro consortio arce-re volumus, aqua et igni interdici. P. Hinc etiam mos fuit, ut idem *Festus* scribit, ut sponsae nuptiarum die aquam et ignem ab sponso acciperent: quem morem tangit etiam *Varr. L. L.* 4, 10. *Serv.* ad *A.* 4, 167. et *Scaevola Dig.* 24, 1, 66. P. Eadem ratione aquam et terram poscere, *ἄδωq καὶ ὑδωq αἰτεῖν*, proverb. bellum indicare. *Liv.* 35, 17. Persae aquam terramque ab Lacedaemoniis petierunt. P. De rebus simillimis proverbiale est illud *Pl. Mil.* 2, 6, 70. Ex uno puteo similior nunquam potest aqua aquae sumi, quam haec est, atque ista hospita. V. OVUM. P. De more utendi aqua ad lavandum post opus venerem, quod aperte indicat *Or. Amor.* 3, 7. *extr.* et alibi. V. etiam AQUARIOLUS. [**Semper* in hac formula veteres dicunt: *aquam sumere.* Cf. *Or. A. Am.* 3, 96.

bus respublica, at in aris et focis. [*Egregie Ernest. in cl. Cic. arae, inquit, et foci, quum jun- guntur, cave putes, aras de templis, focos de aedibus privatis intelligi, ut vulgaris opinio fert in illo proverbio: pro aris et focis pugnare; — sed utrumque dicitur de privatis aedibus, in quibus ara erat Deorum Penatium, patriorum, in impluvio, focus autem in atrio, isque Larium erat. Haec ille. Locis a Nostro allatis adde haec: Cic. Dom. 40. unius ejusque vestrum sedes, aras, focos; et ib. 41. et extr. hic arae, hic foci, hic dii penates. Deiot. 3. Phil. 8, 3. templa, penates, aras, focos. Plura V. l. l. et quos ibi laudat. Plin. Pan. 68, 7. domesticae arae focique.] P Saepa ara ponitur pro perfugio. Nam rei, et praesertim servi, ad aras confugientes, perfugium ibi habebant et asylum, ut inde sine piaculo abstrahi non possent. Quod si eos aliquando avelli necesse esset, ignis admovebatur. Sic enim non ab hominibus, sed a Deo divelli existimabant. Ejus rei exemplum apud Pl. Most. 5, 1, 64. et Rud. 3, 4, 56. habetur. Ter. Haut. 5, 2, 22. Nemo accusat, Syre, te: nec tu aram tibi, Nec precatore pararis. Ov. Trist. 5, 6, 14. Quae patuit, dextrae firma sit ara meae. Cic. N. D. 3, 10. Omnium talium rerum ratio reddenda est: quod vos cum facere non potestis, tanquam in aram confugitis ad Deum. Id. in Senat. 5. Qui nisi in aram tribunatus confugisset, vim praetoris effugere non potuisset. Id. Ferr. 2, 2, 3. Confugere ad aram legum, h. e. tribunal praetoris, et ad iudices, qui leges servant et vindicant. P Est etiam Ara signum coeleste situm ad australem plagam sub cauda Scorpionis prope circulum antarcticum, constans stellis quatuor secundum Hygin. et secundum alios septem: quod aliis nominibus Turbulum, et Sacrarium, et Lar appellatur. Fabulantur esse illam aram, in qua sacra fecerunt Dii, et societatem sanxerunt contra Titanas coelo bellum inferentes, exstructamque esse a Cyclopiis. Cic. N. D. 2, 44. ex Arateis: Inde Nepae cernes propter fulgentis acumen Aram, quam flatu permulcet spiritus Austri. Adde Hyg. Astron. 2, 39, et 3, 38. P Fabrettus Inscr. c. 2, p. 107. et 108. plures affert inscriptiones, in quibus ara ponitur pro urna seu cippo sepulchrali, qui aram figura refert. P Aram pro area quidam putant usurpari a Tert. Pall. 5. Soleo de qualibet margine, vel ara medicinas moribus dicere, h. e. in viarum erepidinibus, vel areis seu plateis. Sed nihil prohibet, quin de ara proprie dicta intelligatur. Nam etiam in publicis viis et plateis arae positae erant, ut dictum est: et notat Salmas. ad h. l. licuisse aliquando iis pro suggestu uti. Apud Varr. quoque aram pro area usurpari credunt nonnulli R. R. 1, 54. Uva quae descendit in aram, ut in carnarium ascendat, h. e. quae in area siccat, et siccata servetur in carnario ad edendum. [At Pontedera Oper. Post. T. 1. p. 208. aram putat appellari locum in villa eminentem, qui fit palis in quadratum constitutis et transversis perticis alligatis, superposita crate, storeave, in qua uva lecta disponitur, ut siccat, exinde de carnario suspenditur. F.] Hinc Idem Varr. L. L. 4, 4. aram ab area deduci posse indicat: quare non est absurdum aram pro area sumere. Auson. Popm. pro ara legit area ex conjectura. P [*Confunduntur a librariis arae et arces; V. quae congesserunt Bentl. et Fea ad Hor. Carm. sec. 65. Drak. ad Sil. 2, 237. arae et curae, Suet. Dom. 17. ubi tamen Brem. librorum scripturam curae non prorsus damnat. arae et aerae, Heins. ad Ov. Her. 1, 110. et Pont. 2, 8, 68. Burm. ad Virg. A. 7, 593. arae et orae, Drak. ad Sil. 13, 81. Burm. ad Virg. A. 11, 269. et ad Ov. Met. 11, 546. aris et agris, Duker. ad Flor. 3, 13, 4. Burm. ad Ov. Met. 11, 546. Arntzen. ad Aur. Vict. Vir. Ill. 23, 5.] P Nonnulla sunt Orbis terrae oppida, quae ab aris ibi aliquando excitatis nomen accepere, ut Ara Caesaris, Ara Ubiorum, etc., quae V. apud Geographos. ARABARCHES, ae, m. Ἀραβάρχης, (ut putat Aelianus l. 1. Praeterrissor.) dicebatur publicanus, qui praerant exigendo vectigali de pecoribus, quae ex Arabia in Aegyptum adducebantur: cujus officium Arabarchia vocabatur. V. v. seq. Hinc Juven. 1, 130. Nescio quis Aegyptius aut Arabarches, ubi alii putant notari Crispinum, de quo alibi Juven., alii alios. Cic. etiam Att. 2, 17. Antonium Arabarchen appellat, quasi Aegyptium publicanum: extorquebat enim ingentia vectigalia, quae postea prodigebat, ait Plutarch. Alii ea voce non Antonium, sed potius Pompejum notari verosimilius volunt, qui Arabiam devicerat; et dici quasi Arabum principem, h. e. latronum. Alii minus recte Hala- barches scribunt, ut significet salis praefectum, Ἀλαβάρχη. Cujacius utrobique tam apud Cic., quam apud Juven. legit Alabarches: quae quidem lectio placet plerisque eruditorum. Ἀλαβάρχη enim scriptura vel atramentum est. Vectigalium autem ratio Latine etiam scriptura dicitur: quare Alabarches magistrum scripturae significat, seu quod idem est, vectigalium praefectum. Adde Cic. Att. 2, 16. Pompejo exprobrare, quod novum vectigal in monte Antilibano constituisset. [*Postrema haec scriptura

ab edd. praefertur, quia maxime in Pompejum eadit, quod sic ei exprobratur. Scilicet se vectigalia P. R. valde auxisse jactabat.] ARABARCHIA, ae, f. dignitas et officium Arabarchae. Imppp. Gratian., Valentin. et Theodos. Cod. 4, 61, 9. Usurpationem totius licentiae sub- movemus circa vectigal Arabarchiae per Aegyptum constitutum, nihilque super translatione animalium, quae sine praebitione solita minime permittenda est, temerarie per licentiam vindicari concedimus. Hic etiam retinendum Alabarchiae, de qua voce supra in ARABARCHES. ARABIA, ae, f. Ἀραβία, pars Asiae, ab Arabe filio Apollinis ex Babylone. Terminos habet a Septent. Syriam, et Euphratem fluvium, ab Or. sinum Persicum, ab Occ. sinum Arabicum, a Merid. mare Arabicum, seu partem Oceani Indici. P Tri- plex est. Prima est Petraea, Nabathaea. Secunda est Deserta, Sceneticis Ptol. ἀπὸ τῆς οὐρησῆς, quod gens vaga, et sine aedificiis in tentoriis habitat. Tertia est Felix, seu Beata, εὐδαίμων, quae et Panchaia inter Petraeam, et Desertam, et sinum Persicum ad Sept., et sinum Arabicum ad Austr. inter Occ. et Or. longissime excurrans, mari Ru- bro Indian versus definita, in qua Sabaei populi, multaue regna continentur, et avis Phoenix reperiri dicitur, et tus, et sardonix gemma nascitur. Plin. 5, 11, 12., Solin. 33., Mela 1, 10. Arabia in provinciam primum redacta a Trajano Imp. Eck- hel. T. 6. p. 420. P Est etiam hoc nomine urbs in Arabia Felici in ora litorali maris Arabici. Mela 3, 8. P Prima syllaba, quae natura brevis est, metrica necessitate produci potest. Prop. 2, 8, 20. Et domus intactae te tremit Arabiae. Sic in ARABUS. [*Quare duplici r scribi jussit Nestor. in vocabul. p. 9. et p. 156. V. Burm. l. 1. Neque tamen opus. Eadem ratio est, quae in Ita- lia — ooo, Sicilia — ooo et simm., in quibus metrum dactylicum vim suam habebat. V. Jahn. ad Hor. od. 4, 4, 9. ed. II. qui nobiscum haec com- municavit.] P Adjective terra Arabia dicitur a Pl. Trin. 4, 2, 88. Advecti ad Arabiam terram sumus. Sic Sicilia insula ap. Eund. Rud. 2, 6, 60., terra Graecia ap. Gell. 1, 1., terra Italia, Id. 2, 6. ex Catone, et Varr. R. R. 1, 9. Et Thessalia regio, Appul. Met. 1. sub f. Et Campania terra, Tibull. 1, 10, 33. Et Celtiberia terra, Catull. 39, 17. Et Umbria terra, Gell. 3, 2. Eadem ratione Libya citrus dictum est a Varr. ap. Non. 2, 132. [ARABIANUS, a, um, adj. ad Arabiam pertinens. Arabians est cognomen Romanum, nam Claudii Arabiani mentio est apud Spartian. Seer. 13., et Flavii Arabiani apud Vopisc. Aurelian. 47. F.] [ARABICARIA, ae, f. quae odores Arabicos ven- dit, vel tractat. Inscr. ap. Murat. 939, 9. Aure- lia Valeria Arabicaria V. S. F., h. e. voto soluto fecit. F.] ARABICE, adv. Ἀραβικῶς, Arabico more. Pl. fr. ap. Diomed. 1. p. 378. Facite, olant aedes Ara- bice, h. e. ex odoribus Arabicis, ut et Festus ex- ponit. Solin. c. 33. Arabice sacri vocantur, h. e. Arabum lingua. ARABICUS, a, um, adj. qui est ex Arabia, Ἀρα- βικός. Pl. Mil. 2, 5, 2. Dianae fomicare odore Arabico, h. e. ture, quod multum provenit in Ara- bia. Plin. 2, 67, 67. Arabicus sinus. Id. 14, 20. 25. Arabica resina. Id. 24, 12, 65. Spina Arabi- ca, h. e. acacia. P Arabica scil. gemma. Plin. 37, 10, 54. Arabica ebori simillima est: putant contra dolores nervorum prodesse habentibus. Isid. Orig. 16, 14. Arabica ex patria dicta, ad aspectu eburnea est. ARABILIS, le, adj. qui arari potest, ἀράβιος. Plin. 17, 5, 3. Campus nullis, cum siccus est, arabilis tauris, post imbres vili asello. [ARABINUS, a, um, adj. id. q. Arabicus, Ara- binus est cognomen Romanum, nam Septimii Arabini senatoris mentio est apud Lamprid. Alex. Sev. 17. F.] ARABISSA, ae, f. mulier Araba. Dicitur Hieronymus. usus hac voce, vertens e Graeco Eusebii Chronicon. *ARABITAE, arum, qui Arabum fluvium accolunt. Curt. 9, 10. B. A. ARABIUS, a, um, adj. id. q. Arabicus. Prop. 2, 2, 25. Nec si qua Arabio lucet bombyce puella, h. e. veste serica, quae laudatissima textur ab Ara- bis. Sic Id. 1, 14, 19. Arabium limen, h. e. aed- es, aut conclavia pretiosis sericis aulaeis ornata. Plin. 13, 23, 44. Arabium genus capparum. Pl. Poen. 5, 4, 6. Arabius odor, h. e. turis, et alio- rum aromatum, quorum ferax Arabia est. Charis. 1. p. 99. legit Arabus. P Apud Prisc. Perieg. 865. et 870. duplici rr scribitur, nempe ad producen- dam primam syllabam, sed V. supra s. v. ARABIA. *ARABONA vel ARRABONA, ae, oppidum Pan- noniae superioris, hodie Raab. Notit. Imper. Pto- lemaeo est Ἀραβῶν. B. A. ARABRIGENSIS, se, adj. ad Arabrigem perti- nens, Lusitaniae oppidum, teste Ptolemaeo. Ara- brigenes, ium sunt incolae ejusdem oppidi. Plin. 4, 22, 35. Ammienses, Aranditani, Arabrigenses. Inscr. ap. Grut. 926, 4. Vibia Crispa Rufini Ara- brigenis (uxor). Adde apud Eund. 162, 3. P

Apud Plin. l. c. et alibi mendose legitur Arabri- censes. F. et B. A. ARABS, abis, omn. gen., Ἀραβ, qui est ex Ara- bia: tum adjective, tum substantive. Tibull. 3, 2, 24. Eoque Arabes, dives et Assyria. Manil. 4, 652. et 752. Molles Arabes. Virg. G. 2, 115. Eoasque domos Arabum. [*Prop. 2, 22, 17. Ara- bum gramina. V. Burm. ad h. l.] Ov. Met. 10, 478. Palmiferos Arabas, Panchaeaque rura relin- quit. Prop. 3, 11, 8. Pastor Arabs. Martial. 3, 65. Messor Arabs. *ARABUS, i, Ἀραβίς Ptolemaeo, Ἀραβίς Straboni, Arriano Ἀραβίος, flumen in Gedrosia. Curt. 9, 10. ubi legendum videtur Arabim. B. A. [*Ed. Zumpt. Arabum.] ARABUS, a, um, adj. id. q. Arabs et Arabicus: tum substantive, tum adjective. Virg. A. 7, 604. Sive Getis inferre manu lacrymabile bellum, Hyrcanisque parant. C. Cassius ap. Charis. 1. p. 99. Arabi mirifico animo erga nos fuerunt. Lucil. ib. Arabus artemo. Pl. Poen. 5, 4, 6. Arabus, mur- rhinusque omnis odor. Ita leg. Charis. ib., alii Arabius. Ov. Her. 15, 76. Non Arabo noster rore capillus olet, h. e. myrrha, cujus apud Arabes copia est. [*De forma Arabus pro Arabius v. Heins. ad h. l. Sic Lavinus pro Lavinius etc. Cf. Jahn. ad Ov. Met. 8, 288. 12, 173. Virg. A. 1, 1.] Plin. 36, 21, 41. Arabus lapis ebori similis, den- tificiis accommodatur crematus. V. ARABICUS. *ARACHA, oppidum Susianae. Ammian. 23, 21. Ptolemaeo est Ἀραχά. V. ARECTAEUS. B. A. *ARACHIDNA, ae, f. planta, quae memoratur Plin. 21, 15, 52. ἀραχιδνά Theophr., est Lathyrus amphicarpos L. die unterirdische Platterbse. ARACHNE, es, f. Ἀράχνη, nomen puellae Ly- diae, quae cum de lanificio ausa fuisset cum Pal- lade certare, a victrice Dea percussa radio in ara- neam est commutata. Ov. Met. 6. init. Scribit Plin. 7, 56, 57. Arachnem linum et retia, filium ejus Closterem fusos invenisse. Suidas docet, ἀράχνην filum esse et licium tenuissimum, et ἀράχνην fem. gen. telam, seu texturam, masc. vero gen. pusillum animal, dictum, quod rara molliaque habeat vesti- gia: derivatur enim arachne ab Hebr. אַרְנַן texuit, vel ab ἀρα, apto, et ἀρα vel ἀρα, lanugo, ita ut arachne ea sit, quae adaptat fila instar lanugi- nis tenuia. Hinc itaque a poetis fabulae occasio sumpta est. [*Meliora V. in lex. myth. Klopferi.] P Arachne praeterea est genus horologii solaris, cujus inventorem alii Eudoxum astrologum fuisse tradunt, alii Apollonium, ut est apud Vitr. 9, 9. Videtur autem ita appellatum esse, quia lineas ha- bebat ita dispositas, ut araneorum telas in orbem textas referrent. ARACHNEA, ae, f. Ἀράχνη, eadem quae Ara- chne, ut Calliopea pro Calliope. Manil. 4, 135. ipsa suismet Asseruit Pallas manibus, dignumque putavit, Seque in Arachneae magnum putat esse triumphum. *ARACHOTOSCRENE, es, f. Ἀράχωτος κρήνη, h. e. fons Arachotos. Ammian. 23, 6. a med. Ex- adversum Arachosia visitur, quam ab Indo fluvio- rum maximo annis multo minor exoriens aquarum alluit amplitudine, efficitque paludem Arachotos- arenem appellatam. B. A. ARACHOSIA, ae, f. nunc Arachote, Ἀραχωσία, regio olim Persidis, nunc Magni Mogolis, divisa ab India flumine Indo in Occ. Est in ea oppidum, et flumen ejusdem nominis. Plin. 6, 23, 25. ARACHOSIUS, a, um, adj. ad Arachosiam perti- nens. Arachosii sunt ejus populi. Justin. 13, 4. et Curt. 4, 12. et alibi. [ARACHOTAE, arum, m. plur. populi Arachos- iam incolentes, iidem qui Arachosii. Prisc. Perieg. 1003. Oritas, Aribasque simul, linique Arachotas Utentes laenis. F.] ARACIA ficus, genus et ficus albae, pediculo minimo, latissimae, apud Plin. 15, 18, 19., ubi alii leg. Aratia, a Graeco Ἀράχτιος, quasi a quodam Arato denominata sit. P Est etiam Aracia, Ἀραχία, insula sinus Persici, cum monte praealto, Neptuno sacra. Plin. 6, 25, 28. *ARACILLUM, i, Hispaniae Tarraconensis op- pidum, in Cantabria. Flor. 4, 12. Fortasse id. q. Aracoelis appellatur in Anton. Itin. B. A. *ARACTENE V. ARECTAEUS. ARACYNTHUS, i, m. Ἀρακύνθος, mons est Aca- raniae, ut docent Plin. 4, 2, 3. et Solin. 7., in quo est Dirce fons Minervae sacer. Steph. et Sere. ad Virg. Ecl. 2, 24. docent esse montem Theba- num in Bocotia: et fortasse utroque loco ejusdem nominis mons est. Virg. l. c. Amphion Dircaeus in Actaeo Aracyntho. V. ACTAEUS. Prop. 3, 13. 41. victorque caneat Paean Amphion rupe, Ara- cyntho, tua. [ARADEUS, a, um, adj. ad Aradum pertinens, nunc Ruad, insulam ad oram Phoenices in confi- nio Seleucidis, in cujus nummis apud Eckhel. D. N. V. T. 3. p. 393. est ΑΡΑΔΙΩΝ, quamque memorat Plin. 5, 17, 20. et Prisc. Perieg. 539. Nec procul est Arados, Phoenices aequore cineta. In- script. ap. Donat. 288, 5. D. M. Ti. Claudii Apol- 54 *

puli Indis finitimi, non procul ab Arianis et Gedrosiis. Sunt, qui in Gedrosia ponunt. Plin. 6, 23. P Item populi Carmaniae. Id. 6, 25. B. A.

ARBILLA, arvina, id est pinguedo corporis, inquit Festus: ad quae verba notat Voss. Etym. in V. aries, arbillam dictam esse pro arvillam (facile enim u in b vertitur, ut dicemus initio litterae B) et esse diminutivum ab arvina ea ratione, qua ab ovinus est ovillus, a suinus suillus. V. ARVINA. [Huc pertinet illud Hesychii, Ἀρβίλη, κρέας (legunt Viri docti οὐκεία), Σελ. 101. B. A.]

*ARBIS, is, Carmaniae flumen, Gedrosiam percurrens, inque sinum Persicum influens. Plin. 6, 24. Artabius vocatur ab Ammiano 23, 29. P Item oppidum Gedrosiae ad Arbin flumen. Plin. 6, 23. B. A.

ARBITER, itri, m. conscius, testis vel inspector: quia arbiter rem totam cognoscit, antequam ferat sententiam. Etymologi volunt hanc esse primam ac propriam hujus vocis significationem. [Hanc enim Forc. ultimam fecerat.] Derivant enim ab ar pro ad, et bito, eo, quasi notet cum, qui ad inspicendum accedit. Hinc arbitrari ponitur etiam pro inspicere. [Hoc unice probandum.] At Lennep. Analog. Ling. Gr. p. 273. contendit arbiter, et Graece ἀρβιτήρ, esse ab inusit. ἀρβίτω pro ἀρβίω necto, compono. Auct. ad Her. 2, 4. Spes eelandi quae fuerit, quaeritur ex consciis, arbitris, adjutoribus, etc. Cic. Off. 3, 31. Surrexit e lectulo, remotisque arbitris, ad se adolescentem jusit venire. Id. Att. 15, 16. Haec loca venusta sunt; abdita certe, et si quid scribere velis, ab arbitris libera. [*Id. Verr. 5, 31. locus ab arbitris remotus. Praeterea cf. intpp. ad Vell. 2, 14, 3. Pl. Capt. 2, 1, 29. Poen. 3, 3, 50. Curt. ad Sall. Cat. 20, 1. et Muncker. ad Ov. Met. 5. arg. fab. 3.] Pl. Mil. 2, 2, 3. Mihi quidem jam arbitri vicini sunt, meae quid fiat domi, i. e. speculatores. Id. Trin. 1, 2, 109. Circumspice dum te, ne qui adsit arbiter. Id. Cas. a. 1. v. 55., Liv. 27, 28. et Justin. 21, 4. Agere aliquid sine arbitro. Curt. 3, 12. Secretorum omnium arbiter. [*Cic. Flacc. 36. quis est decisionis arbiter? quis interfuit, eamque factam esse et quomodo facta sit, testari potest? Est igitur h. l. i. q. quis praesens s. testis fuit?] Hinc arbitri dicuntur spectatores theatri; tum quia fabulam spectant, tum quia de ea judicant. Pl. Amph. prol. 15. Ita huic facietis fabulae silentium; itaque aequi et justi hic eritis omnes arbitri. Ac de rebus inanimis. Hor. Ep. 1, 11, 26. Locus effusi late maris arbiter, h. e. qui late prospectat mare. P Passive arbiter is est, qui aditur; hoc modo ita appellatur judex, non a lege datus, sed ab iis qui litigant, electus, qui totius rei habet potestatem, ut de ea ex aequo et bono, ut sibi videbitur, sententiam ferat, διακρίτης: in quo differt a iudice, qui iudicat secundum leges et juris formulas: arbiter vero et leges benigne interpretatur, et aequitatem magis sequitur, quam juris rigorem. Praeterea iudex officio causas iudicat; arbiter, si velit, detrectare potest delatam causam. [*Cf. Clav. Cic. et de hoc discrimine quae Noster laudat s. v. ARBITRIUM.] Sen. Ben. 3, 7. Iudicem formula includit et certos, quos non excedat, terminos ponit: arbitri libera et nullis adstricta vinculis religio et detrahere aliquid potest et adjicere, et sententiam suam, non prout lex aut justitia suadet, sed prout humanitas et misericordia impulit, regere. Ter. Haut. 3, 1, 93. Simus et Crito, vicini nostri, hic ambigunt de finibus: Me cepere arbitrum. Cic. Off. 1, 10. Dare arbitrum aliquibus de re aliqua. Id. Leg. 1, 20. Esse arbitrum inter aliquos. [*Liv. 2, 33. (Menenius Agrippa) interpres (mediator) arbiterque concordiae civium.] Id. Att. 15, 1. Statuere aliquem arbitrum alicujus rei. Id. Off. 3, 16. Adigere aliquem arbitrum. V. ADIGO. Paul. Dig. 4, 8, 19. Compromittere in arbitrum. Rursus Cic. Rosc. Com. 4. Esse arbitrum in aliquam rem. Et ib. Adire ad arbitrum. Et ib. Confugere ad arbitrum. Et ib. Sumere aliquem arbitrum. V. totum illum locum, ubi multa de discrimine inter arbitrum et iudicem. P Dixi, arbitrum delatam causam detrectare posse, si iudicare nolit: quod est intelligendum de iis, qui ab ipsis litigantibus eliguntur. Sunt enim arbitri, qui dantur a praetore ex formula legis, de quibus idem est dicendum ac de ceteris iudicibus. Habebant enim idem jus et potestatem in causis cognoscendis: sed dicuntur arbitri, quia dabantur fere in causis bonae fidei, hoc est quae arbitrato boni viri, et ex aequo et bono aestimandae ac definiendae sunt; et in suis sententiis (quae ob id arbitria appellantur) adscribebant formulas ex fide bona, vel quantum aequius melius sit dari, etc., quibus significatur, sententias eas non ex stricto jure, sed ex aequitate ratione proficisci. Causae autem, ad quas dijudicandas dabantur arbitri a praetore, erant familiae eriscundae, communi dividendo, finium regundorum, pro socio, tutelae, rei uxoriae, et aliae hujusmodi, de quibus Jurisconsulti. V. Proculum Dig. 17, 2, 76. P Translate arbiter dicitur de quocumque iudice. Hor. Od. 3, 20, 11.

Arbiter pugnae. Stat. Silv. 4, 9, 17. annonae. Op. Her. 16, 69. de Paride. Arbiter es formae: certamina siste Dearum. Mart. 7, 71. Sic palmam tibi de trigone nudo Unctae det favor arbiter coronae, h. e. favor, qui tanquam iudex victoriam ludenti adjudicat. Plin. 5, 27, 27. Taurum montem appellat innumerarum gentium arbitrum, hoc est tanquam finium regundorum arbitrum, quia multarum gentium regiones determinat. P Quia vero arbiter totius rei, de qua iudicat, facultatem et arbitrium habet, ut Festus loquitur, nonnunquam accipitur pro domino, et qui de re aliqua, ut libet, statuit et disponit. Hinc Hor. Od. 1, 3, 15. Notum ventum vocat arbitrum Adriae. Et Sen. Herc. Fur. 582. Plutonem arbitrum mortis. Et rursus Hor. Od. 2, 7, 25. arbitrum bibendi appellat magistrum convivii, et modimperatorem, qui leges bibendi convivis dabat. Et Ov. Her. 9, 45. dicit Eurysthem arbitrum irae Junonis, quia pro arbitrio imperabat Herculi, quae Junonis iram expletem. Id. Trist. 5, 2, 47. Augustum Caesarem arbitrum imperii. Et Fast. 3, 73. Martem armorum arbitrum. Sic apud Tac. A. 2, 73. Arbitrer rerum est rerum dominus. Et ib. 13, 14. Arbitrum regni agere. [*Liv. 27, 28. sine arbitro agere, i. e. suo arbitrato.]

ARBITRIUM, ii, n. id. q. arbitrum, hoc est arbitri iudicium ac sententia. Ita legitur in Pandectis Florentinis, ex quibus fideliter Torrentinus excerpit, Dig. 2, 8, 9. et 4, 8, 3, 7, 16, 19, et 21. et alibi: nec abhorret a Latina analogia: tametsi in aliis editionibus arbitrium restitutum est. Etiam in vet. Inscript. optima notae apud Grut. 550, 1. habetur arbitrium pro arbitrio, ac voluntate, [et in Not. Tyr. p. 52. F.]

ARBITRA, ae, f. Hor. Epod. 5, 50. O rebus meis non infideles arbitrae Nox, et Diana, h. e. testes, consciae, et simul praesides rerum mearum.

ARBITRALIS, le, adj. ad arbitrum pertinens. Maer. Sat. 7, 1. Ut inter te, et Vettium velut arbitrali iudicatione componam.

ARBITRANS, antis, particip. V. in ARBITROR.

ARBITRARIO, adv. V. v. seq.

ARBITRARIUS, a, um, adj. διακριντικός, ad arbitrum pertinens, arbitralis. Papinian. Dig. 22, 1, 3. In his iudiciis, quae non sunt arbitraria. Ulp. ib. 13, 4, 2. Arbitraria actio, h. e. quae ex arbitrio iudicis pendet, qua, nisi arbitrio iudicis, is, quo cum agitur, actori satisfiat, condemnari debeat, ut Justin. Instit. 1, 4, 6. exponit. Et dicitur etiam arbitraria actio, cum in ea non restricte certum quid postulatur, sed id tantum, quod aequius melius iudici videbitur. V. Jurisconsultos, qui accuratius de his disputant. P De his, quae a voluntate nostra pendent. Gell. 18, 10. extr. Motus in arteria naturalis, non arbitrarius. P De eo, quod in controversiam venit, et geritur apud arbitrum, ut loquitur Festus. Unde arbitraria communium parietum apud Vitr. 2, 8. sunt iudicia de pretio et valore communis parietis: tametsi alii legunt arbitria, et quidem rectius. P Joculariter arbitrarius ponitur a Plauto pro incerto, dubio, Amph. 1, 1, 216. Hoc quidem profecto certum est, non arbitrarium. P Hinc arbitrario adv. pro dubio. Id. Poen. 3, 5, 42. Nunc pol ego perii certo, non arbitrario.

ARBITRATIO, onis, f. Gell. 13, 20. hanc vocem ponit tanquam usitatam. Inquit enim: Hic allegatus, et hic arbitratus pro allegatione proque arbitratione dicuntur. Imp. Valentin. in lege agraria apud Scriptor. Rei Agrar. p. 342. Goes. Artis hujus peritis omne commissimus sub fideli arbitratione iudicium. Alii leg., sed minus recte, arbitrio notione.

ARBITRATOR, oris, m. idem qui arbiter, hoc est dominus, et moderator. Hinc pentapylon Jovis arbitratoris locus fuit Romae in regione decima, teste P. Vict. Sic et Juppiter arbitrator in Inscr. ap. Gud. 7, 5. P Arbitrator castrorum P. R. dicitur Mars. Inscr. ap. Grut. 1088, 7. Manilius Augustus Xanthus aedituus Aed. Mart. arbitrator, castrorum P. R. Lege: aedituus Aedis Martis arbitratoris, etc. [At haec Inscr. ex Ligorio est, et plura continet quae spuriam esse ostendunt. Satis sit, quod Manilius dicitur Aug. libertus, cum nullus Augustus, vel Augusta ex ea gente fuerit, a quibus id nominis acciperet. F.]

ARBITRATRIX, icis, f. Tert. c. Marc. 2, 12. in f. Justitia in Domino inventa est arbitratrix operum ejus, h. e. moderatrix.

ARBITRATUS, us, m. sententia et voluntas, libitum, ὁλοκλή. Pl. Asin. 4, 1, 21. Tuus arbitratus sit: comburas, si velis. Id. Rud. 5, 2, 68. Meus arbitratus est, lingua quod juret mea. Id. Amph. 1, 1, 102. Dedunt se, divina humanae omnia, urbem et liberos In ditionem atque arbitratum cuncti Thebano populo. Cat. R. R. 149. Si quid dominus emptori damni dederit, viri boni arbitratu resolveretur. P Frequentius usurpatur in ablativo casu. Cic. Fin. 1, 21. Facere aliquid suo arbitratu, et Fam. 7, 1. Vivere suo arbitratu. Pl. Aul. 4, 4, 20. Agedum, excutedum pallium. St. tuo arbitratu. [*Similes formulas affert Lin-

dem. ad ej. Trin. 4, 3, 150.] Rursus Cic. Inv. 1, 25. In victu considerare oportet, apud quos, et quo more, et cujus arbitratu sit educatus, i. e. quo duce, cujus disciplina usus sit. In sepulcro C. Cestii apud Grut. 185, 2. Opus absolutum ex testamento diebus CCCXXX. arbitratu Pontii P. F. Cl. Melae heredis et Pothi L.

ARBITRATUS, a, um, part. V. in ARBITROR.

ARBITRIUM, ii, n. proprie [*Forc. enim hoc in f. posuerat] est, ut in arbiter vidimus, i. q. praesentia, testimonium alicujus, qui aliquid audit aut videt, ἑτοξερής. Sever. Aetn. 195. arcent aditu, divinaque rerum cura sine arbitrio est. Adde Grut. Cyn. 331. [*Cf. etiam Sen. Hipp. 601. En locus, ab omni liber arbitrio vacat; idem versus etiam Herc. Oct. 484. legitur. Or. Met. 4, 224. Res, ait, arcana est, famulae discedite; neve eripite arbitrium matri, secreta loquenti, ad quem l. similia laudat Heins.] P Secundo loco est i. q. iudicium et sententia, quae ab arbitro datur, ὁλοκλή. Hinc res esse in arbitrio dicitur a Pompon. Dig. 10, 2, 47. quae apud arbitrum disceptatur, ejusque sententiam expectat. Et recipere aut suscipere arbitrum dicitur arbiter, qui causam suscipit dirimendam. Ulp. Dig. 4, 8, 9. et Paul. ib. l. 4. et alibi. Cic. Rosc. Com. 4. Aliud est iudicium, aliud arbitrium: iudicium est pecuniae certae, arbitrium incertae: ad iudicium hoc modo venimus, ut totam litem aut obtineamus, aut amittamus: ad arbitrium hoc animo adimus, ut neque nihil, neque tantum, quantum postulavimus, consequamur. V. dicta in ARBITER. Id. Off. 3, 15. et Top. 17. Arbitrium rei uxoriae. Id. Quint. 3. Arbitrium pro socio condemnari, h. e. condemnari iudicio, quod dicitur pro socio, hoc est de societate: de quo V. Dig. l. 17. c. 2. Est autem concisa loquendi formula, a jure petita: tametsi alii mallent arbitrii, alii arbitrio, alii ad arbitrium: alii denique arbitrium tollendum putant, tanquam irreperit ex glossemate. Translate. Sen. Clem. 2, 7. Clementia liberum arbitrium habet: non sub formula, sed ex aequo et bono iudicat. P Ponitur etiam pro quocumque iudicio. Hor. Od. 4, 7, 21. Cum semel occideris, et de te splendida Minos Feccerit arbitria. Nep. Con. 4. Permisit ei, quem vellet, eligere ad dispensandam pecuniam. Id. arbitrium Conon negavit sui esse consilii, sed ipsius, qui optime suos nosse deberet, h. e. illud iudicium atque electionem. Liv. 24, 45. libera de quoque arbitria agere. [*V. nos sub AGO. p. 119. Col. III. et cf. Gron. obs. 4. p. 175. Libera arbitria sunt h. l., quae nos dicimus Machtsprüche.] Gell. 13, 20. Virgilius diversis in locis urbes et urbis dixit, arbitrio consilioque usus auris. P Saepè sumitur pro voluntate, arbitrato, facultate et libertate faciendi aliquid, ὁλοκλή. Cic. Rosc. Am. 45. Jovis nutu et arbitrio coelum, terra marique reguntur. Id. Or. 8. Ad arbitrium et nutum alterius se fingere et accommodare. Id. Verr. 1, 2, 10. Magnas accusatoris minas ad nostrum arbitrium libidinemque eludemus. Id. Or. 2, 16. ad f. Mentis eorum, qui audiunt, ad arbitrium suum movere. Et Mur. 9. Vivere ad arbitrium aliorum, non ad suum. Id. Verr. 2, 5, 63. ad f. Secundum arbitrium tuum testes dabo. Id. Att. 15, 13. Orationem tibi misi: ejus custodiendae et proferendae arbitrium tuum, sc. est. Liv. 2, 9. Arbitrium vendendi salis, similis ei, quam nostri appalto (Pacht) vocant. Et 37, 1. Permittere alicui liberum arbitrium de re aliqua. Et 32, 37. liberum arbitrium pacis ac belli Quintio permissum. [*Cf. 31, 11. Id. 30, 12. in arbitrium crudele ac superbum venire. 10, 24. arbitria fortunae (de sorte). et ib. in senatus arbitrio se fuisse, et in potestate populi futurum. Saepè haec ita se excipiunt. Cic. Phil. 6, 2. quid enim ille unquam arbitrio suo fecit etc., ubi paullo ante negatur unquam in sua potestate fuisse.] Tac. Hist. 1, 46. Agere omnia arbitrio alterius. Id. A. 15, 17. in f. Relinquere aliquem arbitrio suo. Id. Hist. 4, 62. Esse in arbitrio alicujus. Id. A. 6, 51. Obtinere arbitrium rei Romanae, h. e. imperium, summam potestatem. [*cf. Suet. Caes. 5.] Curt. 6, 1. et 8, 1. Agere arbitrium alicujus rei, h. e. de ea pro voluntate statuere. [*Tac. A. 15, 60. arbitrium mortis breve, i. e. breve alicui sponte morienti tempus permittere, quo de genere mortis deliberet.] Seuec. ep. 73. a med. Contigit illi pingue otium et arbitrium sui temporis. Suet. Cl. 2. Alieni arbitrii esse. Contra. Id. Tib. 18. Nihil non de consilii sententia egit; semper alias sui arbitrii, etc. Cic. Parad. 5, 1. Arbitrio suo carere. Liv. 37, 52. ad f. et Plin. 29, 3, 12. Arbitrii mei est hoc facere. P Arbitria funeris ap. Cic. Dom. 37. et Pis. 9. in f. [*cf. de h. l. cl. Cic.] et in Scaet. 7. sunt mercedes et pretia, quae solvuntur vespilionibus aliisque ministris libitinariis pro funere. Et dicuntur arbitria, quia in locandis conducendis funeribus solebat adhiberi arbiter, quia ea quanti locari conduceve possent, spectatis facultatibus et dignitate defuncti ex aequo et bono aestimaret: qua de re Ulp. Dig. 11, 7, 12. §. 6. et alibi.

Ph. 5, 7, 29., ubi addit, in chirographis addi so-
lere domo ex arca sua, vel ex mensae scriptura.
Haec adnotavit etiam Brisson. de Formul. l. 6.

*ARCA, ae, "Apxa, oppidum Phoeniciae. Plin.
5, 18. Arcae, arum, audit Antonin. Itin. Hinc
Arcenus, a, um, Lamprid. Al. Sev. 1. et 5. Arce-

*ARCAE, ae, f. "Apxadta, regio in medittulio
Peloponnesi, pars Achajae, a mari undique remo-

*ARCADIUS, a, um, adj. id. q. Arcadicus.
Not. Tir. p. 181. Arcadiaeus. F.]

*ARCADIUS, a, um, adj. ad Arcadiam perti-
nens. Liv. 1, 5. A Pallanteo, urbe Arcadica,

*ARCAE, arum, f. plur. nunc Arcae, urbs Vol-
scorum in Italia, inter Arpinum et Fabrateriam in

*ARCAE, arum, f. plur. nunc Arcae, urbs Vol-
scorum in Italia, inter Arpinum et Fabrateriam in

[ARCANI, orum, m. plur. incolae Arcarum, ur-
bis Volscorum. Liv. 8, 19. Legati Fabraterni et
Lucani (lege Arcani) Romam venerunt, orantes,

ARCANO, adv. occulte, ἀποκρύτως. Caes. B. C.
1, 19. Ipse arcano cum paucis familiaribus suis
colloquitur. Pl. Trin. 2, 4, 117. Arcano tibi ego

ARCANUM, i, n. nempae praedium: fuit villa Q.
Ciceronis, ad orientem urbis Arcarum in loco de-

ARCANUS, a, um, ἀπόκρυφος, occultus, secre-
tus, ignotus, tacendus. Festus: Arcani sermonis

ARCATURÀ, ae, f. arcae structura: et sumitur
pro limite agrorum. Cassiod. Variar. 3, 52. Mira-

ARCELLA, ae, f. ζιβύριον, parva arca, arcula.
Festus in Arca. Arca diminutivum facit arcellam,

[ARCELLARIUS, a, um, adj. Lapis ex Pighio
apud Begerum in Spicilegio Antiquit. p. 103. Atri-

ARCEO, es, arcei, a, ab ἀρξέω, propulso, quod
idem significat q. ἄρξω vel ἐρξω, prohibeo, veto,

cem, laudans inscr. ap. Grut. 641, 7. sed correxit
Furl., quoniam h. l. de servis illis, quos descri-

*ARCARIUS, a, um, adj. qui ex arca promitur.
Gajus. Instit. l. 3. §. 131. edit. a Goeschenio. Alia

ARCAS, adis, m. Ἀρκάς, nomen Jovis filii ex
Callisto, a quo Arcades originem ducunt. Hyg.

ARCATURÀ, ae, f. arcae structura: et sumitur
pro limite agrorum. Cassiod. Variar. 3, 52. Mira-

[ARCEBION, i, n. quaedam herba apud Plin.
22, 21, 25. Est et alia herba proprio nomine ono-

ARCATUS. V. ARQUATUS.

ARCELLA. } V. v. seq.

ARCELLA, ae, f. ζιβύριον, parva arca, arcula.
Festus in Arca. Arca diminutivum facit arcellam,

[ARCELLARIUS, a, um, adj. Lapis ex Pighio
apud Begerum in Spicilegio Antiquit. p. 103. Atri-

ARCELLULÀ, lae, f. diminutivum ab arcella:
quo usi sunt veteres teste Diomede l. p. 313.

ARCEO, es, arcei, a, ab ἀρξέω, propulso, quod
idem significat q. ἄρξω vel ἐρξω, prohibeo, veto,

[ARCHISELLIUM, ii, n. princeps sedes. Not. Tir. p. 163. Archisellium. F.] [ARCHISYNAGOGA, ae, f. ἀρχισυναγωγή, princeps synagoga. Not. Tir. p. 193. Archisynagoga. F.] [ARCHISYNAGOGICUS, a, um, adj. ad archisynagogam pertinens. Not. Tir. p. 9. Archisynagogicus. F.] [ARCHISYNAGOGUS, i, m. ἀρχισυναγωγός, synagogae praefectus, primus inter sacerdotes Iudaeorum. Hadrian. in epist. ad Serv., quam refert Vopisc. in Saturn. 8. Nemo illic archisynagogus Iudaeorum, nemo Samarites, nemo Christianorum presbyter, etc. Adde Lamprid. Alex. Sev. 28. in f. et Imp. Arcad. et Hon. Cod. Theod. 16, 8, 13, et 14. ARCHITAS. V. ARCHYTAS. ARCHITECTA, ae, f. quae architecturae arte valet. Plin. 10, 71, 91. In quo vel praecipua architectae naturae vis, h. e. naturae opificis solertia. Ita legit ex MSS., et exponit Hard. Alii leg. praecipua naturae architectio, ut sit architectio, onis, f., hoc est architecturae ars: alii architectatio. Sed utraque vox vitanda est, donec certior auctoritas reperitur. ARCHITECTATIO. V. vocem praecedentem. ARCHITECTATUS, a, um, partic. V. in ARCHITECTOR, aris. [ARCHITECTIANUS, a, um, adj. ad architectum pertinens. Cognomen Romanum. Inscr. ap. Grut. 99, 9. P. Cornelius Thallus P. Cornelii Architecti filius nomine P. Cornelii Architectiani filii sui. F.] ARCHITECTIO. V. ARCHITECTA. ARCHITECTON, onis, m. ἀρχιτέκτων, oros, idem quod architectus. Sed architectus positionis Latinae est, architecto Graecae. Solin. 32. ad f. Quam metatus est Dinocrates architecton. Pl. Most. 3, 2, 73. Nam sibi laudasse hasce ait architectonem Nescio quem, esse aedificatas has sane bene. Senec. ep. 90. Felix illud saeculum ante architectonas fuit. P. Translate. Pl. Poen. 5, 2, 150. Me quoque dolis jam superat architectonem. ARCHITECTONICE, es, f. ἀρχιτεκτονική, ars aedificandi, architectura. Quint. 2, 21. Aliae quoque artes minores habent multiplicem materiam, velut, architectonice. Namque ea in omnibus, quae sunt aedificio utilia, versatur. ARCHITECTONICUS, a, um, adj. ἀρχιτεκτονικός, ad architectonice pertinens. Vitr. 9, 4. Rationes architectonicae. Sidon. ep. 8, 4. Parietes ad concinientiam architectonicam fabre locati. architectonice quidam codices habent, sed minus recte. ARCHITECTOR, aris, atus sum, dep. ἀρχιτεκτονέω, fabricor, adhibita architecturae arte construo. Vitr. 9, 4. Naturalis potestas ita architectata est, collocavitque cardines, etc. Auct. ad Her. 3, 19. Cogitatio quamvis regionem potest amplecti, et in ea situm loci cuiusdam ad suum arbitrium fabricari et architectari. P. Translate. Cic. Fin. 2, 16. Architectari voluptates, h. e. comminisci, disponere, parare. P. Passiva significatione in praeteritis. Nep. fr. ap. Prisc. 8, p. 792. Aedes Martis est in circo Flaminius, architectata ab Hermodoro Salaminio. P. Particip. architectandus. Vitr. Praef. 7. ad f. Jovem Olympium architectandum Cossutius suscepisse memoratur, h. e. templum Jovis Olympii construendum. ARCHITECTOR, oris, m. id. q. architecton. Tribuitur a quibusdam Plauto: nos tamen nondum vidimus. [Ita in Pl. Most. 3, 2, 73. legebat Turnebus. Jul. Valer. res gest. Alex. M. 1, 23. Adhibitis architectoribus, qui ex arte nobiles etc. Nisi legendum architectonibus. B. A.] Hinc ARCHITECTORICUS. V. ARCHITECTONICUS. ARCHITECTORIA, ae, f. ἀρχιτεκτονική, ut definitur a Vitr. 1, 1., est scientia pluribus disciplinis, et variis eruditionibus ornata, cujus iudicio probantur omnia, quae a ceteris artibus perficiuntur, opera. Ea nascitur ex fabrica et ratiocinatione. Id. ib. 3. tres ejus enumerat partes, aedificationem, gnomonem, et machinationem. Cic. Off. 1, 42. Quibus artibus aut prudentia major inest, aut non mediocriter utilitas quaeritur, ut medicina, ut architectura, etc. Plin. 11, 24, 28. Specus ipse qua concameratur architectura! ARCHITECTUS, i, m. ἀρχιτέκτων, vox Graeca ad Latinam positionem translata, qua proprie significatur praefectus, seu princeps structorum: ab ἀρχή, principatus, et τέκτων, faber, opifex, quod a τεύχω, fabricor, struo. Itaque accipitur pro eo, qui architecturae artem callet, et in aedificiis aliisque structuris symmetriam, decorem ac distributionem omni studio consecratur: qua de re multa a Vitr. 1, 1. et 2. disputantur. Cic. Or. 1, 14. Philo architectus, qui Atheniensibus armamentarium fecit. Id. Dom. 18. Uti iisdem operum architectis. P. Translate ponitur pro auctore, machinatore, artifice alicujus rei. Cic. Fin. 1, 10. Inventor veritatis, et quasi architectus beatae vitae Epicurus. Id. Brut. 31. Stoici architecti paene verborum. Id. Cluent. 22. Princeps atque architectus sceleris. Appul. Apol. Omnium simulationum architectus. P. Architectus architecto invidet

proverbium de iis, qui in eadem arte versantur, cujus similitudo aemulationem et invidiam conciliare solet. Usurpavit hoc proverb. Virg., ut in ejus vita refert Donatus. P. Differt a fabro, quod faber solam ponit in construendo operam manuariam, architectus praeterea consilium et dispositionem totius operis. Cic. Fam. 9, 2. Non deesse, si quis adhibere volet, non modo ut architectos, verum etiam ut fabros ad aedificandam rempublicam. Pl. Mil. 3, 3, 44. Adsunt fabri architectique haud imperiti. P. [Fuit etiam cognomen Romanum V. ARCHITECTIANUS. F.] [ARCHITIS, idis, f. nomen Veneris apud Assyrios et Phoenices. Macr. Sat. 1, 21. Apud Assyrios Veneris Architidis et Adonis maxima olim veneratio viguit, quam nunc Phoenices tenent. Simulacrum hujus Deae in monte Libano fingitur capite obnupto, specie tristi, faciem manu laeva intra amictum sustinens; lacrimae visione conspicientium manare creduntur propter Adonin ab apro interemptum. ARCHITRICLINIARCHUS, i, m. primus inter ministros triclinii, ἀρχιτρικλινιαρχος. V. ARCHIPRAEGUSTATOR. [ARCHITRICLINIUM, ii, n. primum triclinium. Not. Tir. p. 162. Architriclinium. F.] *ARCHITRICLINUS, i, m. idem qui tricliniar-chus. Hieron. in Isaj. l. 1. c. 1. v. 23. Quod Dominus noster aquas in vinum verterit, et tale vinum, quod miretur architriclinus. B. A. ARCHIUM et Archivum, i, n. ἀρχίον, γραμματοφυλάκιον, Graeca vox, ab ἀρχή, principatus: et significans primo aedes magistratum, et regiam, et palatium, et judiciale forum: deinde locum, in quo tabulae et acta publica asservantur, Latine tabularium; quia hujusmodi loca fere in principis, aut magistratum aedibus, et curia, aut iis vicina sunt. Posteriore hac significatione usurpat a Latinis. Ulp. Dig. 48, 19, 9. Ne eo loci sedeant, quo in publico instrumenta deponuntur, archio forte, vel grammatophylacio. Tert. Apol. 19. Reseranda antiquissimarum gentium archiva, Aegyptiorum, Chaldaeorum, etc. Id. adv. Marc. 4, 7. De censu Augusti, quem testem fidelissimum Dominicae Nativitatis Romana archiva custodiunt. V. ORTHOGRAPHUS. P. Pro templo, seu potius pro templi adyto, ubi congregabantur magistratus sacerdotum, accipi videtur a Mela 3, 8. in f., ut quidem Is. Voss. legit et exponit. Verba Melae sunt: Cum adolevit (Phoenix), ossa pristini corporis inclusa myrrha Aegyptum exportat, atque in urbem, quam Solis appellant, fragrantibus archio bustis inferens, sese memorando funere consecrat. Alii pro archio legunt nardo. ARCHOLEON, ontos, m. genus quoddam leonum. Capitol. Gord. III. c. 33. Fuerunt sub Gordiano Romae elephantii XXXII., leones mansueti LX., archoleontes X., camelopardali X., etc. Salmas. legendum censet argoleontes, h. e. leones albos, ab ἀργός, albus; Jos. vero Scalig. legit argioleontes, h. e. leones feroces, ab ἀγριός, agrestis. ARCHON, tis, m. ἄρχων, summus principatus Athenis (quemadmodum etiam apud Abydenos, Aphrodisienses, Byzantinos, Daldianos aliosque, quos recenset Morisani Inscr. Regim. p. 53. F.) sicut suffes apud Carthaginienses, Romae dictator. Fuerunt, teste Suida, archontes novem, quorum sex thesmothetae, hoc est, leges dabantur, unus rex, unus polemarchus, et praeter hos unus princeps collegii, et praefectus, qui per excellentiam archon, et hegemon, et prytanis vocabatur, quod prytanis praerant. Ut enim Romae praetor iudicibus praerant, atque ideo iudex quaestionis, et quaesitor dictus est, ita hic summus archon Athenis, quod prytanis iudicibus praerant, prytanis etiam dicebatur. Prytanes 50. viri erant, qui deni singulis mensibus in orbem vicem mutantes iudicabant. Vell. 1, 2. Codri filius Medon primus archon Athenis fuit. Et ib. 8. Tum Athenis perpetui archontes esse desiderant, cum fuisset ultimus Alcmaeon: coeperuntque in denos annos creari, quae consuetudo in annos LXX. mansit: ac deinde annis commissa est magistratibus respublica. Cic. Fat. 9. Moriatur Epicurus archonte Pitharato. Adde Tert. adv. Marc. 4, 42. *ARCHOUS, i, fluminis nomen Apameam Mesenes, oppidum in Babylonia, alluentis. Plin. 6, 27. B. A. ARCHYTAS, ae, m. Ἀρχύτας, Tarentinus, Aestiae, vel, ut alii volunt, Mnesarchi filius, philosophus Pythagoricus, praestantissimus astrologus, et geometra, quem laudat Cic. Tusc. 5, 22. et Sen. 12. Ejus fuit inventum columba lignea volatilis, ut est apud Gell. 10, 12. P. Alius fuit Archytas Mitylaenus, musicus. Alius qui de agricultura scripsit, cujus meminere Varr. et Colum., uterque R. R. 1, 1. P. [Item Hori Babyloni pater. Prop. 4, 1, 77. B. A.] P. Scribitur et Architas. P. Sidon. carm. 2, 176. Archyta dixit in recto casu, et mediam syllabam corripuit: non imitandus. ARCHI, masc. gen. in recto casu pluralis numeri pro arcus, antiquum est. Varr. ap. Non. 2, 71. Eoque pecuniam magnam consumpsisset, quod ar-

ci, quos summo opere jecerat, fessi pondere, diu facti, celeriter corruissent. *ARCIDAVA, ae, Daciae oppidum. Tab. Pent. B. A. ARCIFINALIS, le, adj. et Arcifinii agri a scriptoribus Rei agrariae appellantur, qui a populis bello victoribus occupantur, et eiectione privatis dominis, sive hostes ii sint, sive non, excoluntur: unde et occupatorii dicti sunt. Vocantur autem arcifinales, et arcifinii, quia nullis propriis finibus continentur, sed quantum quisque excoluit, aut spe excolendi sibi reservavit, arendo a finibus suis vicinum, arcifinalem dicit. Ita Sicul. Flacc. de Condit. agror. p. 3. Goes. Adde Front. de Agror. qualitat. ib. p. 38., ubi vocem arcifinius Varroni attribuit, et Aggen. Urbic. p. 45. P. Aliam hujus appellationis rationem tradit Isid. Orig. 15, 13. arcifinium agrum dici, quia non continetur certis linearum mensuris, sed arcentur fines ejus objectu fluminum, montium, arborum. P. Arcifinio more possidere agrum, apud Hygin. Limit. constit. p. 160. est agrum habere non servatis antiquis suis ac legitimis terminis, sed prout occupare libuit, ut dictum est. ARCIFINIUS, a, um, idem quod arcifinalis. V. v. praec. ARCIO, is, ivi, a. 4. προσκαίω, idem quod accio et arcesso: ab ar pro ad, et cio, is. Cic. Att. 5, 1. Tu invita mulieres, ego arcivero pueros. Al. leg. accivero, ab accio, is. Adde Liv. 5, 8. in f. cum eadem lectionis varietate. [V. nos sub ARCESSO.] [ARCION, i, n. ἀρχίον, herba est quae persolata Latine dicitur. Plin. 25, 9, 66. Persolata, quam nemo ignorat; Graeci vero arcion vocant. F.] ARCIPO-TENS, entis, omn. gen. adj. ζώντο-ρος, qui arcu potest, sagittandi peritus: epitheton Apollinis. Val. Fl. 5, 17. Arcipotens adverte, precor, nunc denique Apollo. P. In quodam epigrammate de Signis caelestibus, quod Virgilio tribui solet, legitur arcupotens, quod magis accedit ad analogiam. V. ARCITENENS. ARCIUMA. V. ARCUMA. ARCESELLIUM, ii, n. sella arcuata: ab arcus, et sella: vel ita formata, ut possit et arcae vicem praestare. Petr. fr. Trag. Burm. 75. Arcsellium de suo paravit, et duas trullas. Alii aliter leg. ARCITENENS, entis, omn. gen. adj. τοξοφόρος, Apollinis et Dianae epitheton, ab arcu tenendo, quod semper cum arcu et pharetra pingeretur. Virg. A. 3, 75. Quam pius Arcitenens oras et litora circum, etc. Accius ap. Non. 4, 291. Quod utinam me suis arcitenens telis mactasset Dea. P. Scribitur et Arquitenens. Arnob. 1, p. 20. Arquitenentes Diana et Apollo. [*Sic cod. Med. et alii apud Virg. l. 1.] P. Est etiam signum caeleste, h. e. Sagittarius. Cic. Arat. 181. Subeunt vestigia magni Arcitenentis, etc. V. SAGITTARIUS et ARCIPO-TENS. ARCIVA Avis. V. ARCULA. *ARCOBRIGENSIS, se, adj. ad Arcobrigam pertinens, Hispaniae citerioris urbem. Absolute Arcobrigensis est incolae illius urbis. Plin. 3, 3, 4. Arcobrigenses, Andolenses. F. ex B. A. ARCTATIO, onis, f. actus arctandi. Varr. L. 4, 1. scribit, verborum veterum et novorum differentiam spectari ex varia litterarum commutatione, quam qui animadverterit, facile posse scrutari verborum origines: commutari autem verba litterarum vel demptione, vel additione, vel arctatione, aut commutatione, etc. Arctatio litterarum hoc loco est, cum duae litterae in unam coalescant, ut cum pro quum, murus pro moerus. P. Scribitur et Arctatio. ARCTATUS, a, um, part. ab arcto, στενωπός, Cels. 6, 18. n. 8. a med. Fasciae arctatae. Plin. 8, 10, 10. Arctati in rugas cancelli. Liv. 45, 56. In praemiis, in honoribus omnia arctata. Vell. 1, 16. Arctati temporis spatium. Et ib. Arctatus angustiis temporum. Et 2, 10. Arctata numero felicitas, h. e. pauci numero felices fuerunt. Mart. 12, 5. Arctatus labor, h. e. brevis factus. Tib. 4, 1, 91. equum celerem arctato compescere freno, cui opponitur ib. effusus permittere habenas. P. Scribitur et Arctatus. ARCTE et Arte, adv. στενωπός, stricte. Pl. Epid. 5, 2, 29. Arcte colligare. Cic. Parad. 1. ad f. Arcte tenere aliquid. Id. Div. 1, 46. Arctius complecti aliquem. Id. ib. 28. Arcte et graviter dormire, i. e. alte. Curt. 3, 6. Interclusus spiritus arcte meabat, h. e. difficulter, et cum sonitu, arctatis morbo faucibus. Sall. Cat. 62. Reliqua signa in subsidiis arctius collocat, h. e. densioribus ordinibus. Pl. Asin. 1, 1, 63. Arcte contentaque habere aliquem, i. e. duriter tractare aliquem. Id. Merc. prol. 64. Cohibere aliquem arcte, eod. sensu. Cic. Fat. 14. Arctius adstringi ratio non potest. Plin. ep. 2, 13. Arcte et familiariter diligere aliquem. Et ep. 6, 8. Arctissime diligere, i. e. vehementer. Gell. 10, 6. Arctius et pressius confictari. Sall. Jug. 68. Ire quam arctissime. P. Arcte appellare apud Ov. Pont. 4, 12, 10. est vocem aliquam brevi paenultima pronunciare. P

*ARTABANUS, i, Parthorum rex, ex Arsacidarum genere. Justin. 42, 2. Tac. A. 1, 3. seqq. P Item unus ex Xerxis ducibus. Nep. Reg. 1. Justin. 3, 1. B. A.

*ARTABARITAE, arum, Aethiopiae populi. Plin. 6, 3. B. A.

*ARTABRI, orum, populi Hispaniae Tarracoenensis, nomen ducentes ab Artabro promontorio, quod hodie Cap finis terrae. Mela 3, 1. post med. P Artabrum promontorium meminit Plin. 2, 108. P Artabrus in singulari numero habet Sil. 3, 362. B. A.

*ARTACABANE, es, oppidum Asiae ulterioris, in Aria (Ariana) regione. Plin. 5, 23. B. A.

*ARTACAEON, insula in Propontide, cum oppido cognomine. Plin. 5, 32. B. A.

*ARTACIE, es, f. Ἀρτάκη, fons apud Laestrygonas. Tibull. 4, 1, 59. Incultos adiit Laestrygonas, Antiphatenque, Mobilis Artacie gelida quos irrigat unda.

*ARTACOANA, orum, oppidum Ariae (Arianae) regionis. Plin. 6, 23. Artacana audit Curt. 6, 36. B. A.

*ARTAGERA, ae, oppidum Armeniae majoris. Vell. 2, 102. B. A.

*ARTALBIUM, i, oppidum Galliae Belgicae, in regione Rauracorum. Anton. Itin. Dictum Ariabinum in Tab. Peut. B. A.

*ARTAMIS, fluvius Bactrianae. Ammian. 23, 26. B. A.

*ARTATUS, i, Illyridis Graecae fluvius, in Penestria regione. Liv. 43, 19. Hodie Fiume della Istria. B. A.

ARTATUS. V. ARCTATUS.

ARTAXATA, orum, n. plur. Tauris, Tiflis, Ἀρτάτα, urbs Armeniae majoris ad Araxem fluvium, in Georgiae regno. Juven. 2, 170. Sic praetextatos referunt Artaxata mores. Sidon. carn. 2, 445. Depopuletur ovans Artaxata Caspia consul. [*Tac. A. 2, 56. habet Artaxata, ae. B. A.]

*ARTAXERXES, is, Ἀρταξέρξης, diversorum Persiae regum nomen fuit. Artaxerxes Longimanus (ἰακχοχρῆς) patrem habuit Xerxem. Nep. Reg. 1. Justin. 3, 1. P Artaxerxes Mnemon, Darii Nothi filius. Nep. Reg. 1. Justin. 5, 11. P Huius filius fuit Artaxerxes Ochus. Justin. 10, 3. P Significationem nominis habes Herod. 6, 98. B. A.

ARTE, adv. V. ARCTE.

[ARTEMAS, ae, m. Ἀρτέμας, incolumis. Cognomen Romanum. Inscr. ap. Marin. Inscr. Alb. p. 201. Aelius Artemas. F.]

[ARTEMEDIUM, i, n. herba, aliter dictam. Appul. Herb. 62. F.]

[ARTEMICLEA, ae, f. gloria Dianae, ab Ἀρτέμια Diana, et κλέος, gloria. Cognomen Romanum. Inscr. ap. Mur. 1085, 2. Flavia Artemiclea. F.]

*ARTEMIDORUS, i, m. Ἀρτεμίδωρος, Ephesus Geographus, vixit Olymp. CLXIX. ut Marcianus Heracleotes testatur in Periplus, p. 97. Terras descripsit et maris περιέλαον libri undecim. Huius ἐπιτομὴ τῶν γεωγραφουμένων laudatur a Schol. ad Apoll. Rhod. et γεωγραφούμενα a Diad. Sic. Plin. 2, 108, 5, 6, et 9. Artemidorus philosophus Trajan tempore fuit. Ejus elogium V. apud Plin. ep. 3, 11. Item insignis pugil et pancratiastes, Trallianus. Mart. 6, 77, 3. P Et statuarium apud Plin. 36, 5. post med. P Et pictor. Mart. 5, 41, 1. B. A. [Cognomen Romanum. Inscr. ap. Mur. 439, 1. F. Flavius Artemidorus. F.]

ARTEMIS, idis, f. Ἄρτεμις, Graecis eadem est, quae Diana, Luna et Lucina et Ilithyia: de qua Macr. Sat. 1, 15, et ib. 7, 16. verba facit. Artemis Ilithyia nominatur a Plin. 25, 7, 36. V. v. seq.

ARTEMISIA, ae, f. Ἄρτεμισία, Mausoli Cariae regis uxor, insignis pudicitiae, quae virum ultra humanae affectionis fines amasse perhibetur. Nam et mortui cineres vino commisto ebibit et memoriae ejus splendidissimum erexit sepulchrum. Gell. 10, 18. P Item insula Tyrrhenica, quae et Dianium dicta. Plin. 3, 6. Hodie est Gianniti. B. A.] P Artemisia quoque dicta est herba quaedam insignis, absinthii modo fruticosa, majoribus foliis pinguibusque (Beiffuss). Ejus duo sunt genera: alterum latioribus foliis; alterum tenuioribus et non nisi in maritimis nascens. Sunt qui in mediterraneis eodem nomine appellant, simplici caule, minimis foliis, floris copiosi erumpentis, cum uva maturescit, odore non injucundo, quam quidam botryn, alii ambrosiam vocant. Plin. 25, 7, 36. Artemisia uxor Mausoli adoptavit herbam, quae antea parthenis vocabatur. Sunt qui ab Artemide Ilithyia cognominatam putant, quoniam privatim medeatur feminarum malis. Adde Appul. Herb. 10.

*ARTEMISIUM, i, n. Ἀρτεμισιον, promontorium vel litus, ad quod primum Graecorum cum Xerxe fuit praelium commissum. Nep. Them. 3. De oppido, ut videtur, intelligit Plin. 4, 12. quod fortassis est Ptolemaei Ἀρτεμισιδος ἱερόν, Dianae fanum, in medio littoris ortum spectantis locatum. B. A.

*ARTEMISIUS, i, Ἀρτεμισίου ὄρος, mons Arcadiae. Plin. 4, 6. B. A.

*ARTEMITA, ae, f. Assyriae civitas, D. stad. Tom. 1.

a Seleucia distans, ad orientem exposita. Tac. A. 6, 41. In Mesopotamia ponit Plin. 6, 26. B. A.

*ARTEMITANUS, a, um, ad Artemitam spectans. Cic. Att. 1, 19. ante med. et Graec., ubi in ed. Ernest. Arretinos editum. B. A.

[ARTEMITIS, itidis, f. patronymicum ab Artemide. Cognomen Romanum. Inscr. ap. Mur. 1430, 4. Ligariae Artemitidi. F.]

ARTEMON et Artemo, onis, m. Ἀρτέμων, oros, velum quoddam in navi, ab ἀρτέμα, appendor, suspendor: sed quale illud sit, non satis inter eruditos constat. Bayfius de re navali, p. 121. putat esse velum majus, quod etiam Itali vocant artemone, ut est in Lexico Academicorum della Crusca. At Scheffer. de milit. nav. 5, 2. secutus Isid. Or. 19, 3. tradit esse velum parvum, quod in summitate mali supra majus velum appenditur, et dirigendae potius navis causa, quam agendae adhibetur. Hinc Labeonem ap. Jabulen. Dig. 50, 16, 242. docere, malum navis esse partem, artemonem non esse, quod artemon magis addimento, quam pars navis sit. [*A nobis dicitur Bramsegel.] Atque haec videtur esse vera significatio hujus vocis: cui argumento sunt etiam ea, quae ib. Labeo addit. Inquit enim, ideo malum esse partem navis, quia sine eo pleraeque naves inutilis: quod idem dicens esset etiam de artemone, si esset velum majus, ut putat Bayfius, quia sine hujusmodi velo navis non agitur: praesertim si loquamur de antiquorum navibus, quae non erant tot velis instructae, ut nunc sunt, navigandi arte ad summum perducta. P Sunt etiam qui putant, esse velum figurae triangularis, quod ad puppim navis extenditur. Denique fuere qui artemonem malum ipsum navis interpretarentur. Sed vero propius, ut dixi, Schefferus accedit. P Praeterea artemon dicitur trochlea pluribus orbiculis instructa et in ima parte tractoriae machinae collocata, cui respondet altera in summo machinae posita: per quas trajiciuntur ductarii funes, qui manu hominum tracti, ingentia pondera facili negotio ad summum perducunt. Hujusmodi trochlea a Dan. Barbaro appellatur Italice pascicca, ab aliis calcese (nobis vel in universum der Kloben, vel in specie der dritte Kloben beim Hebezeuge). V. eum et Rusconi in architect. Vitruv., ubi figuram exhibent. Hoc sensu est ab ἀρτέμα, tollo, suspendo. Vitruv. 10, 5. In radice machinae collocatur tertia trochlea: eam Graeci ἐπιτόρια, nostri artemonem appellant. P Lucil. ap. Charis. 1. p. 99. et Isid. l. c. in recto casu singulari habent artemo: at Labeo l. c. artemon. P [*Artemon, pictor insignis, de quo Plin. 35, 11. P Et statuarium. Id. 36, 5. P Item medicus. Id. 28, 1. B. A.]

ARTENA. V. ARYTENA.

*ARTENA, ae, urbs Italiae, Volcorum, a Romanis capta. Liv. 4, 61. B. A.

ARTENCATA. V. ATTERRANA.

ARTERIA, ae, f. (Luftröhre) ἀρτηρία, ductus seu canalis, per quem animal spiritum ore in pulmones trahendo et expellendo respirat: ab ἀρτή, aer, et ῥοή, servo, quia vitalem aerem servat. Plin. 11, 37, 66. Arteria ad pulmonem atque cor pertinet. Et ib. 51, 112. Pulmone et arteria carere. Id. 20, 6, 22. Porrum capitatum pulmonis et arteriae vitia sanat. Id. 22, 25, 66. Arteria ulcerata. Id. 27, 12, 105. Arteria scabritia. Adde Gell. 17, 11. et Scribon. Compos. 72, 73, et 74. P Haec eadem dicitur aspera arteria, Graece ραχια ἀρτηρία, quod interius inaequalis est et scabra. Cic. N. D. 2, 54. Cum aspera arteria (sic enim a medicis appellatur) ostium habeat adjunctum linguae radicibus. Cels. 4, 1. Deinde duo itinera incipiunt: alterum asperam arteriam nominant, alterum stomachum. P Usurpatur saepe in plurali numero, quia arteria in inferiore parte, qua pulmonis adnectitur, in plures dividitur ramos, quos βρόγχια Graeci appellant. Auct. ad Her. 3, 12. Laeduntur arteriae, si acri voce compleantur. Et mox ib. Arteriae reticendo acquirunt. Gell. 10, 26. Clamor per arterias et per fauces gradiens (fauces sunt ostia superiora artieriarum). Suet. Vit. 2. Arterias et fauces fovere. Id. Ner. 25. Adstante phonasco, qui moneret, parceret arteriis. Plin. 22, 23, 48. Arteriae exasperatae. P Reperitur etiam arteria, orum, neut. gen. Lucr. 4, 529. Praeterradit enim vox fauces saepe, factique Asperiora foras gradiens arteria clamor. P Praeterea sumitur arteria pro conceptaculo spiritus vitalis sanguinis admixti, quod sub vena per totum corpus diffunditur, (Pulsader). Differt a vena, quia per hanc sanguis influit in cor; per arteriam vero a corde in totum corpus diffundit: praeterea vena quiescens est et immobilis; arteria micat et pulsus indicat motum cordis. Differunt etiam in structura de qua V. Anatomicos. Cels. 2, 10. Juncta est vena arteriis, his nervi. Et ib. Arteria incisa non coit, neque sanescit. Cic. N. D. 2, 55. a med. Sanguis per venas in omne corpus diffunditur, et spiritus per arterias. Et ib. in f. Venae et arteriae a corde trahunt et profectae. Sen. Quaest. nat. 3, 15. In nostris corporibus et venae sunt et arteriae: illae sanguinis, hae spiritus receptacula. Plin. 11, 37,

88. Arteriarum pulsus citatus, aut tardus etc. Quod vero mox subdit, ib. 89. Arteriae carere sensu: nam et sanguine; hoc dicit ex veterum quorundam medicorum opinione, quae satis jam experientia confutata est. Verum diceret, si per artierias nervos intelligeret, qui sunt vera solius spiritus receptacula.

ARTERIACE, es, f. ἀρτηριακή, medicamentum ad fovendam ac sanandam asperam arteriam, ut verbi gratia cum asperata est et vocem amisit etc. Cels. 5, 25. n. 17. Arteriacae vero hoc modo fit: casiae, iridis, cinnamomi, nardi p. 1. etc. Plin. 23, 7, 71. Fit ex pomo panchrestos stomatice, eadem arteriacae appellata. Adde Scribon. Compos. 74. et 75.

ARTERIACUS, a, um, adj. ἀρτηριακός, ad asperam arteriam pertinens. Arteriacae medicamenta dicuntur, quae tussim movent et humorum in pectus labentium expulsionem irritant et adjuvant, Graece ἀμύρτικα dicta. Coel. Aur. Tard. 2, 6. Adhibere medicamenta arteriacae.

ARTERIOTOMIA, ae, f. ἀρτηριτομία, sectio arteriae a medico facta sanguinis mittendi causa; ab ἀρτηρία, arteria, et τέμνω, secō. Coel. Aur. Tard. 1, 1. ad f. Item arteriotomiam probant et usturam.

*ARTHEDON, onis, Troadis insula. Plin. 5, 31. ed. Hard. Ed. Elzev. habet Artheidon. B. A.

*ARTHITAE, arum, Dalmatiae populi. Plin. 3, 22.

ARTHRESIS, is, f. id. q. arthritis, ἀρθρωσις. Male corripuit paenultimam Prud. περί σαρπ. 1, 495. Nodosa torquet quos podagra et arthresis. P Legitur et arthritis.

ARTHRITICUS, a, um, adj. ἀρθρωτικός, qui articulari morbo laborat. Cic. Fam. 9, 23. Non enim arbitror eorum etiam de arthritico habere.

ARTHRITIS, idis, f. ἀρθρωσις: morbus articulorum, ex humore aliquo vitioso in artubus decumbente, cujus species sunt podagra, ischias, et alia id genus: Graeca vox ab ἀρθρον, articulus, et artus. Vitr. 1, 6. Vitia autem sunt, quae difficulter curantur, gravitudo, arthritis, tussis, pleuritis, phthisis. [Doctissimus Morgagni in epist. ad Polemum Exerc. II. Vitr. p. 142. legendum censet ravitudo arteriae seu artieriarum, vocemque arthritis et a vestigiis codicum, primaeque editionis, et a Vitruvii sententia omnino ait recedere. Non enim arthritis locum habet inter vitia cetera, quae hoc in loco a Vitruvio memorantur, quaeque ad thoracem, pulmones, asperam arteriam, ad summum ad pituitarium membranam attinent. Arthretis primus dedit Juncundus in sua Vitruvii edit., quod postea in Arthriti commutatum est. Schneiderus habet gravitudo arteriaca. Viderint eruditi, quidnam retinendum sit. V. GRAVITUDO. F.]

ARTICULAMENTUM, i, n. διάρθρωσις, articulorum commissura. Scribon. Comp. 206. Ad luxatum omne et ejectum, et repositum articulum bene facit. Id. ib. 214. Contusa vel incisa articula. Et ib. 263. Articulatorum dolor.

ARTICULARIS, re, adj. ἀρθρωτικός, ad articulos pertinens. Articularis morbus est idem qui arthritis, ἀρθρωσις. Plin. 20, 17, 73. Anismus lenit articulares morbos. Suet. Galb. 21. Manibus pedibusque articulari morbo distortissimis. Scribon. Comp. 101. Prodest ad articulem morbum, quem ἀρθρωσις vocant. P Prisc. 12. p. 938. appellat pron. demonstrativum hic, haec, hoc, pronomem articulare, quia articuli vice fungitur.

ARTICULARIUS, a, um, adj. id. q. articularis. Cato R. R. 157. Articularium morbum purgat brassyca. Plin. Prooem. 23. Folia vitium mitigant articulares morbos. Id. 25, 5, 22. Helleborum nigrum medetur articulari morbo. Adde 22, 13, 15. P Articularius, ii, absolute dicitur, qui articulario morbo laborat. In suppositis Mercat. Plauti, scena quae incipit: Syra non redit. Nec podagrici nec articularius est, quem rus ducunt pedes. P Articularia pronomina dicuntur a quibusdam Grammaticis hic, iste, quia more articulum cum nominibus declinantur. Serv. in artem secund., Donat. p. 1785., et Prisc. 2. p. 574.

ARTICULATE, adv. distincte, clare, articulatim. Gell. 5, 9. Eoque nisu et impetu spiritus vitium nodumque linguae rupit, planeque et articulate elocutus est. Cic. Att. 6, 5. in f. Valebis igitur et puellae salutem articulate dices. Manutius hic, Erat, inquit, adhuc infans Attica, quae neque satis integre proloqui, neque loquentem quiet intelligere, nisi articulate pronunciasse. At optimae edd. habent Atticulae.

ARTICULATIM, adv. per articulos, membratim, ἐναρθρωσις. Pl. Epid. 3, 4, 52. Istic homo articulatim te concidit. Id. fr. ap. Gell. 3, 3. Continuere aliquid articulatim. Vet. Poeta ap. Cic. N. D. 3, 26. Obtruncare et articulatim dividere. Ascon. argum. Milon. a med. Articulatim consecare. P Translate est distincte, seorsum. Lucr. 4, 557. necesse est verba quoque ipsa plane exaudiri discernique articulatim. Cic. Leg. 1, 13. Quae fuse olim disputabantur ac libere, ea nunc articulatim distincteque dicuntur. Varr. L. L. 9. sub f. Articulatim explicare aliquid.

61

ris praetextatis, et per eosdem, et publicos ad aram perferebant libatas fruges, et unguenta et coronas accipiebant, et facibus accensis cum mantelibus canipas, *h. e.* canistra, in quibus erant fruges, tangebant, quas per calatores domum quisque suam cum rosis mittebant. Deinde bellariorum secunda mensa afferebatur et dividebatur inter praesentes sacerdotes et ministros, sportulas etiam accipiebant singuli sacerdotes denarios C., pueri vero XXV., divisisque rosis feliciter clamabant, domumque redibant. XIV. autem vel IV. Kal. Junias in lucum Deae Diae ad V. ab Urbe lapidem via Campana conveniebant prima luce, ibique magister ad aram duas porcillas, quae piaculares vocabantur, immolabat luci coinquendi et operis faciendi gratia, mox vacca alba, quae honoraria appellatur, ad foculum immolata, in tetrastilo, *h. e.* in porticu quadrata, in subselliis marmoreis una cum sacerdotibus consedebant, tum reversus ad aram reddebat extas porciliares antea elixas et ex aruspicia rite inspectas: item in Circo, in foculo, argenteo cespite ornato, extam vaccinam reddebat, et in tetrastylum in codice cavebat, *h. e.* nomen suum in libro ad hoc posito scribebat, quo constaret se ibi adfuisse et sacrum fecisse, mox praetextam deponerat, et in papilionem suum redibat. Post meridiem sacerdotes praetextati conveniebant in tetrastylum, et in subselliis consedebant, cavebantque, se adfuisse et sacrum fecisse, et positis praetextis porciliares piaculares, et sanguinem earum epulabantur; tum sumptis iterum praetextis, capite velato, vittis spiceis coronati lucum escendebant, submoto prius per publicos populo, ibique per magistrum vel promagistrum et flaminem immolabant agnam optimam, et hostiae litationem inspiciebant. Perfecto sacrificio, omnes ture et vino faciebant, deinde reversi in aedem in mensa sacrum instaurabant ollis, et ante aedem in cespite magister tantum et flamen sacrificabant. Item foras ad aram reversi dabant thesauros, (quidnam hi fuerint, ignoratur) item magister et flamen scyphos argenteos cum simpuviis, et acerras ferentes ture et vino faciebant, et ante ostium stabant; tunc duo ex eorum collegio cum publicis ad fruges petendas a populo prospectante discendebant, et reversi easdem dextera dabant, laeva recipiebant, deinde ad alterutrum sibi reddebant, publicisque tradebant; iterum in aedem intrabant, et ollas, in quibus exta coqui solebant, precabantur, et ostiis apertis per clium jacebant; deinde in subselliis marmoreis consedebant, et panes laureatos, et alia quaedam per publicos partiebantur, et spiceis coronis, quibus redimiti erant, ante aram projectis, Deas iterum unguentabant, *h. e.* Deam Dianam, et Junonem Diaem (quae fuisse videtur ejus filia Proserpina), deinde aedes claudebatur, omnibus praeter sacerdotes foras egressis. Tunc Fratres Arvales, intus clausi succinque, libellis acceptis, carmen tripodabant, *h. e.* saltando concinebant, in verba haec:

- (*ter*) Enos Lases juvate.
 (*ter*) Neve luerue marmar sins incurrere in pleores.
 (*ter*) Satur furere Mars limen sali, sta berber.
 (*ter*) Semunis alternei advocapit conctos.
 (*ter*) Enos Marmor jvato.
 (*quinquies*) Triumpe.

Post tripodationem, signo dato, et ostiis apertis, publici ingrediebantur, et libellos e manibus sacerdotum recipiebant. Mox novus anni sequentis magister et flamen eligebantur, deinde praetextis positus in tetrastilo discumbentes epulabantur apud magistrum, *h. e.* in papilione magistri, ibique post epulas, sportulas, coronas convivales et bellaria inter se partiebantur. Porro aliquantisper ibidem commorati, ad Circum, qui in luco Deae Diae erat, progrediebantur, et unus ex quatuor pueris ingenuis patrimis et matrimis aut praetextatus aut riciniatus, soleatus coronatusque, populo prius submoto, supra carceres escendebat, signumque cum mappa alba mittebat bigis, quadrigis et desultoribus, iis ludis praesidente uno ex Fratribus Arvalibus, et victores palmis et coronis argenteis honorabantur. Quibus peractis vespere jam adventante Romam redibant, et in domo magistri ea omnia peragebant, quae primo die fecerant, coena tantum excepta, nam haec in luco celebrata fuerat. Tertio tandem et ultimo festi die, *h. e.* XIII. vel III. Kal. Junias in domum magistri ad consummandum Deae Diae sacrificium conveniebant, eaque omnia instaurabant, quae primo die peregerant. P. Cajet. Marinus videtur addubitare, num reapse Fratres Arvales ambarvale sacrum facerent: etenim veteres scriptores, qui Arvales memorant, nunquam eos ambarvale fecisse affirmant, quique ambarvale sacrum nominant, nullam Arvalium Fratrum mentionem faciunt. Praeterea certum omnino est, ambarvale quotannis factitatum ad agros suovetaurilibus lustrandos, hasque hostias ter circum novas fruges perferri solitas, unde ambarvalis et lustrationis nomina; sed nihil horum agebatur in hisce sacris arvalibus, et suovetaurilia ab Arvalibus immolabantur ad lucum duntaxat lustrandum. Putat

igitur, eodem ferme tempore, quo festum Deae Diae publice, ambarvale sacrum a singulis patribusfamilias in arvis suis privatim celebratum fuisse, in eoque carmen cantari consuevisse ab arvali diversum. Cum vero minime liceret in lucum Deae Diae ferrum inferre, sacrificium piaculare fiebat, ut a Diis operandi venia impetraretur; nec tamen ideo totum Arvalium collegium, sed calatores tantum et ceteri ministri in lucum sese conferebant. In hujusmodi sacrificio immolabatur porca et agna optima, ob ferrum scilicet illatum scripturae et sculpturae marmoris causa; opere autem perfecto, aliud huic simile sacrificium fiebat, quod appellabatur ob ferrum elatum. Constat ex *Inscriptionibus* in lucum ivisse Fratres Arvales vel ad festum Deae Diae peragendum, vel ad inculpanda in marmore collegii acta, vel ad eruendam ficum, quae in fastigio aedis Deae Diae immata erat, aedemque reficiendam, vel ad expiandas et eruendas arbores attacktas a fulmine, aut vetustate collapsas, et ad reficiendas temporales luci aras. Ad haec duo postrema, causa operis inchoandi, piaculum fiebat suovetaurilibus majoribus, *h. e.* hostiis adultis, non lactentibus, deinde aliae hostiae, in variis locis, pluribus Diis Deabusque immolabantur. Nempe Arvales ante ostium aedis Deae Diae eidem immolabant boves feminas II., Jano patri arietes II., Jovi verveces II. altilaneos, Marti arietes altilaneos II., Junoni Deae Diae (*h. e.* Proserpinae) oves II., Deo sive Deae oves II., Virginibus, Divis oves II., Famulis Divis verveces II., Laribus verveces II., horum Matri oves II., Deo sive Deae, in cuius tutela erat lucus locusque, oves II., Fonti verveces II., Deo Summano (*h. e.* Plutoni, cum ageretur de fulminibus nocturnis) verveces II., Florae oves II., Vestae oves II., Vestae Matri oves II., Adolendae, Commolendae vel Coinquendae, et Deferundae (quae quidem Deae ipsaemet sunt) oves II., deinde ante Caesarem, sacellum scilicet imperatoribus eorumque uxoribus et filiis sacrum, totidem verveces, quot ipsi numero erant, quibus peractis licebat ferro uti in luco vel in aede Deae Diae, perfectoque opere eadem reficiebantur iisdem hostiis immolatis, ut prius factum fuerat opere nondum inchoato. Haec erant, quorum causa in lucum sese conferebant Fratres Arvales. P. Romae vero conveniebant plerumque in Capitolio, ibique aut in aede Deae Opis, aut in pronao aedis Concordiae, aut apud aram Providentiae, modo ante cellam Junonis reginae; aliquando in Regiam in via sacra, modo ante domum Domitianam, aut in Palatium in aede nova, modo in templum Divis Imperatoribus dicatum, praeter domum magistri, de qua supra diximus. Haec in loca conveniebant, ut festum Deae Diae iudicerent, ut referret quidquid accidisset in eisdem Deae luco, ut collegas cooptarent, ut votivis ludis adessent, ut vota nuncperarent ob salutem, securitatem et incolomitatem imperatoris, ob ejus natalem, consulatum, itum et reditum in urbem, quod Pater patriae fuisset appellatus, quod filium adoptasset, quod uxorem creandorum liberorum causa duxisset, ob Augustae partum et incolomitatem ejusque consecrationem, ob detecta nefaria consilia contra imperatorem, ad honorandam memoriam Cn. Domitii Aenobarbi, ob restitutionem et dedicationem Capitolii ab Tito imperatore habitam, ac tandem ob solemnia vota, quae concipiuntur quotannis III. Non. Januar. propter felicitatem Domus Augustae. Tunc vero maximo religionis apparatu, praecedente praetore, fiebat precatio Jovi, Junoni, Minervae et aliquoties etiam Deae Saluti. P. Diis, quibus sacrificabant hisce in festis Fratres Arvales, sunt Jupiter, Juno, Minerva, publica Salus, Salus Augusti, Populi R., Deorum Providentia, Concordia, Fecunditas, Felicitas, Spes, Fortuna ducis, Dii Penates, Lar vialis, Genius imperatoris, Juno Augustae, Divus Augustus, Diva Augusta, Divus Claudius. Diis maribus bovem, raro taurum; feminis vaccaem, et quandoque geminam unicuique hostiam immolabant. P. Collegium Fratrum Arvalium permansisse constat ex *Inscriptionibus* usque ad Gordiani tempora, *h. e.* circiter ad an. Chr. 235. Num vigerit postea, ignoratur; vero tamen simile est, ad an. Chr. circiter 400. desisse una cum reliquis gentium sacerdotum collegiis. P. Haec ex opere *Cajetani Marini*, cui titulus: *Degli atti e Monumenti de Fratelli Arvali scolpiti già in tavole di marmo, ed ora raccolti, diciferati e commentati. Roma. 1795. Tom. 2. in 4.* [addita sunt a *Furl.*: paucissima tantum sunt *Forcellini*.]

[ARVALUS, i, m. arvorum Deus, qui Saturnus fuisse putatur, *Inscr.* ap. *Marin. Frat. Arv.* p. CLXXX. Deo Arvalo Saturno Sex Commodus Valer. V. S. L. M. *Id. ib.* Diis patriis Herculi, Apollini, Arvalo. Ceterum has inscriptiones, quas ex *Octavio Rossi* sublestae fidei auctore refert *Spon. Miscell.* p. 115., improbant ut spurias *Mar. Inscr.* p. 62. 8., *Maffei. Art. Cr. Lapid.* p. 427. et ipse *Marin. ib.* p. 812. F.]

*ARUCAE, oppidum Hispaniae Baeticae, i. fortasse q. Arunci. *Anton. Itin. B. A.*

ARVEHO, is, id. q. adveho; *ar* enim olim pro *ad* dictum est. *Cato R. R.* 138. Boves feriis con-

jungere licet. Hoc licet facere: arvebant ligna, fabalia, frumentum. Et 135. Trapetum ubi arvetum erit, ubi statues, ibi et commodato.

[ARVENSIS, se, adj. ad Arvam Baeticae urbem pertinens a *Plin.* 3, 1, 3. memoratam. *Inscr.* ap. *Grut.* 476. 1. Ordo municipii Flavii Arvensis. F.]

ARVERNI, orum, m. plur. populi Galliae Aquitanicae, quorum regio nunc *l' Auvergne*, oppidum *Clermont*, oriundi a Trojanis, et ob id Romanos fratres appellare quondam ausi. *Lucan.* 1, 427. Arvenique ausi Latio se fingere fratres, Sanguine ab Iliaco populi. *Plin.* 4, 19, 33. P. Adjective *Arvernium vinum* laudatur a *Plin.* 14, 1, 3.

ARVIGA, ae, id. q. aries. *Varr. L. L.* 4, 19. Aries, quod eum dicebant ares veteres, nostri arviga: hinc arvignus. *Voss. Etymol.* in voce *Aries* putat *arviga* esse accusativum Graecae positionis a nominativo *arvix*, et Latinum accusativum esse *arvigem*, quo mox *Varro* utitur, ubi docet in pontiicalibus libris arvigem dici eam hostiam, quae cornua habet. *Festus* scribit *harviga*, et de ea sic loquitur: *Harviga* dicebatur hostia, cujus adhaerentia inspiciebantur exta. *Donat.* ad *Ter. Ph.* 4, 28. habet *haruga* et interpretatur *hostiam ab hara*, in qua concluditur et servatur; nisi forte mendosa ea lectio est. *Vel. Long.* in *Orthogr.* habet *arviga*, p. 2233. *Scalig.* in *Conjectan.* ad *Varr.* ubique putat legendum *arviga*.

ARVIGNUS, a, um, adj. id. q. arietinus. *Varr. L. L.* 4, 19. V. ARVIGA.

ARVINA, ae, f. *ἄριον*, significat (ut interpretatur *Suet. in lib. de Vitii corpor.* apud *Serv.* ad *Virg. A.* 7, 627.) durum, pingue, quod est inter cutem et viscus, *h. e.* inter cutem et carnem. Alii pro larido speciatum accipiunt, quod est pingue suillum. *Virg. l. c.* Et spicula lucida tergent *Arvina* pingui. [**Cf. Heyn.*, qui comparat *Hom. ἄριον ἄριον*, i. e. suillo adipe.] *Pier.* monet in quadam cod. legi *arvina*: ex qua ortum est diminutivum *arvilla*. [*Aloys. Lanzius, Saggio di Ling. Etr.* T. 2. p. 678. putat, arvinam esse adipem cuiusque victimae, sebium vero ruminantium tantum, ut ait *Nonius* 5, 22., arvinam vero appellari, quod victimis caesis apertis ἀρίνηται, trahitur, interposito nempe digamma V. ἄριον, inde arvio, arvinus. F.] P. Pro pinguedine generatim. *Prud. Cath.* 7, 9. Arvina putrem ne resudans crapulam, Obstrangulatae mentis ingenium prenat. *Sidon. epist.* 8, 14. Aestuans turgidi ventris arvina. P. Arvina fuit agnomen A. Cornelii Cossi, qui dictator de Sannitibus triumphavit. *Fasti Capitol.* ap. *Grut.* p. 297. col. 1. et *Liv.* 8, 38.

*ARVIPENDIUM, ii, ἄριον γεωμετρικόν, *Gloss. vet.* V. *Scal.* ad *Pl. Mil.* 5, 14. B. A.

ARVISIUS, a, um, adj. *Arvisium* vinum dictum est ab Arvisio monte Chii insulae, ubi optimum fit, ut *Plin.* 14, 7, 9. et *Filius Sequester de montib.* docent. *Virg. Ecl.* 7, 71. Vina novum fundam calathis Arvisia nectar. *Sil.* 7, 210. et ambrosiis Arvisia pocula succis. P. Pro *Arvisius* alii legunt *Arvisius*. Nam Graecae apud *Strabon.* l. 14. legitur Ἀρβισία χώρα, et apud *Athen.* l. 1. c. 25. οἶνος Ἀρβισίου. *Pierius* ad loc. *Virg. cit.* docet nihil certi statui posse ex MSS. *Virgilii*, quorum alii aliam lectionem exhibent.

ARVIX, igis, V. ARVIGA.

ARULĀ, ae, f. parva ara. *Cic. Verr.* 2, 4, 3. Ante hosce Deos erant arulae, quae etc. In *Papiriano jure* ap. *Macr. Sat.* 3, 11. Mensa arulaeque eodem die, quo aedes ipsae, dedicari solent. *Arnob.* 3. p. 114. Arulae pecorum sanguine delibutae. P. Arulae etiam dicti sunt a Campanis, teste *Plin.* 17, 11, 15., cumuli terrae adaggeratae circa ulmos, quia brevi humilique arae similes sunt.

ARULĀTOR, V. ARILĀTOR.

[ARULENSIS, se, adj. pertinens ad ignotum sodalicium in colonia Ostiensi, fortasse ab arula seu parva ara ita appellatum, quod sodales in minori alicujus numinis ara facerent sacra. *Inscr.* ap. *Marin. Inscriz. Alb.* p. 56. L. Licinio L. fil. Pal. Herodi sodali Arulensi. Item alia apud *Grut.* 398, 7. Sodalis Aru . . . F.]

ARUM, V. AROS.

*ARUNCI, oppidum Hispaniae Baeticae, nempe in ripa Baeticae Anae fluvii, i. fortasse q. Aruceae. *Plin.* 3, 1. *Cellarius* scribit *Arucci.* B. A.

ARUNCUS, ci, m. villus a caprarum mento dependens: a Graeco ἀρύνθος *Dorice* pro ἄρυνθος. Hoc idem narrat *Aristot. IX.* 3. *Plin.* 8, 50, 76. Dependet omnium mento villus, quem aruncum vocant: hoc si quis apprehensam ex grege unam trahat, ceterae stupentes spectant.

*ARUNDA, oppidum Hispaniae Baeticae. *Plin.* 3, 1. B. A.

ARUNDIFER, a, um, adj. ferens arundines. *Oct. Fast.* 5, 637. Tibris arundiferum medio caput exultit alveo.

ARUNDIACEUS, a, um, adj. καλαμοειδής, similis arundini. *Plin.* 18, 7, 5. Frumentis folium arundinaceum.

ARUNDINARIUS, ii, m. [negotiator calamorum, quibus aut Cnidii aut Memphiticis et Niloticis utebantur veteres ad scribendum. V. ARUNDO. F.]

mis Phoebi, nunc germine Lerna...

ATHAMANTIÆDES, ae, m. patronym.

ATHAMANTICUS, a, um, adj. ad Athamantem...

ATHAMANTIS, idis, f. patronym.

ATHAMANUS, a, um, adj. ad Athamaniam...

ATHAMAS, antis, m. Athamas, Aeoli filius...

*ATHANA, ae, (vel Athene, ut Hard. habet) f.

*ATHANAGIA, ae, f. oppidum Hispaniae...

*ATHANASIUS, i, m. Athanasios, Praesul...

*ATHANATUS, i, m. Athanasios, immortalis...

ATHENAE, arum, f. plur. Athinae, clarissima...

Athenas nominant, nec aliud addunt) alteram...

ATHENAEI, orum, m. plur. Athinaei, populi...

ATHENAEOPOLITAE, arum, m. plur. Athinaopolitai.

ATHENAEUM, i, n. Athinaion, locus erat...

ATHENAEUS, a, um, adj. Athinaios, ad Athenas...

*ATHENAGORAS, ae, m. Athanasios, ad Minervae...

[ATHENAIIS, idis, f. Athinae, Minervia.

ATHENICA, orum, n. plur. sunt bibliothecae...

ATHENIENSIS, se, adj. Athinaios, ad Athenas...

[ATHENIO, onis, m. diminutivum ab Athina, Minerva...

[ATHENIPPUM, i, n. est collyrium apud Scrib.

[ATHENODORUS, i, m. Athanasios, Minervae donum...

*ATHENOPOLIS, is, f. oppidum Galliae Narbonensis...

ATHEOS et Atheus, i, m. Atheos, qui nullos esse Deos...

ATHERA, ae, f. Athina, pulmenti genus...

ATHERIANUS, a, um, adj. Athinae. Tu istic te Atheriano...

ATHEROMATIS, atis, n. Athina, et Athina, abscessus...

ATHESIS, is, m. nunc Adige (Etsch), fluvius Venetiae...

ATHLON, ae, f. V. ATHLON.

ATHLETA, ae, m. Athletas, qui gymniciis in certaminibus...

ATHLETUS, i, m. Athletos, intactus, illibatus. Cognomen Romanum...

ei atrium attribuit. P Per synecdochen accipitur pro totis aedibus. Oo. Her. 16, 184. Nee capient Phrygias atria nostra nurus. Adde Met. 13, 968. et ib. 14, 9. P Hinc atria caeli dixit Stat. Th. 1, 197, ubi scilicet habitare Dii solent.

ATROCITAS, atis, f. [cf. ATROX. Atrocitas et saevitia quid differant, V. Döderl. Syn. etc. l. p. 40.] crudelitas, diritas, immanitas, δεινότης, ἀσπύα. Cic. Acad. 4, 44. Atrocitas ista quomodo in academiam irruerit, nescio [i. praeceptis philosophorum nimis duris et rigidis,] quod scilicet sapientis animum nullo affectu debeat commoveri. Id. Cat. 4, 6. Ego, quod in hac causa vehementior sum, non atrocitate animi moveor; (quis enim est me mitior?) sed singulari quadam humanitate et misericordia. Id. Quint. 16. Rei atrocitas. Id. Inv. 2, 16. facti. Suet. Cal. 12. facinorosis. Id. Domit. 11. poenae. Id. Cal. 29. Immanissima facta augere atrocitate verborum. Id. Tib. 48. Mitigare atrocitatem temporum. Colum. 8, 17. Atrocitas maris objectu eripidinis frangitur. Tac. A. 4, 13. morum, h. e. asperitas. P In plur. num. Appul. Met. 10. Crudelissimae mulieris cunctis atrocitatibus diligenter expositis.

ATROCITER, adv. crudeliter, saeve, graviter, aspere, οὐτως, ἀσπύτως. Cic. Verr. 2, 5, 62. Nimis atrociter munitur alicui. Liv. 3, 9. Atrociter involvi in aliquem. Tac. H. 1, 2. Atrociter saevire. [Suet. Tib. 59. Multa Tiberius saeve et atrociter facitavit; saeve pertinet ad Tiberii animum; atrociter pertinet ad facta et sensum, quem in aliis excitavit. V. Döderl. l. l.] Cic. Q. Fr. 2, 16. De ambitu cum atrocissime ageretur in senatu multos dies, quod ita erant, progressi candidati consulares, ut non esset ferendum. Sall. Jug. 41. Seditioibus tribuniciis atrociter agitare rempublicam. Tac. A. 13, 19. in f. Atrociter deferre crimen [sc. intendendo periculo et detorquendis rebus in pejus. Sic Döderl. l. l., qui Ern. explicationem improbat.] Id. Hist. 2, 56. Graviter et atrociter afflicti. P Translate. Cic. Or. 18. Contenta voce atrociter dicere et submissa leniter. Gell. 10, 3. Haec M. Tullius atrociter, graviter, copiose apteque miseratus est. Id. 13, 24. Unam eandemque rem pluribus verbis vehementer atque atrociter dicere. P Atrociter accipere aliquid, interdum significat iniquissimo animo ferre. Tac. H. 1, 23. Labores itinerum, inopia comeatuum, duritia imperii atrociter accipiebantur. P Apud Cic. Mil. 8. Atrociter ferre, est legen ferre plenam severitatis et atrocitatis.

ATROPATENE, es, f. Ἀτροπατήνη, regio fuit Mediae. Plin. 6, 13. P Hinc ATROPATENI, orum, incolae dicti ab eod. ibid. B. A.

ATROPHIA, ae, f. ἀτροφία, morbus est ex defectione nutrimenti proveniens, cum corpus ex cibo non alitur, et naturaliter semper aliquibus decedentibus, nullis vero in eorum locum subeuntibus, summa macies oritur, et, nisi occurrat, tollit. Ita Cels. 3, 22, sed ipsa voce Graece utitur; (quae ab a privat., et τροφή, nutritio.) Latino autem generali vocabulo tabem vocat. At Latine atrophiam usurpat more suo Coel. Aurel. Tard. 3, 14. et ib. 3, 7. et Theod. Prisc. 2, 11.

ATROPHUS, a, um, adj. ἀτροφος, qui atrophia laborat. Plin. 28, 9, 33. Lac bibitur ab imbecillitate vires recolligentibus, quos atrophos vocant. Id. 31, 10, 46. In balineis uti solio nitri prodest atrophis, opisthotomis, tetanis. P Quia vero atrophia aliquando in aliqua tantummodo corporis parte contingit; hinc atropa dicuntur membra tali vitio laborantia. Plin. 22, 25, 73. Ervum tostum corrigit vitia jocineris, tenesmon, et quae cibum non sentiunt, atropa appellata. Id. 27, 8, 40. Atropa carnosiora facere.

ATROPOS, i, f. ἄτροπος, una ex tribus Parciis, ita dicta quasi ἀτρέπετος, immutabilis, et quod nullis precibus flecti potest: ab a privativa, et τροπή, verto, vel quia praeteriti temporis fatum est: quae autem praeterita jam sunt, immutabilia sunt, καὶ παρελθόντα πάντα ἀτρέπετά ἐσσι, ut ait Aristot. in fin. l. de Mundo, quae Appul. Latine vertit. Mart. 10, 44. Gaudia tu differs, at non et stamina differt Atropos; atque omnis scribitur hora tibi. Stat. Silo. 4, 8, 18. Atropos alba, h. e. fausta, et longam vitam promittens. Inscr. ap. Grut. 692, 10. C. Laelio C. F. decimo octavo aetatis anno ab immani Atropo vita reciso.

ATRORE, oris, m. atritas, ater color, μελανόρως. Gell. 2, 26. Rubidus autem est rufus, atrore et nigrore multo mixtus. Alii leg. rectius rufus atrior, et nigrore multo inustus.

ATROTUS, a, um, adj. ἀτρότος, invulnerabilis: Vox Graeca ab a privativa, et τροπή, vulnere. Hyg. fab. 28. Alii auctores dicunt, Neptuni et Iphimedes filios fuisse atrotos. Id. fab. 30. Leonem atrotum necare.

ATROX, ōcis, omni. gen. adj. Proprie crudum significat, ut Fest. et Non. 2, 62. docent. Est enim origine Graeca, ab a privativa, et τροπή, edo, a quo fit τροφέ, τροφή, crudus, esui ineptus. Naevis ap. Non. l. c. Simul atrociam porricecent exta ministrat. [*Lambin. ad Hor. Od. 2, 1, 21. derivat ab a privat. et τροφή, i. e. tremo. Sed Tom. I.

aliter et rectius quidem de derivatione h. v. statuit Döderl. Etym. etc. l. p. 38. Terminatio enim in -ox (ut ferox, velox etc.) h. v. compositum esse docet, cujus etymon ater esse iam Perottus contulerat. De mutata quantitate V. ipsum. Ceterum terminationem -ox eandem putat esse Döderl. cum ωψ, ita ut atrox proprie sit i. q. atrum colorem refert, ideoque i. q. tristis, severus, teter. Igitur atrox per se non est i. q. crudelis, immitis; sed i. q. malum significat, malam speciem praese fert. — In Naevis loco idem exta atrociam putat esse i. q. atrum diem significantia, tristitia. — Multas igitur illas, in quas Noster h. v. divisit, significantiones, ad primariam illam revocabis et ex hac judicabis.] P Translate autem fere accipitur pro crudeli, saevo, immani, ἀσπύτης, ἀσπύτης, δεινός, άργός. Cic. Rosc. Am. 22. Res scelerata, atrox, nefaria. Tac. A. 4, 45. Atrax facinus. Id. A. 14, 61. Pop-paca semper odio, tum et metu atrox. [*Id. ib. 4, 52. Agrippina semper atrox, i. e. tristici ac trucium atrum Tiberium erat animo. Aliter Ernest., quem V. Nos assentimur Döderl. l. 1. Sic ib. 2, 57. (Piso) atrox et dissentienti manifestus (adversus Germanicum).] Gell. 20, 1. Atrior injuria. Sall. Jug. 5. Bellum magnum et atrox. Liv. 3, 1. certamen. Id. 24, 16. Atrior caedes. Cels. Praef. circa med. Atrorcissima pestis. Sil. 9, 486. Gradivus atrox. Plin. 8, 21, 30. Atrorcissimi tauri silvestres. Liv. 3, 11. Atror ingenium. Or. Met. 9, 274. odium. Pl. Capt. 3, 4, 7. Atrorcem astutiam reperire, h. e. audacem, et animo atroci ac timoris experti dignam. [*Sic atrox animus, virtus, quae Noster infra laudat. — Liv. 2, 60. atroci discordia, i. e. acerimis certaminibus. q.] P Cum genitivo Graeca constructione. Tac. A. 12, 22. Atror odii Agrippina ac Lolliac infensa. P Sumitur et pro terribili, horrendo. Plin. Pau. 53. Atrorcissima efligies saevissimi domini. [*Saevus enim semper ad animum pertinet, etiam quum de rebus dici videtur; atrox et de personis et de rebus dicitur. Liv. 39, 49. facinus saevum atque atrox.] Tac. A. 16, 10. Filia longo dolore atrox, h. e. quae longo dolore tristem, et quodammodo horrendum vultum trucesque atque paene feros mores induit. P Item pro rigido, horrido. Plin. 18, 35, 80. Atror hiems. Tac. A. 4, 50. Nox nimbo atrox. Id. ib. 11, 31. Atror tempestas. P Item pro vehementi, molesto. Hor. Od. 3, 13, 9. Flagrantis atrox hora caniculae. Claud. in II. Cons. Stil. 2, 460. nec brachia Cancri Urat atrox aestas. P Item pro acri, aspero. Cic. Or. 2, 49. Admiscere huic generi orationis vehementi atque atroci genus illud alterum lenitatis et mansuetudinis. Plin. 27, 2, 2. Atror peroratio. P Item pro acerbis, gravi, infelici, funesto. Cic. Fam. 9, 25. Repente percussus est atrocissimis litteris, in quibus scriptum erat etc. Tac. H. 2, 99. Atrorcibus undique nunciis exterri- tus. Id. ib. 1, 54. Atror rumor. Id. ib. 2, 54. Atror mendacio universos percudit, affirmans etc. Vell. 2, 119. Atrorcissima calamitas. Tac. H. 3, 39. Atror invidia. Id. A. 3, 64. valetudo, h. e. gravis et periculosus morbus. P Item pro severo, rigido, constanti, in bonam partem. Hor. Od. 2, 1, 23. Et cuncta terrarum subacta Praeter atrocem animum Catonis. Sil. 6, 378. de M. Atilio Regulo. Atror illa fides. Petr. Sat. 4. Verba atroci stilio effodere, h. e. valde censorio, et nihil indulgente. P Atror etiam dicitur, qui obfirmat animum contra amorem. Val. Fl. 9, 662. nec credere falsos Audet atrox vultus. P Atror negotium dicitur res magni momenti, metusque et periculi plena. Sall. Cat. 30. Itaque quod plerumque in atroci negotio solet, senatus decrevit, darent operam consules, ne quid republica detrimenti caperet. Sic Cic. Marc. 7. Atrorcissima suspicio.

ATRUSCA, genus quoddam est uvae apud Maer. Sat. 2, 16.

ATTĀ, ae, m. dicitur, docente Festo, qui propter vitium crurum aut pedum summis plantis insistit, et attingit magis terram, quam ambulat. Quod cognomen C. Quintio poetae togatarum scriptori adhaesit, de quo Hor. Ep. 2, 1, 79. Recte, necne crocum, floresque perambulet Attae Fabula, si dubitem etc. Adde Gell. 7, 9, qui duas ejus fabulas memorat, Conciliatricem et Aedilicam, et Prisc. l. 7. p. 764. et l. 8. p. 828., ubi Tironem proficiscentem citat. Is Romae CLXXV. Olymp. an. III. h. e. U. C. 676. mortuus est, ut Hieronym. in Chron. narrat. P Atta etiam appellatus est Claudiae gentis princeps, ut apud Suet. Tib. 1. [ubi V. annotat B. Crusii F.] et Voss. Etymol. qui putat esse Sabinum vocem, et derivari ab ātro, subsilio, subsultu, quia qui pedum plantis laborat, stare loco nescit, sed semper quasi subsiliat. [*In Liv. 2, 16. Atta Clausus habet ed. Gronov. ubi ed. Drakenh. habet Attus C. Inscr. Bremetonaci reperta (V. Antiq. Bremetonacensis): Deo. Sango. N. Trebui. Atta. Posu. B. A.] P Est praeterea attā vox, qua juniores pro reverentia senes compellant, quasi patris, aut avi eos nomine honorant. Hoc quoque docet Festus. [Est autem haec etiam ratio Graeca vox ἄττα, qua usus est Homer. non semel. Habent autem quandam

inter se affinitatem attā, et tata, qua etiam patrem appellant. Eustath. ad Iliad. 1, 603. τὸ ἄττα γλώσσης ποιεῖ ὀρθωτικῶν οἰ παλαιῶν, προσηγορίᾳ ὃν ἐκ τῆος νεωτέρου ὡς πρὸς τροφή. Quem ad locum sic Schol. Ven. Villos. τὸ ἄττα προσηγορίας ἔστι πρὸς τροφή ἀπειράστου. F.]

[ATTACENSIS, se, adj. ad Attacum pertinens, Celtiberiae urbem juxta Ptolem. l. 2. c. 6., quam alii putant nunc Ateca, alii Daroca appellari. Inscr. ap. Grut. 700, 13. T. Plautio P. F. de municipio Attacem. F.]

ATTACEO, es, idem quod taceo. Creditur a nonnullis Cicero hoc verbum usurpasse Flacc. 25. Liceat haec nobis, si oblivisci non possumus, attacere. Sed rectius multo leges at tacere. [Hoc v. del.]

ATTACTUS, a, um, part. ab attingo, is, tigi, tactus, Pl. Aul. 4, 10, 21. Tu illum scribas non tuam esse: non attactam oportuit. Sil. 11, 147. Stare inter proelia nullis attactum telis. Cic. Or. 3, 28. in f. Ut praeteriri fuerit satius, quam attactum deserere. Plerique omnes leg. attentatum. [*Sic Or.] Fest. in voce Scribonianum, post Sceleratus. Sacellum attactum fulgure. Id. in Obstitum: Obstitum Cloatius et Aelius Stilo esse ajunt violatum attactumque de coelo. [Inscr. ap. Marin. Frat. Ar. n. 43. Ictu fulminis arbores attactae. F.] P Scribitur et adtactus.

ATTACTUS, us, m. idem quod tactus. Varr. R. 2, 5. Corium attactu non asperum ac durum. Virg. A. 7, 349. de angue. Ille inter vestes et levia pectora lapsus, Volvitur attactu nullo, fallitque furentem. P Extra ablative casum exempla nonnulla reperi. P Scribitur et adtactus.

*ATTACUS, i, m. Ἀττακός, genus locustae. Vulg. Levit. 11, 22. V. Boch. Hieroz. 4, 2. p. 449. B. A.

ATTĀGEN, ōnis, m. et Attāgena, ae, f. ἄτταγεν, avis est, quam quidam putant appellari ab Italis francolino, [*Tetrao francolinus L.] a Gallis gelinotte de bois, hoc est gallinam silvestrem. Quidam etiam bonosam dicunt. Est autem in cibum deliciosa, et Ionius maxime celebratur, vocalis alias, captus vero obmutescens, ut Plin. 10, 48, 68. scribit. Hor. Epod. 2, 53. Non Afra avis descendat in ventrem meum, Non Attagen Ionica. Mart. 2, 37. Communemque duobus attagenam. Adde 13, 61. P Scribunt et unico t, sed minus recte.

ATTAGUS, i, m. hircus, caper, lingua Phrygum. Arnob. 5, 159. Alii leg. Atagus.

ATTALENSIS, se, adj. ad Attaliam pertinens. Attalenses, ium, sunt populi Attaliae, quae est urbs Aeolis seu Mysiae in Asia, ab Attalo rege condita. Plin. 5, 30, 33. P [*Attalenses etiam dicti incolae Attaliae, quae est urbs Galatae. Plin. 5, 32. P Et Attaliae, oppidi in Pamphylia. Cic. Leg. Agrar. 1, 2. Adde Leg. Agrar. 2, 19. quanquam alii alio referunt. B. A.]

*ATTALIA vel Attalica, ae, vel Attalia, ae, ἄττα, Ἀτταλία, urbs Aeolis. Plin. 5, 30. P Et alia, in Pamphylia. Act. Apost. 14, 25. B. A.

ATTALICUS, a, um, adj. ad Attalum pertinens. Hor. Ep. 1, 11, 5. Attalicae urbes, h. e. urbes Asiae, ubi regnavit Attalus. P Attalica aulaea, Attalicae vestes ap. Prop. 2, 23, 46. et 3, 16, 19. sunt, quibus aurum intextum est. Plin. 8, 48, 74. Aurum intexere in eadem Asia invenit Attalus, unde nomen Attalicis. Et Sil. 14, 659. quaeque Attalicia variata per artem Aulacis scribuntur acu. P Attalicis conditionibus, id est amplissimis et opulentissimis. Hor. Od. 1, 1, 12. Sic Tert. Jejun. 15. sub f. Attalicae divitiae.

*ATTALIS, idis vel idos, Ἀτταλῖς, tribus Atticae, sic dicta ab Attalo rege, in memoriam auxilii ab eo adversus Philippum impetrati. Liv. 31, 15. B. A.

ATTALUS, i, m. Ἀτταλός, nomen Pergami regis hujus nominis tertii, pecunia ditissimi, et splendida supplicile, quique aurum vestibus intextum artem invenisse dicitur, ut Plin. 8, 48, 74. narrat. Hic, cum liberis careret, populum Romanum testamento heredem instituit. Plin. 33, 11, 53. Ex Flor. 3, 20. verba testamenti erant: Populus Romanus honorum meorum heres esto. Quod larga et liberali interpretatione Romani a privatis bonis regis ad regnum ipsum extenderunt. Unde Hor. Od. 2, 18, 5. Nec Attali Ignotus heres regiam occupavi, h. e. heres non vocatus. P [*Item alius, et ipse Pergami rex, qui Eumeni I. fratri successit. Gallos vicinos domuit, imperiumque suum in Asiam Tauro tenus extendit. Liv. 33, 21. P Attalus, Agrianorum et Cretensium sagittariorum, in exercitu Alexandri Magni, dux. Curt. 4, 13. Forte idem, quem scribit 8, 13. Alexandro fuisse aequalem et haud disparem habitu oris et corporis. P Attalus, Macedo, infensissimus hostis Alexandro fuit. Id. 6, 9. P Attalum medicum meminit Plin. 32, 8. P Attalus Iphemenius, homo Graecus fuit de Q. Cicero provincia. Cic. ad Q. Fr. 1, 2. P Attalum Netinum meminit Id. Verr. 4, 26. B. A. P Est etiam cognomen Romanum. Inscr. ap. Grut. 824. S. C. Sallustius Attalus. F.]

ATTAMEN, ὄ μὴν ἀλλὰ, ἀλλ' ὅμως, conjunctio idem fere valens, quod tamen, veruntamen: ex

at et tamen. Cic. Fam. 7, 26. Attamen ne mirere, unde hoc acciderit, lex sumptuaria mihi fraudi fuit. Ter. Andr. 5, 3, 23. Ego audiam? quid ego audiam Chreme? Ch. attamen dicat, sine. Id. Heaut. 2, 1, 13. Etsi is quoque suarum rerum satagit, attamen habet etc. P. Divisim interjecto verbo. Cic. Brut. 4. Si non pari, at grato tamen munere. Id. Or. 3, 4. Etsi nequaquam parem illius ingenio, at pro nostro tamen studio etc.

ATTAMINO et Adtamino, as, avi, atum, a. 1. σπιλωσ, μιλωσ, contamino, polluo, corrumpo: ex ad et tamino. V. CONTAMINO. Justin. 21, 3. Attaminare virginem. Imp. Gratian. Valens et Theodos. Cod. Theod. 3, 1, 5. Attaminare aliquem sacramentis Judaicis. Aur. Vict. Caes. 16. Attaminare facta et consulta alicuius imprudentia. P. Pro contingere, sumere, quod non licet: quae notio facile ad superiorem refertur. Capitolin. Gordian. 27. Civitates integras suis civibus redderet, ita ut nihil, quod ad eorum fortunas pertineret, attaminaret.

ATTASINI, oruni, Sogdianae populi. Plin. 6, 16. B. A.

ATTAT. V. supra AT AT suo loco.

ATTATE, (cui similis est ἰατρικὴ Graecorum) interjectio eisdem fere usus habens, ut at at. Pl. Ep. 3, 4, 21. Attate: nunc demum scio ego hunc, qui scit. Est hoc pacto interjectio jam intelligere incipientis, et ob id quodammodo admirantis. Id. Merc. 2, 3, 31. Attate! meus pater hic quidem est; ibo, alloquar. Id. Cas. 3, 1, 14. Attate! caedundus tu homo es: nimias delicias facis. Hoc loco habet aliquod munitatis.

ATTÉGIA, ae, f. σπηρακίδια, καλύβη, casa, turgurium. [Vox Arab. nam طغى tetendit, unde التنجى tentorium. F.] Juvenal. 14, 196. Dirue Maurosum attegias, castella Brigantum. Inscr. ap. Grut. 54, 11. Deo Mercurio attegiam tegulitiam compositam Severinus Satullinus (leg. Catullinus) C. F. ex voto posuit L. L. M.

ATTEGRARE. V. ADTEGRARE.

ATTEIUS Philoilogus, libertinus, Athenis natus, quem Atteius Capito JCTus, ejus patronus, inter Grammaticos Rhetorem, et inter Rhetores Grammaticum fuisse ait, quem juvisse Sallustium in scribendo auctor est Pollio, qui ab illo eloquentiam didicit. Scripsit quaedam, ut An Aeneas amaverit Didonem? Suet. Ill. Gr. 22. Charis. p. 102. P. De Atteio Capitone Tac. A. 3, 75. Gell. 4, 6, et 10, 6. V. et Pompon. de orig. Juris. 1. P. Atteium Praetextatum, alium Grammaticum, meminit modo citatus Suet. Ib. 7. P. Atteius Sanctus (vulgo Sanotus) Commodi Imperatoris praeceptor fuit et orator. Lampr. in Commodio 1. B. A.

ATTELÁBUS, i, m. ἀτέλαβος, et ἀτέλεβος, ab ἄτω, subsilio, locustarum minimum genus, sine pennis, quod cum pico Martio peculiares gerere inimicitias, scribit Plin. 29, 4, 29. [V. Hieron. in comment. ad Nahum. 3, 16. Bochart. Hieroz. t. II, p. 447. et Schneider. ad Arist. H. A. 5, 13, 2. Beier.]

ATTEMPERATE et Adtemperate, adv. Ter. Andr. 5, 4, 13. Itane attemperate venit hodie in ipsis nuptiis, ut veniret antehac nunquam? ita scilicet temperando et disponendo adventum suum, ut adesset in ipso nuptiarum articulo.

ATTEMPÉRATUS, a, um, part. v. attempero. Vitr. 10, 12. de Ctesibica machina: Supra catinum paenula, ut infundibulum inversum, est attemperata, etc. h. e. accommodata, disposita, aptata.

ATTEMPERIES, ei, f. idem quod temperies. Cod. Theod. 9, 3, 2. B. A.

ATTEMPÉRO et Adtempéro, as, a. 1. Sen. ep. 30. Sic gladiator tota pugna timidissimus, jugulum adversario praestat, et errantem gladium sibi attemperat, h. e. accommodat, ultro corpus vulneri obijciat et aptat: quod facere cogebantur gladiatores victi, si ita populus jussisset, ut docet Lips. Saturn. 2, 22.

ATTENDO, endis, endi, entum, a. 3. ἐπιτείνω, intendo, extendo, valde tendo: ex ad, et tendo. Appul. Met. 2. p. 122, 5. Attendere arcum. Id. ib. 11. p. 263, 5. coelo manus. Et ib. 6. p. 177, 41. Nemus, quod fluvio, rupique attenditur. Et ib. 4. p. 145, 14. Ramices ante fores attendere. Accius apud Non. 4, 10. Attendere aurem. P. Translate attendere animum est intendere, advertere, convertere, applicare animum ad aliquid, attentum esse, προσέχειν νοῦν, διακρίνειν θύμην, ἐπιτινάχειν. Cic. Off. 3, 8. Si, cum animum attenderis, turpitudinem videas. Id. Agr. 2, 15. Attendite animos ad ea, quae consequuntur. Lucil. ap. Non. 4, 10. Attendere animos dictis. Liv. 10, 4. Jubet peritos linguae attendere animum, pastorem sermo agresti an urbano proprius esset. [*Nep. Alc. 5.] P. Attendere animo idem significat. Appul. Flor. n. 9. Quid istud sit, animo attendatis: diligentius et accuratius disputabo. Pacuv. ap. Non. l. c. Cum animo attendo ad quaerendum, quid siet. Al. leg. animum. Ter. Hec. prol. 20. Aequo animo attendite. P. Saepissime attendere absolute usurpatur pro attendere animum. Cic. Or. 13. Non aequae, quid dicant, nisi admodum attendi, intelligo. Id.

Planc. 41. Audi, audi, atque attende, Laterensis, ut scias, quid ego Plancio debeam. Id. Mil. 9. Rem gestam vobis dum breviter expono, quaeso, diligenter attendite. P. Cum accusativo tum personae, tum rei. Cic. Sull. 11. Erigite mentes auresque vestras, et me dicentem attendite. Id. Verr. 2, 1, 10. Quis nos magnopere attendit unquam in hoc genere causarum, etc.? Id. Phil. 2, 12. Sed stuporem hominis attendite. Id. Rabir. Post. 6. Attendere primum versum legis. Id. Fin. 3, 12. aliquem studiose. Id. Fam. 4, 13. Curare et attendere aliquid. Sall. Jug. 93. Suorum et hostium res pariter attendere. (Adde Stat. Th. 12, 250.) Aur. Vict. Epit. 48. Annonae curam sollicitius attendere. Lucan. 8, 622. Saecula Romanos nunquam tacitura labores attendunt. P. Passive Cic. Or. 3, 50. Nam versus aequae prima, et media, et extrema pars attenditur. P. Habet post se eleganter varias particulas. Cic. Sull. 11. Attende jam, quam ego defugiam, etc. [*H. I. quam est accus. relativus.] Liv. 20, 4. Attendere animum, an propior sit, etc. Ter. Ph. prol. 24. Quid velim, animum attendite. Phaedr. 2, 1, 1. Attende, cur negare cupidis debeas. P. Cum dativo tum personae, tum rei. Plin. Pan. 65. Jurat in legem attendentibus Diis: nam cui magis, quam Caesari attendant? Id. ep. 7, 26. Attendere sermonibus malignis. Sil. 8, 591. nullo attendente Deorum Votis tunc vestris. P. Attendere alicui rei [*sc. animum, ut Gr. προσέχειν.] interdum est incumbere, operam dare. Suet. Cal. 53. Attendere eruditioni. Id. Galb. 5. juri. P. Cum infinito Pompon. ap. Non. 4, 10. Quid futurum est, si pol ego hanc discere artem attenderim? P. Cum ablativo et de praeposito. Cic. Partit. 24. Et cum de necessitate attendemus, etsi aliquid non necessarium videbitur, videndum tamen erit, quam sit magnus. P. Pro contendere Accius ap. Non. l. c. Ne attendas petere a me id, quod nefas sit concedi tibi. P. Pro cogitare. Cic. Or. 1, 35. Quid est, Cotta? inquit, quid tacetis? nihilne vobis in mentem venit, quod praeterea a Crasso requiratis? Immo id mehercule, inquit, ipsum attendo. Ita Non. 2, 20. nec absurde. [*Hoc nihil differt ab iis, quae supra laudata sunt.] P. Scribitur et attendo.

*ATTENE, es, Arabiae Felicis regio, ubi vicus Atta. Plin. 6, 28. B. A.

ATTENTATIO, onis, f. actus attentandi, tentatio, tentamentum, παρασκευασμός. Symm. ep. 6, 9. Iuanis attentatio comprimat. P. Scribitur etiam Adtentatio et Attemptatio.

ATTENTATUS, a, um, part. v. attento. [*Proprie, ut attentare est periculum alicuius rei facere, ideoque eam inchoare.] Sic Cic. Or. 3, 28. praeterriri omnino fuerit satius, quam attentatum deseri. Translate est i. q. tentatus. Cic. ad Quiril. 7. in f. Quia suam classem attentatam magno cum suo periculo vidit. classem populi intellige suffragia ferentis, quam pecunia data corrumpere quidam conati fuerant. Val. Max. 9, 1. n. 9. Nefarie attentatae patriae poenas dare. Adde Liv. 23, 15. quem consulens attentatae (i. e. tentatae) defectionis — ad transfugiendum stimulabat.

ATTENTE, adv. προσεχόντως, προσεκτικώς, attento animo. Cic. Brut. 54. Assidens et attente audiens. Id. Cluent. 23. Ut nunquam benignius et attentius quemquam auditurum putem. Id. Or. 1, 61. Attentissime audire aliquid. Hor. Ep. 2, 1, 197. Spectare aliquid attentius. Cic. Fam. 7, 19. Attente legere aliquid. Id. Fin. 5, 2. Aerius et attentius cogitare. Sall. Cat. 56. (al. 52, 18.) Attentius agere. Ter. Heaut. 1, 1, 14. Attente fungi officio. Gell. 4, 15. Parum attente dicere.

ATTENTIO, onis, f. προσοχή, προσέχεται, intentio animi ad aliquid. Cic. Or. 2, 35. Cura, attentio animi, cogitatio. [*Est h. v. ap. Cic. ἰσως λεγόμενον.]

ATTENTO, as, avi, atum, a. 1. tento, pertento, experior, si obtinere possim, ἀποπειράομαι: ex ad, et tento. Claud. Rapt. Pros. 3, 217. Attentare arcum digitis, h. e. flectere conari. Val. Fl. 4, 11. aliquem lacrimis et supplice dextra. Stat. Th. 4, 71. aliquem bello, h. e. aggredi, belli fortunam cum eo experiri. P. Translate. Auct. Dial. de Or. 22. de Cicerone: Primus excoluit orationem; locosque laetiores attentavit, et quasdam sententias invenit, h. e. tentavit in orationem inducere, eamque iis ornare. Val. Max. 5, 3. n. 5. Ruinam ejus majorem esse, quam ut manu mea attentari debeat, memini, h. e. quam ut aggredi ad eam verbis explicandam debeam. P. Saepae accipitur in malam partem. Cic. Verr. 2, 2, 54. Omnium inimicos diligenter cognoscere, colloqui, attentare. [*Cic. Sext. 4. Capuam propter plurimas belli opportunitates ab illa impia et scelerata manu (Catalinarianorum) attentari suspicabamur, i. e. sollicitari ad defectionem. Forc. h. l. in seqq. posuerat, explicans per adoriri, quod sane ad idem redit.] Hor. Ep. 2, 2, 23. Si tamen attentas mecum facientia jura, h. e. labefactare et convellere conaris. Sic Val. Max. 7, 8. n. 3. Attentare testamentum alicujus. Ulp. Dig. 12, 6, 23. sententiam judicis. Paul. ib. 47, 10, 10. pudicitiam. Ulp. ib. 11, 6. annonam, h. e. lucri causa conari cariorem

facere. P. Sumitur etiam pro aggredi, adoriri. [*Tac. A. 13, 25. vi attentantem acriter repellere.] Phaedr. 5, 2, 4. Cedo, inquit, illum: jam curabo sentiat, Quos attentarit. Colum. 7, 12. Primum est non attentari; secundum est, lacessitum fortiter et perseveranter vindicari. P. Translate. Cic. Or. 61. Cum is est auditor, qui non vereatur, ne compositae orationis insidiis sua fides attentetur. [*Cic. Har. resp. 8. quum ea attententur ejus lingua, cujus antea manu eversa vos mihi — reddidistis, i. e. quum calumniis eripere conetur Clodius etc. — Cf. supra ATTENTATUS.] P. Attentari morbo est a morbo invadi. Appul. Apol. P. Attentari ex crapula est ex crapula male se habere. Id. ib. Sic Pacuv. ap. Non. 4, 234. Quae aegritudo insolens mentem attentat tuam? P. Scribitur etiam Adtento et Adtempto.

ATTENTUS, a, um, part. ab attendo, proprie idem est quod ad aliquid extensus, intentus, προσεχής. Hoc sensu Hyg. Astron. 3, 20. Taurus genu defigere ad terram videtur, caput eodem habens attentum. P. Sed fere translate usurpat, et significat intentum, diligentem, excitatum ad aliquid, προσεχής, προσεκτικός. Cic. Or. 58. Attento animo excipere aliquid. Id. Or. 3, 5. Accerrima et attentissima cogitatio. Id. Off. 1, 36. Tenere animos attentos ad aliquid. Hor. Sat. 2, 1, 19. Attenta auris. Val. Max. 6, 9. ext. n. 1. Attento studio facere aliquid. Id. 2, 2. n. 7. Attentissima cura examinare. Id. 4, 3. n. 9. Attenta disciplina majorum. Ter. Andr. 2, 1, 3. Animus in spe atque in timore attentus. P. Attentus homo dicitur, qui attentum animum habet circa aliquid. Cic. Verr. 2, 1, 18. Qui in re adventicia et hereditaria tam diligens, tam attentus esset. Id. Or. 3, 79. Facere judicem attentum et docilem. Id. N. D. 3, 1. Praebere se auditorem attentum. Quint. 4, 5. Juxta attentior circa jus. Val. Max. 2, 5. n. 5. Antiqui attentati continentiae. P. Speciatim dicitur de eo, qui rei augendae et lucro studet, parvus, frugi. Ter. Ad. 5, 8, 31. Ninium ad rem in sepecta attentum sumus. Cic. Quint. 3. Quintus ceterarum rerum paterfamilias prudens et attentus. Id. Rosc. Am. 15. Attenta vita et rusticana. Hor. Sat. 2, 6, 82. Attentus quaesitis. Id. Ep. 1, 7, 91. jurus nimis, attentusque videris. [*V. Manut. ad Cic. Fam. 9, 16.] P. Est etiam partic. ab attineo, et significat detentum, occupatum. Appul. Met. 7. p. 194, 37. Mihi vero per diem laboriosae machinae attento furfures apponebat. Id. ib. 9. Licet forensi negotio officinator noster attentus ferias nobis fecerit. P. Scribitur et attentus.

ATTENUATE, adv. Cic. Brut. 55. Oratorum bonorum duo genera sunt, unum attenuate pressequae, alterum sublata, ampleque, dicentium, h. e. tenuiter et demisse. V. ATTENUATUS.

ATTENUATIO, onis, f. λεπνώσις, ἰσχνότης, actus attenuandi, extenuatio, diminutio. Auct. ad Her. 2, 2. Defensoris narratio simplicem et dilucidam expositionem habere debet, cum attenuatione suspensionis. P. Id. 4, 11. Qui non possunt in illa facillima verborum attenuatione versari, h. e. in stilo simplici ac tenui. Supra dixerat. cap. praec. Erit enim et attenuata verborum constructio quaedam, et item alia in gravitate, alia posita in mediocritate. V. etiam ib. 8., cujus loci verba referuntur in v. seq.

ATTENUATUS, a, um, part. ab atteno, tenuis factus, deminutus, λεπνώθης. Liv. 22, 1. Sortes sua sponte attenuatae. Plin. 21, 6, 16. Foliorum exilitas attenuata usque in fila. Ov. Met. 3, 389. attenuatus amore. Id. Rem. am. 288. Non tamen est illis attenuatus amor. Cic. Manil. 11. Bellum attenuatum atque imminutum. Caes. B. C. 3, 89. Legio proeliis attenuata. Plin. 5, 2, 1. Provincia attenuata bellis. Liv. 39, 49. Diutino morbo viribus admodum attenuatis. Auct. ad Her. 4, 41. Fortuna rei familiaris attenuatissima. Et ib. 3, 14. Paululum attenuata voce uti. Augustinus Caesar apud Suet. Tib. 21. Attenuatus continuatione laborum. Cic. Brut. 82. Oratio nimia religione attenuata, h. e. demissa, humilis, tenuis: cui opponitur sublata, magnifica, ampla. [*Non tam demissa et humilis, ut est in seq. loco apud Auct. ad Her., sed nimis accurata et polita et ad obscuritatem usque subtilis, estque ejus oratoris, qui nimium inquit in se, ipse se observat, metuitque ne vitium colligat. Ita bene Ernest. lex. techn. lat. p. 37. Eodem sensu Auct. dial. de or. 18. Calvum appellat attritum.] Auct. ad Her. 4, 8. Oratio attenuata est, quae demissa est usque ad usitatissimam puri sermonis consuetudinem. [*Graecorum ἰσχνός χαρακτήρ.] Adde ib. 10., et V. Cic. Brut. 55. et supra dicta in ATTENUATIO.

ATTENUO, as, avi, atum, a. 1. λεπνώω, ἰσχνύω, tenuem facio, extenuo, deminuo. Plin. 11, 37, 65. Lingua imbricatae asperitatis, attenuans lambendo cutem hominis. Id. 36, 6, 9. Ita sectae attenuantur crustae. Catull. 64, 41. Non falx attenuat frondatorum arboris umbram. Mart. 14, 104. Attenuare nives norunt et linteae nostra, h. e. percolare et liquare. Ov. A. Am. 1, 735. Atte- nuant juvenum vigilatae corpora noctes. Id. Met.

do libras, catenato captus hamo, nec nisi boum jugis extractus. Ita *Plin.* 9, 15, 17. Hic piscis (Acipenser huso *Linn.*) quem Veneti vulgo *copepe*. V. *ICHTHYOCOLLA*, Padi accolae *Ladano* seu *Ladano* appellant, similis est illi, quem Itali *storie* (*Stör*) vocant, sed est rostro acutiore.

ATTIN. V. ATYS.

ATTINAE, arum, f. plur. termini agrorum facti ex lapidibus in speciem maceriae congestis, ut describit *Siculus Flacc. de Condit. agror.* p. 4. et 6. *Goës. et Rigalt. in Glossis* docent, dictas esse ab *attinendo*, quod ii lapides se mutuo suo ipso pondere attineant. Addit *Rigalt.* locum *Palladii* 6, 3. Si lapidosus ager fuerit, per macerias saxorum attina collectas et purgari poterit, et muniari. Sed editi libri, quos vidimus, habent „saxorum turba collecta.“ [*Sic Furl. In ed. H. Forc. sic scriptum: a turba collectas.*]

ATTINEO et Adtineo, es, inui, entum, a. 2. *ατίνω*, teneo, detineo, ad aliquem locum teneo. *Pl. Capt.* 2, 2, 16. Nunc senex est in tonstrina: nunc jam cultros attinet, *h. e.* tonsor cultros ei admovet. *Id. Men.* 5, 1, 30. Attinere aliquid ante oculos. *Id. Bacch.* 2, 2, 3. et *Truc.* 4, 3, 63. aliquid vinctum. [*Id. Mil.* 4, 8, 18. forma hic hujus, mores, virtus, animum attinuerunt tuum, i. e. moverunt. Alii conjungunt hic — *attinuerunt*, i. e. retinuerunt.] *Tac. A.* 1, 35. prehensam dexteram vi. *Id. ib.* 3, 36. aliquem publica custodia. *Id. ib.* 2, 52. militem castris. *Id. ib.* 6, 23. Attineri in palatio. *Id. ib.* 14, 56. in f. domi valetudine infensa. *Id. ib.* 6, 27. Attinere aliquid, ne pergat. *Id. Hist.* 2, 14. in f. Delectae omnes copiae fuerunt, ni victorem exercitum attinisset obscurum noctis. *Id. A.* 13, 50. Attinere impetum alicujus. *Id. ib.* 53. Ne tamen segnem militem attinerent, ille inchoatum aggerem absolvit. *Sall. Jug.* 116. Boecium Punica fide simul Romanos et Numidam spe pacis attinuisse. *Tac. A.* 15, 24. Attineri religione. *Id. ib.* 1, 50. discordiis. P Est etiam occupare, custodire, servare. *Tac. A.* 4, 5. Ripamque Danubii legionum duae in Pannonia, duae in Moesia attinebant. *Id. ib.* 6, 17. Signatum argentum fisco vel aerario attinebatur. *Vet. Poeta ap. Cic. Or.* 47. Quam cara sintque, post erendo intelligunt, Quamque attinendi magni dominatus sient. P Impersonaliter significat pertinere, *αποσίνεω*. *Ter. Andr.* 1, 2, 16. Comperiebam, nihil ad Pamphilum quidquam attinere. *Id. Eun.* 4, 6, 6. Scin tu, turbam hanc propter te esse factam; et adeo ad te attinere hanc omnem rem? *Pl. Bacch.* 2, 2, 51. Negotium hoc ad me attinet aurarium. P Quod attinet, eleganter inseritur orationi. *Cic. Att.* 5, 17. Sic in provincia nos gerimus, quod ad abstinentiam attinet, ut nullus terentius insumatur in quemquam. *Id. Ferr.* 2, 2, 5. Vobis alio loco, ut se tota res habeat, quod ad eam civitatem attinet, demonstrabitur. *Pl. Poen.* 5, 4, 9. Certo enim, quod quidem ad nos duas attinuit, praepotentes, pulcrac fuimus. [*Id. Liv.* 23, 26. quod ad Carthaginenses hostes Hannibalemque attinet, prospera modo essent; ubi non pro *attineret* positum, sed absolute dictum est, i. q. de hostibus; etsi aliis locis in orat. obl. conjunctivus modus reperitur, v. e. 23, 43, 24, 16. P Construitur cum infin. *passivi* pro *inf. activi*: *Liv.* 23, 3. quia nec eosdem nominari attinebat. Cf. *Cic. Leg.* 2, 17, 42. Sic alia quoque verba impersonalia infinitivi act. et passivi, sententia non mutata, admittunt, ut *pertinet*, *expedit*, *convenit*, *debet* etc. quae V. — Interdum etiam omittitur *attinet*. *Cic. Leg.* 2, 12, 29. quod tempus (sc. attinet), ut sacrificiorum libamenta serventur etc., diligenter habenda ratio intercalandi est. q.] P Ponitur etiam pro *e* esse, interesse, opus esse. *Cic. Att.* 12, 18. Ea re non venit, quia nihil attinuit. *Id. Fin.* 4, 22. Quid attinuit, cum his, quibuscum re conveniebat, verbis discrepare? *Colum.* 2, 21. Si frumenta protinus usui destinantur, nihil attinet repoliri. *Pl. Poen.* 3, 3, 24. Sed quid istud ad me attinet? *Plin.* 17, 11, 16. Non misisset idem, si attineret, meridianam coeli partem signare in cortice. P In tertia persona pluralis numeri. *Cic. Fin.* 4, 14. Cetera, quae ad colendam vitem attinebant. [*Auct. ad Her.* 1, 1. quae nihil attinebant, ibique *Lamb.*] *Ter. Heaut.* 1, 1, 24. Ea quae nihil ad te attinent. Adde *Pl. Men.* 1, 2, 36. et *Pers.* 4, 3, 27. P Cum accusativo sine praeposito. *Cic. Quint.* 19. Neque quemquam attinebat id recusare. *quemquam* potest etiam esse accusativus infinitivi *recusare*. [*sed illud melius. Auct. ad Her.* 3, 11. in f. nihil nos attinet, ibique *Gron.* et *Graev.*] *Val. Max.* 1, 1. n. 14. In his, quae custodiam religionis attinent. P Pro pertinere, hoc est pertinere, pervenire. *Cart.* 6, 2. Scythae, qui in Europa sunt, a lacu Thraciae latere ad Borysthenem, atque inde ad Tanaim alium annum recta attinent. P [**Permutantur a librariis attinere et attingere, V. Cort. ad Sall. Jug.* 16, 5.]

[ATTINCTUS, a, um, part. ab inusit. *attingo, is, xi, inctum*, inctum. *Veg. Veter.* 1, 11. Post haec melle, butyro, axungia, salibus et picula, offis pro aequa omnium portione confectis, succo

ptisanac ac passo involutis attinctum animal replebis. F.]

ATTINGO et Adtingo, ingis, igi, actum, a. 3. *ἀτίνωμαι*, idem quod tango, contingo: ex *ad*, et *tango*. *Cic. Fam.* 2, 17. De praeda mea terentium nec attigit, nec tacturus est quisquam. *Id. Leg.* 2, 3. Nec enim ullum hoc frigidius flumen attigi, cum ad multa accesserim, ut vix pede tentare id possim. *Ter. Eun.* 4, 6, 2. Si illum digito attigerit uno, oculi illico effodientur. *Nep. Eun.* 5. Pedibus terram attingere. *Gell.* 14, 6. manu aliquem. *Tac. A.* 4, 54. nullos cibos. *Pl. Cas.* 5, 2, 30. Calamitas nunquam attigit, *h. e.* grando nunquam icit. *Caes. B. G.* 2, 32. Prius quam aries murum attigisset. *Ter. Hecyr.* 1, 2, 61. et *Ph.* 5, 8, 29. Attingere mulierem, *h. e.* rem cum ea habere. [**Tibull.* 1, 6, 53. attingere puellam, i. e. fidem ejus sollicitare et labefactare; paulo ante dixit *violare*. — Similiter *Liv.* 8, 29. quos, si Vestinus attingeretur (i. e. bello lacesseretur), omnes habendos hostes. q.] P De iis, qui in locum aliquem perveniunt. *Cic. Q. Fr.* 1, 1, 8. Ut primum Asiam attigisti. *Caes. B. G.* 4, 23. Navibus Britanniam attingere. *Nep. Dion.* 5. Post diem tertium, quam Sicilia attigerat. *Tac. A.* 4, 45. Postquam saltuos locos attigerat. [**Id. ib.* 2, 55. postquam Syriam et legiones attigit.] P Attingere etiam dicuntur, qui sunt alteri contermini. *Caes. B. G.* 2, 15. Eorum fines Nervii attingebant. *Cic. Fam.* 15, 4. Cappadociae pars ea, quae Ciliciam attingit. *Id. Pis.* 16. Macedonia, quae tantis barbarorum gentibus attingitur. *Id. N. D.* 2, 54. Ultra quae ex parte tonsillas attingens, palato extremo terminatur. [*Inscr. ap. Morcell. Op. Epigraph.* T. 2. p. 291. *edit. Patav.* Item collegia, quae attingunt eidem foro. Haec *Inscr.* pertinet ad an. Chr. 119. F.] P Translate. *Cic. Q. Fr.* 1, 1, 6. Quae res ad officium imperii tui pertinebant, de his rebus ne quid servus attingat. *Id. Fin.* 3, 5. Ante quam voluptas aut dolor attigerit. *Id. Fam.* 3, 10. *ad f.* Providit, ne qua me illius temporis invidia attingeret. *Liv.* 27, 11. Erant perpauca, quos ea infamia attingeret. *Cic. ad Caesar. post. ep.* 11. l. 9. *ad Attic.* Si qua de Pompejo tuendo cura te attingit, *h. e.* afficit. *Id. Leg.* 2, 1. *a med.* Me alia quoque causa delectat, quae te non attingit. *Prop.* 1, 19, 9. Attingere gaudia, *h. e.* frui. *Val. Fl.* 2, 452. et *Claud. B. Get.* 412. Vox attingit aures. *Manil.* 1, 326. ceperat Orpheus Omne, quod attigerat cantu, *h. e.* permulserat. *Cic. N. D.* 3, 25. Attingere aliquid suspitione, *h. e.* suspitione assequi, coniectere. *Colum. R. R.* 1, 8. senectutem, *h. e.* senescere. *Cic. Att.* 2, 22. rempublicam, *h. e.* reipublicae adminstrandae se dare. *Sic Id. ad Caesar. post. ep.* 11. l. 9. *ad Attic.* aliquam partem belli. *Liv.* 3, 19. arma. *Cic. Fam.* 5, 8. forum, *h. e.* in forum ad agendum accedere. P Dicitur eleganter de iis, qui in aliquid studium incumbunt; et significat leviter operam dare: item de iis, qui dicendo, aut scribendo de aliqua re agunt; et significat breviter commemorare, paucis tractare. *Cic. Or.* 1, 18. Egomet, qui sero ac leviter Graecas litteras attigissem. Et *ib.* 2, 1. L. Crassum non plus attigisse doctrinae, quam quantum prima illa institutione potuisset. *Nep. Att.* 18. Attigit quoque poetice. *Cic. Att.* 2, 1. Strictim attingere aliquid librum. *Id. Fam.* 2, 4. Scriberem plura, nisi, etc., et hoc quiddam attigi, non feci inflammandi tui causa, sed, etc. *Id. Or.* 2, 49. Breviter perstringere atque attingere aliquid. *Nep. Pelop.* 1. Summas tantummodo attingere. *Pacat. Paneg. Theodos.* 8. aliquid summam. *Plin.* 2, 12, 9. capitulatum. *Cic. Arch.* 11. res gestas versus et inchoare. *Gell.* 14, 1. aliquid oratione. *Tac. A.* 1, 35. Ut seditionem attingit. *Plin. Proem. Hist. nat.* Plerique ex iis, quos attigi, *h. e.* ex iis scriptoribus, a quibus delibavi, quae in meam historiam conferrem. *Pl. Truc.* 4, 4, 11. Ut platioqua est! paucis ut rem ipsam attigit! Idem eodem sensu alibi dixit *acu rem tangere*. V. ACUS. P Ad hanc, quam modo posuimus, dicendi seu commemorandi significationem pertinet etiam illud ejusdem *Pl. Bacch.* 2, 2, 19. Quod ab illo attigisset nuncius, *h. e.* dixisset, nunciasset: nisi malis sic exponere: nuncius ab illo veniens ad me pervenisset ac nunciasset. Simili ratione *Id. ib.* 3, 5, 3. Si a me tetigit nuncius, etc. *Lambin.* tamen legit *attulisset*. P Sumitur etiam pro attinere, pertinere, conjunctionem aliquam cum alio habere. *Cic. Off.* 2, 20. Partim ejusmodi sunt, ut ad universos cives pertineant, partim singulos ut attingant. *Id. Off.* 1, 6. Primus ille locus, qui in veri cognitione consistit, maxime naturam attingit humanam. *Id. Or.* 2, 39. Ab eo, quod rem attingit, plures sunt argumentorum sedes. *Id. Ferr.* 2, 5, 32. Segestana et Centuripina civitas, quae tum officis, fide, vetustate, tum etiam cognatione populi R. nomen attingunt. *Id. Q. Fr.* 1, 1, 1. Summa necessitudine attingere aliquem. *Pl. Merc.* 1, 1, 32. Quae nihil attingunt ad rem, nec sunt usui. [**Ad hunc modum scribi vult Heins. Or. A. Apr.* 2, 701. ad Venerem attingere seram. Vulgo autem legitur *at*.] P Apud *Appul. Apol.* p. 337,

12. Si quid eam humanitas attigisset, significat i. q. si mortua fuisset: quod *Cic.* dixit *Si quid mihi humanitas accidisset*. V. ACCIDO. P Attingere nomen legis scitum aliquid dicitur, quod legis nomine appellari potest, et inter leges adnumerari. *Cic. Leg.* 2, 5. Multa perniciose, multa pestifere seiscuntur in populis, quae non magis legis nomen attingunt, quam si, etc. P Attingem pro *Attinagam* olim dictum esse, notat *Festus* ex emendatione *Scalig.* et *Lips.* P [**Permutantur attingere et attinere*. V. ATTINEO.]

[ATTIO, ōnis, m. diminutivum atiae. Cognomen Romanum. *Inscr. ap. Grut.* 687, 12. Q. Ingenuus Attio. F.]

ATTIS. V. ATTHIS, et ATYS.

*ATTITULO, as, titulum appono. *Rufinus de Origine*: Ex his libris, quos *πρὸ ἀρχῶν* attitula-vit. *B. A.*

ATTIUS. V. ACCIUS.

ATTOLERO, as, a. 1. sustineo. *Appul. Met.* 2. p. 90. *ed. Oud.* Atria pulcherrima, columnis quadrifariam per singulos angulos stantibus, attolerebant statuas palmaris Deae, *h. e.* Victoriae. Alii [**ut ed. Elmenh.*] minus recte leg. *attollebant*.

*ATTOLLENTIA, ae, i. q. superbia. Usus est *h. v. Schol. Lucani* ad 1, 82. *ed. a Webero.* Cf. ATTOLLO.

ATTOLLO et Adtollo, is, a. 3. *ἐπιείρω, ἔπιείρω*, erigo, sustollo. *Quint.* 11, 3. Attollere pedem. *Ov. Halieut.* 70. caput. *Ter. Eun.* 4, 6, 31. pallium. *Pl. Cas.* 2, 6, 5. signa. *Plin.* 9, 27, 43. cornua e mari. *Virg. A.* 10, 856. se in femur. *Liv.* 8, 7. se a gravi casu. *Id.* 10, 36. manus ad coelum. *Ov. Met.* 4, 720. se in auras. *Prop.* 1, 15, 37. oculos contra solem. *Ov. Met.* 2, 448. oculos humo. [**Attollere oculos (etiam tollere)* de iis maxime dicitur, qui contra minas et terrorem sese tollunt. *Liv.* 6, 16. nec versus dictatoriam vim aut tribuni plebis aut ipsa plebs attollere oculos aut hiscere audebat. Quem usum aliis etiam locis explicat *Beutl.* ad *Hor. Od.* 1, 3, 18. p. 11. in f.] *Id. ib.* 7, 847. aliquid ulnis. *Virg. G.* 4, 217. humeris. *Plin.* 34, 6, 12. aliquid supra aliud. *Id.* 36, 5, 4. n. 9. Attollitur opus in altitudinem vigintiquinque cubitis. Et 21, 11, 36. Herba attollens se a terra. *Id.* 5, 1, 1. Mons e mediis arenis in coelum attollitur. *Id.* 5, 29, 31. Ephesus attollitur monte Pione. *Id.* 4, 6, 10. Regio attollitur in montes LXXVI. *Virg. A.* 3, 552. attollit se diva Lacinia contra. Ubi *Servius*: quia appropinquantibus montes surgere videntur. *Tac. A.* 6, 37. Euphratem nulla imbrium vi, sponte et immensum attolli. *Virg. A.* 2, 185. et *ib.* 3, 135. Attollere molem, et attollere arcem tectis, *h. e.* exstruere, aedificare. [**Poetice Plin. Pan.* 14, 3. campum alacritate, discursu, pulvere attollere, i. e. alacri discursu pulverem in campo attollere, omnia complere pulvere, discursu.] P Translate. *Quint.* 11, 3. Attollere vocem. *Id.* 10, 5. orationem. *Id.* 1, 2. mentem. *Tac. H.* 4, 52. rempublicam bello et armis. *Id. ib.* 2, 90. aliquid laudibus. *Id. ib.* 4, 59. aliquid praemiis. [**Vell.* 2, 65. quanto Ciceronis studio Brutus Cassiusque attollerentur, i. e. ornarentur, eveherentur. Similia laudat *Ruhnck.* ad *h. l.*] *Id. ib.* 1, 70. famam alicujus rei. *Cels.* 5, 26. n. 1. parvam rem attollere. *Virg. A.* 4, 49. Punicæ se quantis attollet gloria rebus! *Lucan.* 7, 11. Attollere nomen alicujus ad sidera. *Prop.* 4, 6, 51. Frangit et attollit vires in milite causa. *Virg. A.* 12, 4. Attollere animos, i. e. magis magisque irasci. *Plin. Pan.* 44. Rectos ac vividos animos non contundere ac deprime-re, sed fovere et attollere. [**Liv.* 22, 26. ad consulum spem quem attolleret animos, i. e. erigeret.] *Auct. declam. in Cic.* 2. Attollere alicui animos. [**Attollere se ex aliqua re, Liv.* 21, 58. ex illa strage quem se quisque attollere et levare vellet. q.] *Virg. A.* 2, 381. Serpens attollens iras. P Pro auferre antiquum est. *Pacuv. ap. Non.* 4, 35. Custodite istum vos, ne cum quis attollat, neve attigat. *Id. ib.* Pro imperio agendum est: quis vetat, quisve attollat? *Grotius*, ut refert *Vossius*, legendum putat: *Pro imperio agendum est: nequis attollat, veta*: qua ratione multo clarior est sententia. P Praeteritum *attuli*, et supinum *allatum* V. in AFFERO. Attollo autem mutatur *sustuli* a *sustollo*. P [**Permutantur a librariis attollere et impellere, V. Beutl. ad Lucan.* 3, 230.]

ATTONDEO et Adtondeo, ondes, attondi, onsum, a. 2. *ἐπιείρω*, idem quod tondeo, circum tondeo. *Pl. Capt.* 2, 2, 18. Strictim attonsurum dicam esse, an per pectinem nescio. *Scribon. Compos.* 10. Attondere ad cutem. P Sumitur etiam generatim pro resecare, circum amputare, recidere. *Virg. G.* 2, 406. et curvo Saturni dente relicta. *Persequitur* vitem, attondens, fingitque relicta. *Id. Ecl.* 10, 7. Dum tenera attondent simae virgulta capellae. P Translate. *Pl. Bacch.* 5, 1, 9. Is me usque attondit doctis dolis, *h. e.* circumvenit et per fraudem argentum abstulit. Huc pertinet etiam locus ejusdem ex *Captiv.* modo allatus. P Joculariter. *Id. Epid.* 2, 3, 6. Metuo si senex resciverit, ne ulmos parasitos faciat, qui usque atton-

deant, h. e. ne virgas ulmeas paret, quae tergum meum, ut parasiti alienas mensas solent, attondeant et concidant. V. alia in ATTONSUS. P In praeterito etiam attotondi habere potest, quemadmodum detondeo et detondi facit, et detotondi teste Priscian. p. 868. Itaque attotonse per syncopen pro attotondisse legunt aliqui in Catal. Virg. Carm. de Sabino 8. Ubi iste post Sabinus, ante Quintio Bidente dicit attotonse forcipe. Alii tamen leg. attondisse. Scalig. ex conjectura etiam aliter, [sed attotonse metrum postulat. F.]

ATTONITE, adverb. Plin. 30, 1, 4. Britannia hodieque eam (magicen) attonite celebrat tantis caeremoniis, ut, etc., h. e. ad stuporem usque superstitionis et defixa.

ATTONITUS et Adtonitus, a, um, partic. verbi attono, ἀττονίζω, ἀττονίζω, ἐπαληθύνω, proprie significat eum, qui corpore ac mente rigescit et stupet ex casu vicini fulminis, a quo afflatus sit et paene tactus, et sonitu tonitruum stupefactus, ut Sen. Qu. nat. 2, 27. et Serv. ad A. 3, 172. docent. Curt. 8, 4. Erat prope continuus coeli fragor, et passim cadentium fulminum species visibatur; attonitisque auribus stupens agmen etc. Petr. Sat. 101. Intrenui post hoc fulmen attonitus. P Generatim dicitur de eo, qui ex quacumque causa stupet et mente percillitur, ut ex morbo, ex metu, ex admiratione alicujus rei, ex subito aliquo casu etc. Cels. 3, 26. Attonitos quoque raro videmus, quorum et corpus et mens stupet. Fit interdum ictu fulminis, interdum morbo: hanc ἀπαισιότητα Graeci appellant. Liv. 3, 68. in f. Attonitus terrore belli. [Tac. H. 2, 42.] Id. 1, 47. novitate ac miraculo. Tac. H. 4, 49. subitae rei miraculo. Virg. A. 3, 172. Talibus attonitus visis ac voce Deorum. Albinor. ad Liv. 1, 85. Vidimus attonitum fraterna morte Neronem. [Sine ablat. Liv. 10, 29. ita ut magna pars inebriis corporibus attoniti conciderent. q.] Sen. Troad. 442. Mentis attonitae stupor. Virg. A. 5, 529. Attonitis haesere animis. Mart. 8, 30. de Scaevola: attonito regnet in igne manus. P Cum genitivo Graecorum more. Sil. 6, 231. omnis anhelat Attonitus serpentis equus. P Interdum accipitur pro furenti, turbato, incitato. Petr. Sat. 82. Attonito vultu efferatoque nil aliud, quam caedem et sanguinem cogito. [Lucan. 8, 591. attonitaque metu; al. attonitos. Illud dedit Cort., quem V.] Albinor. ad Liv. 1, 317. Quo raperis laniata comas, similisque furenti Quo ruis? attonita quid petis ora manu? P Attoniti etiam sunt, qui numine afflati dicuntur, quales sunt vates, Bacchae et hujusmodi. Virg. A. 7, 580. Attonitae Baccho matres. Stat. Silv. 5, 1, 116. primi cui jus venerabile thyrsi Bacchus, et attonitae tribuit vexilla catervae. Hor. Od. 3, 19, 13. Qui Musas amat impares, Ternos ter cyathos attonitus petet Vates. P Tribuitur aliquando rebus inanimis poeiticis, et per translationem. Virg. A. 6, 53. Attonitae magna ora domus, h. e. stupendae et attonitos facientis. Loquitur de antro, ubi Sibylla responsa dabat. Val. Fl. 1, 45. attonitae mactat solemnina mensae, h. e. convivis ob id attonitis. Plin. 29, 1, 8. Contra attonitis quorundam persuasiones, qui prodesse, nisi pretiosa, non putant, h. e. persuasiones eorum, qui res pretiosas, velut attoniti admirantes, eas solum prodesse putant. [*Sil. 4, 7. terrificis quatit attonitis rumoribus arces, et Drak. ad h. l.]

ATTONO et Adtono, as, ui, onitum, a. 1. stupidum, attonitum reddo, ἀπαισιόω, ἐπαληθύνω. Ov. Her. 4, 49. Aut quas semideae Dryades Faunisque bicornes Numine contactas attonuere suo. Id. Met. 3, 531. Quis furor, anguigenae, proles Mavoritia, vestras Attonuit mentes? P Proprie est tonitru quater, aut afflare. Maecenas ap. Sen. ep. 19. Ipsa altitudo attonat summa, h. e. ut ipsem Seneca exponit, attonita habet summa. Allegorice autem illud dicit, magnam fortunam magnis casibus expositam esse, et in magno metu versari.

ATTONSUS et Adtonsus, a, um, part. ab attondeo, tonsus, κοινιζόμενος. Cels. 4, 3. Caput attonsum habere. Pl. Bacch. 5, 2, 7. Attonsae hae quidem ambae usque sunt oves. Plaut. hic jocular in ambiguo: alludit enim ad notionem circumveniendi aliquem, et ab eo aliquid per fraudem auferendi. V. ATTONDEO. Lucan. 6, 84. Arva attonsa, h. e. herbis nudata. Auson. Mosell. 203. Attonsa prata. P Translate. Vet. Poeta ap. Cic. Tusc. 5, 17. Consiliis nostris laus est attonsa Lacorum, h. e. imminuta, aut accisa. Ημετέρας βουλαῖς Σπάρτην μὴ ἐλείψω δόξω.

*ATTORQUEO. V. ADTORQUEO.

ATTORREO, es, a. 2. idem quod torreo, asso. Apic. 4, 2. Attorreere nuces. Id. 7, 5. Attorreere aliquid in clibano.

ATTRACTIO, onis, f. contractio, ὀνοσιολογία. Pallad. 5, 4. Recenter lecta poma si guttis vini veteris perfundas, efficitur, ne ea rugarum deformet attractio. P Translate. Quint. 1, 4. Adiciebant (grammatici quidam) et asseverationem, ut heu, et attractionem, ut fasceatim: quae mihi non approbantur. Attractionem intelligebant vocem, qua multa simul contracta et congregata significaren-

tur. Nam fasceatim significat per multos fasces, ut est apud Charis. 2. p. 166., vel, ut alii putant, per multas fascias; legunt enim fasceatim. Sic vicatim per vicos, ostiatim per ostia etc. Al. leg. attractationem: [quia his adverbis utimur, cum singulas res aut manu aut mente quasi apprehendimus et contractamus. F. Hoc recepit Spalding. Forc. habebat: „quae vox valde obscurat sententiam.“]

ATTRACTORIVS, a, um, adj. attrahendi vim habens. Aem. Macer 4, 19. de Sulphure: Virtus est ejus, ut dicunt, extenuatrix, Et diaphoretica, simul attractoria, calda.

ATTRACTUS, a, um, part. ab attraho, adductus, pertractus. Cels. 7, 29. Uncus fronti injicitur, deinde attractus infantem educit. Virg. G. 3, 505. attractus ab alto spiritus gemitu gravis. Senec. Ira 3, 38. in f. Catoni cum in frontem mediam, quantum poterat attracta pingui saliva, inspuisset Lentulus. Appul. Met. 9. Complicitis pedibus in superius coenaculum attractus. P Item contractus, corrugatus. Senec. Ben. 4, 31. Cum Pollionis attractiorem vidisset frontem. [*Catull. 15, 17. quem attractis pedibus — percurrent raphani, i. e. sursum tractis, colligitis. Sed lectio valde incerta.]

ATTRACTUS, us, m. actus attrahendi. Sammon. 50, 931. cimex Horridus attractu, sed gustu commodus apto. Alii rectius leg. attractu cum Humbergio. Dictys 5, 11. Ima rotis suspenderat, scilicet quo attractu motus facilius foret.

ATTRAHO et Adtraho, is, axi, actum, a. 3. ἐπισημαίνω, ἐφέλω, ad me traho, adduco: ex ad et traho. Cic. Fam. 7, 10. Nihil nobis duobus est stultius; me, qui te non Romam attraham, te, qui non huc adveles. Id. Verr. 2, 3, 25. Adducitur a Veneriis, atque adeo attrahitur Lollius. Mart. 6, 66. Attrahere aliquid manu prope se. Liv. 29, 9. ad f. Tribunos attrahi ad se jussit. Cels. 6, 8. Spiritu succum (per nares) attrahere. Plin. 11, 37, 72. Attrahere animam. Id. 36, 16, 25. Magnae attrahens ferrum. Ov. Rem. an. 397. Attrahere lora. Et ib. 435. arcus contentius. Senec. Ben. 6, 7. Vultus tuus colligit rugas et attrahit frontem. P Translate. Cic. Verr. 2, 2, 1. Ea me ad hoc negotium provincia attraxit. Brutus inter ep. Cic. ad Brut. 1, 17. Arcessere et attrahere malum aliquid. Cic. Amic. 14. Similitudo allicet et attrahit ad amicitiam. Ov. Fast. 3, 830. Attrahere novos discipulos. [*Id. Met. 4, 93. in partes attrahi, i. e. ad pugnam provocari. Comparat Burm. cum h. l. Cic. Att. 10, 1.] Val. Max. 7, 2. n. 8. ext. ad se benevolentiam alicujus largitione.

ATTRACTATIO, onis, f. φασίδια, φηλαγγαζία, actus attractandi, contractio, palpatio. Gell. 11, 18. Furtum sine ulla quoque attractatione fieri posse, sola mente atque animo, ut furtum fiat, annitente. Pallad. 4, 12. de Bob. domand. Cum teneri fuerint, frequenti manus attractatione mansuescant. Lampr. Elagab. 12. Exoletorum attractatione et tactu praecipue gaudebat. Appul. de Deo Socrat. Dii nulla attractatione nostra contaminantur. Addunt quidam et locum M. Senec. Contr. 4, 25. a. med., ubi alii tractationem legunt, alii tractionem. De loco Quint., quem alii adjiciunt, dictum est in ATTRACTIO.

ATTRACTATUS, a, um, part. v. attractio, tactus, contractatus. Gell. 11, 18. Res furti faciendi causa attractatae. Cic. Coel. 8. Qui dicerent uxores suas a coena redeuntes attractatas esse a Coelio.

ATTRACTATUS, us, m. attractatio. Pacuv. ap. Cic. Tusc. 2, 21. Jam jam mittite. Nam attractatu et quassu saevum amplificatis dolorem.

ATTRACTO et Adtracto, as, avi, atum, a. 1. φηλαγγαζία, φάω, manibus tracto, tango, contracto. Cic. Har. resp. 13. Contaminatis manibus attractare libros. Virg. A. 2, 719. Attractare sacra. [*Tac. A. 1, 62. attractare feralia.] Sabinus J. C. ap. Gell. 11, 18. Qui alienam rem attractavit, furti tenetur, h. e. tetigit et surripuit. Flor. 3, 5. Causam belli praetenderat, attractari terminos suos a Nicomede Bithynico, h. e. violari, invadi. Pl. Rud. 2, 4, 6. Sed quid ais, mea lepida, hilara. Am. aba, nimium familiariter me attractas. Cic. Coel. 8. Attractare uxorem alicujus, h. e. impudice tangere. [*ut Suet. Ner. 27. et Dom. 1. ubi eodem sensu contractare.] P Translate. [*Cic. Planc. 12. facilis est illa occasio et blanditia popularis; aspicitur, non attractatur; procul apparet, non excutitur, non in manus sumitur, trop. pro accurate considerare.] Tac. A. 3, 52. Indecorum, attractare aliquid quod non obtineretur, h. e. tentare, aggredi. Nazar. Paneg. Constant. 3. Attractare virtutes alicujus, h. e. dicendo attingere. Adde Pacat. Paneg. Theodos. 47. P In multis codicib. Liv. 5, 32. et Virg. A. 2, 719. teste Pierio legitur attractare et adtractare. P [Appul. de Mundo. Indecore attractans cominus cuncta. F.]

ATTRACTIO, onis, f. contractio, ὀνοσιολογία. Pallad. 5, 4. Recenter lecta poma si guttis vini veteris perfundas, efficitur, ne ea rugarum deformet attractio. P Translate. Quint. 1, 4. Adiciebant (grammatici quidam) et asseverationem, ut heu, et attractionem, ut fasceatim: quae mihi non approbantur. Attractionem intelligebant vocem, qua multa simul contracta et congregata significaren-

tur. Nam fasceatim significat per multos fasces, ut est apud Charis. 2. p. 166., vel, ut alii putant, per multas fascias; legunt enim fasceatim. Sic vicatim per vicos, ostiatim per ostia etc. Al. leg. attractationem: [quia his adverbis utimur, cum singulas res aut manu aut mente quasi apprehendimus et contractamus. F. Hoc recepit Spalding. Forc. habebat: „quae vox valde obscurat sententiam.“]

ATTRACTORIVS, a, um, adj. attrahendi vim habens. Aem. Macer 4, 19. de Sulphure: Virtus est ejus, ut dicunt, extenuatrix, Et diaphoretica, simul attractoria, calda.

ATTRACTUS, a, um, part. ab attraho, adductus, pertractus. Cels. 7, 29. Uncus fronti injicitur, deinde attractus infantem educit. Virg. G. 3, 505. attractus ab alto spiritus gemitu gravis. Senec. Ira 3, 38. in f. Catoni cum in frontem mediam, quantum poterat attracta pingui saliva, inspuisset Lentulus. Appul. Met. 9. Complicitis pedibus in superius coenaculum attractus. P Item contractus, corrugatus. Senec. Ben. 4, 31. Cum Pollionis attractiorem vidisset frontem. [*Catull. 15, 17. quem attractis pedibus — percurrent raphani, i. e. sursum tractis, colligitis. Sed lectio valde incerta.]

ATTRACTUS, us, m. actus attrahendi. Sammon. 50, 931. cimex Horridus attractu, sed gustu commodus apto. Alii rectius leg. attractu cum Humbergio. Dictys 5, 11. Ima rotis suspenderat, scilicet quo attractu motus facilius foret.

ATTRAHO et Adtraho, is, axi, actum, a. 3. ἐπισημαίνω, ἐφέλω, ad me traho, adduco: ex ad et traho. Cic. Fam. 7, 10. Nihil nobis duobus est stultius; me, qui te non Romam attraham, te, qui non huc adveles. Id. Verr. 2, 3, 25. Adducitur a Veneriis, atque adeo attrahitur Lollius. Mart. 6, 66. Attrahere aliquid manu prope se. Liv. 29, 9. ad f. Tribunos attrahi ad se jussit. Cels. 6, 8. Spiritu succum (per nares) attrahere. Plin. 11, 37, 72. Attrahere animam. Id. 36, 16, 25. Magnae attrahens ferrum. Ov. Rem. an. 397. Attrahere lora. Et ib. 435. arcus contentius. Senec. Ben. 6, 7. Vultus tuus colligit rugas et attrahit frontem. P Translate. Cic. Verr. 2, 2, 1. Ea me ad hoc negotium provincia attraxit. Brutus inter ep. Cic. ad Brut. 1, 17. Arcessere et attrahere malum aliquid. Cic. Amic. 14. Similitudo allicet et attrahit ad amicitiam. Ov. Fast. 3, 830. Attrahere novos discipulos. [*Id. Met. 4, 93. in partes attrahi, i. e. ad pugnam provocari. Comparat Burm. cum h. l. Cic. Att. 10, 1.] Val. Max. 7, 2. n. 8. ext. ad se benevolentiam alicujus largitione.

ATTRACTATIO, onis, f. φασίδια, φηλαγγαζία, actus attractandi, contractio, palpatio. Gell. 11, 18. Furtum sine ulla quoque attractatione fieri posse, sola mente atque animo, ut furtum fiat, annitente. Pallad. 4, 12. de Bob. domand. Cum teneri fuerint, frequenti manus attractatione mansuescant. Lampr. Elagab. 12. Exoletorum attractatione et tactu praecipue gaudebat. Appul. de Deo Socrat. Dii nulla attractatione nostra contaminantur. Addunt quidam et locum M. Senec. Contr. 4, 25. a. med., ubi alii tractationem legunt, alii tractionem. De loco Quint., quem alii adjiciunt, dictum est in ATTRACTIO.

nutabat tellus. Sidon. ep. 6, 1. Cum censurae tuae attremat etiam turba collegii.

ATTREPIDO et Adtrepido, as, avi, atum, n. 1. idem quod trepido. Pl. Poen. 3, 1, 41. Attrepide saltem: nam vos approperare haud postulo, h. e. senili et trepido gradu, ut potestis, festinate.

[ATTRIBULATUS, a, um, part. ab inusit. attribulo, tribulo, tritus. Aem. Macer 4, 6. Folliculus bene tritus et attribulatus. F.]

ATTRIBUO et Adtribuo, uis, ui, utum, a. 3. ἀποδοῦμαι, ἐπισημαίνω, προσημαίνω, idem quod tribuo, do, assigno, ascribo. Caes. B. C. 1, 14. Gladiatores libertati confirmat, eisque equos attribuit. Cic. Att. 12, 30. Pueros attribue ei, quot et quos videbitur. Id. Rosc. Am. 4. Timor quem mihi natura pudorque meus attribuit [*i. e. indidit. Tac. A. 2, 55. Attribuere alicui locum in militia. Cic. Cat. 2, 3. alicui provinciam. Liv. 1, 20. Pontificem ex patribus legere, eique sacra omnia exscripta exsignataque attribue, i. e. assignare. Id. 26, 49. Attribuere alicui curam alicujus rei. Cic. Verr. 2, 5, 41. alicui causam calamitatis. Id. N. D. 3, 37. bonos exitus Diis immortalibus. Id. Fam. 2, 17. sibi soli, quod est commune cum alio. Id. Sen. 1. Si eruditius videbitur disputare, attribuito Graecis litteris. Id. Inv. 1, 52. Attribuere alicui legi, loco, urbi orationem, i. e. loquentem inducere. Id. Font. 6. alicui auctoritatem. [*Sall. Jug. 90. alicui pecus agendum.] P Attribuere aliquid ad rem idem est q. addere, adjicere. Cic. Tusc. 3, 30. Nunc illud satis est, non attribuere ad amissionem amicorum miseriam nostram, ne illos plus quam ipsi velint, si sentiant, plus certe, quam nosmet ipsos, diligamus. Cicero hoc in loco hortatur homines, ne amicorum morte plus aequo contristentur. P Attribuere pecuniam, est alicui ex aereo in reipublicae usus insumendam dare. Cic. Phil. 9, 7. Consules statuam faciendam: quantique locaverint, tantam pecuniam redemptori solvendam attribuendamque eurent. Id. Phil. 14, 14. Monumentum quam amplissimum faciendum eurent: quae stores ad eam rem pecuniam dare, attribuere, solve jubeant. Adde Liv. 40, 46. in f. [*et c. 51. pecunia attributa, i. e. destinata.] V. ATTRIBUTUS.

Singularis est loquendi ratio in vet. Tab. aen. ap. Murat. 582. a. med. Qui eam viam tuendam redemerit, tantae pecuniae eum eosve attribuito sine dolo malo. Si is, qui attributus erit, eam pecuniam . . . ei, cui attributus est, non solverit, etc. P Transfertur etiam a rebus publicis ad privatas: et significat dare alicui pecuniam alteri solvendam. Cic. Att. 13, 2. Fabricius si venerit, videbis, ut tantum tribuatur, si modo attribuetur, quantum debetur. P Attribui etiam dicuntur populi et urbes, quae alicui oppido adiunguntur, ut ejus foro et jurisdictioni pareant, eo tributa conferant, etc. V. ATTRIBUTUS.

ATTRIBUTIO, onis, f. ἐπισημαίνω, actus attribuendi, assignatio, datio. Speciatim adhibetur in re pecuniaria, et significat assignationem pecuniae, quae fit alicui, ut alteri inde solvatur. Cic. Fam. 16, 24. De attributione conficies: de representatione videbis. Id. Att. 15, 13. Scripsit ad me, sese de attributione omnia summa fecisse. Id. ib. 16, 1. Ait enim, attributionem in idus (supple esse dilatam), se autem urgeri acriter. Adde ib. 3. P Generatim pro cujuslibet rei assignatione. Appul. de Mundo. Graeci Fatum μοίρα vocant, quod ex partibus constet. Hinc μέρισμα, quod unicuique attributio sua sit adscripta, h. e. suae sortis cuilibet facta sit assignatio. P Est etiam id. q. adjunctum, circumstantia, et quidquid rem aliquam vel antecedit, vel comitatur, vel consequitur, [*vulgo praedicatum.] Cic. Inv. 1, 26. Ex his etiam attributionibus, sacer an profanus, publicus an privatus, alienus an ipsius, de quo agitur, locus sit, an fuerit. V. integrum loc. [*Haec prima est significatio.]

ATTRIBUTUM, i, n. Farr. L. L. 4, 36. docet attributum dictum esse aes, quod erat assignatum tribunis aeriariis, ut militi in stipendium daretur. V. v. seq.

ATTRIBUTUS et Adtributus, a, um, part. ab attribuo, datus, assignatus. Caes. B. G. 7, 81. Suus cuique erat locus attributus. Cic. Q. Fr. 1, 1, 11. Insulae, quae erant ab Sulla Rhodiis attributae. Plin. 2, 8, 6. Sidera singulis attributa nobis. P Attributi dicuntur populi aut urbes, quae proprium forum non habent, sed alteri urbi adjunctae sunt, ut inde jura petant, eoque accedant ad tributa solvenda, et alia subeunda munia publice imposita. Plin. 3, 20, 24. Camuni compluresque similes finitimis attributi municipiis. Et ib. Non sunt adjectae Cottianae civitates: item attributae municipiis lege Pompeja. Adde Liv. 1, 43. P Attributa alicui rei sunt, quae ad ejus rei naturam vel circumstantias aliquo modo pertinent et adjunctae etiam appellantur. Cic. Inv. 1, 24. Omnes res argumentando confirmantur, aut ex eo, quod personis, aut ex eo, quod negotiis est attributum. Ac personis has res attributas putamus, nomen, naturam, victum, fortunam, habitum, affectionem, studia, consilia, facta, casus, oratio-

70

nes. Et *ib.* 26. Negotiis autem, quae sunt attri-
buta, partim sunt continentia cum ipso negotio,
etc. Huc pertinet illud *Gell.* 4, 1. *inf.* Massurius
Sabinus etiam quod jumentorum causa apparatus
esset, quibus dominis uteretur, penori attributum
dicit, *h. e.* ad penus pertinere, penoris nomine
contineri. *P. Attributa pecunia* dicta est, quae pu-
blice alicui numerabatur in usus publicos insumen-
da: verbi gratia, quae a quaestoribus assignaba-
tur praesidibus in provincias euntibus, ut ex ea
viatici impensas solverent, stipendium darent mi-
litibus, aliisque provinciae usibus inservirent: item
ea, quae dabatur redemptoribus, quibus opus ali-
quod publicum faciendum locabatur, etc. *Cic. Pis.*
35. Nonne sestertium centies et octogies, quod
quasi vasarii nomine, in venditione mei capitis ad-
scripseras, ex aerario tibi attributum, Romae in
quaestu reliquisti? *Id. Verr.* 2, 1, 13. Quaestor
ex senatusconsulto provinciam sortitus est: pecu-
nia attributa, numerata est: profectus est quaes-
tor in provinciam: venit in Galliam expectatus
ad exercitum consularem cum pecunia. *Adde Ascon.*
ib., *Liv.* 40, 51. et *Varr. L. L.* 4, 36. *P. Trans-*
fertur etiam ad res privatas. Cic. Att. 13, 22. At-
tributos quod appellas, valde probo, *h. e.* quod
exigis a debitoribus meis, quos ego tibi assignavi,
ut pecuniam mihi debitam tibi solverent, bene fa-
cis. Quidam vet. cod. habent *ad tribunos quod ap-*
pellas: quae lectio non videtur hic locum habere.

ATTRITIO, onis, f. actus atterendi seu conte-
rendi, *ἐπιτριβή*, *παράτριβις*. *Lamprid. Elagab.* 19.
Rosatum ab aliis acceptum, pincarum etiam attri-
tione odoratus reddidit. *P. Alio sensu Capell.* 3.
p. 50. Lima scabros dentes levi sensim attritione
purpare, *h. e.* fricatione.

ATTRITUS, a, um, part. v. *attero*, *ἀνέτριπτος*,
περιτριβής, attenuatus, usu deterior factus, con-
sumptus, imminutus, ut fit in iis, quae assidua
tractatione paulatim minuantur et consumuntur.
Virg. Ecl. 6, 17. Et gravis attrita pendebat can-
tharus ansa. *Id. G.* 1, 46. sulco attritus vomer.
Plin. 33, 12, 55. Usque adeo attritae caelaturae, ne
figura discerni possit. *Mart.* 14, 125. Attrita venit
sportula saepe toga. Ita *editt.* omnes, sed legendum
omnino *A trita*. *Cic. Verr.* 2, 4, 43. Mentum si-
mulacri paulo attritius, quod in precibus non so-
lum id venerari, verum etiam osculari solent. *Petr.*
Sat. 109. Areaque attritis ridet adusta pilis, *h. e.*
caput nitet capillis assumptis et amissis. *P. Est*
etiam calcatus, prostritus. *Or. Her.* 18, 133. Jam
patet attritus solitarum limes aquarum, non aliter
multa quam via pressa rota. *Catull.* 6, 10. Pul-
vinus attritus. *P. Item contritus, minutus. Or.*
Met. 2, 456. attritas versabat rivus arenas. *P. Item*
confricatius, detritus. *Plin.* 2, 107, 111. Attrita
inter se ligna. *Juven.* 6, 108. Attritus galea. *Id.*
8, 16. pumice lumbum. *Prop.* 4, 5, 50. Attrita
manus. *Mart.* 10, 72. Attrita labella. *Petr. Sat.*
126. Facies medicamine attrita. *P. Medici attrita*
membra appellant, quae ex fricatione et pressione
eroduntur, fractaque cute vulnerantur. *Plin.* 24,
7, 28. Mastiche lentisci medetur et attritis par-
tibus. *Id.* 30, 8, 22. Attritis medetur cinis
muris silvatici cum melle. *Id.* 20, 5, 20. Caepae
attritae sanant. *P. Translate attritus* ponitur pro
imminuto, debilitato, fracto. *Petr. Sat.* 133. At-
tritis rebus egenus. *Suet. Galb.* 3. Attritae facul-
tates. *Petr. Sat.* 116. Attritae bellis frequentibus
opes. *Plin.* 6, 29, 35. Attrita bellis Aethiopia.
[**Observat Burm.*, quem laudat *Drak.* ad *Sil.* 2,
392. attritus hoc sensu semper de lento bello, non
de subito impetu dici.] *Sil.* 6, 301. Africa attrita
opes. *Tac. H.* 2, 56. Attritae Italiae res. *Flor.*
3, 5. Attritae vires validissimi regni. *Quint.* 10,
1. Velut attrita quotidiano actu forensi ingenia,
optime talium rerum blanditia reparantur. *Auct.*
Dial. de Or. 8. Orator exsanguis et attritus. *Sil.*
12, 83. Sic ductor fessas luxu attritasque secun-
dis Erigere, et verbis tentabat sistere mentes, *h. e.*
animos abjectos et imminutae virtutis. *P. Obsce-*
rum sensum habet apud *Petr. Sat.* 81. *sub f.* V.
TRITUS. *P. Attrita frons* est perfricta, invere-
cunda. *Juven.* 13, 242. quando recepit Ejectum se-
mel attrita de fronte pudorem? *P. Atteritus* pro
attritus a praeterito *atteri* pro attrivi legitur in
quibusdam codicibus. MSS. apud *Tac. H.* 1, 10. Mox
atteritis opibus. Al. passim hab. *attritis*. *P. Scri-*
batur et Adritus. P. Comp. Attritor. V. supra.
*P. [*Commutantur a libris accitus, accisus et*
attritus. V. Drak. ad *Sil.* 2, 392.]

ATTRITUS, us, m. *ἐπιτριβή*, *παράτριβις*, actus
atterendi. *Plin.* 8, 52, 78. Sues indurantes at-
ritu arborum costas. *Id.* 9, 45, 68. Pisces at-
ritu petrae scalpentis pruritum. *Id.* 16, 40, 77.
Teritur lignum ligno, ignemque concipit attritu.
Id. 37, 3, 2. Succino pineus in attritu odor. *P.*
Est etiam contritio, in minutas particulas fractio.
Id. 11, 37, 61. Attritu subigere cibum. *P. Dicitur*
etiam *attritus*, cum pars aliqua corporis, erosa cute
ex pressione aut affricatione, vulneratur. *Plin.* 33, 6,
35. Ulcera ex attritu facta. *Id.* 28, 16, 62. Urina
asini attritus calcamentorum sanat. *Id.* 26, 8, 58.
Sedis vitia et attritus celerrime sanat plantago.

*ATTUARII, orum, Germaniae populi, inter Rhe-
num flumen et Albim. *Vell.* 2, 105. *Ammian.* 20,
10. al. 25. *P. Forsan Chattuarii* vel Chasuari, de
quibus *Tac. G.* 34. B. A.

*ATTUBI, orum, Hispaniae Baeticae oppidum,
Charitas Julia cognominatum, hodie *Espejo*. *Plin.*
3, 1. B. A.

ATTUBUS. V. in ATYPUS.
ATTULO, is, a. 3. idem quod *affero*: antiquum
et obsoletum verbum, cujus tantummodo praeteri-
tum *attuli* in usu nunc est. *Novius* ap. *Diomed.* 1.
p. 376. Dotem ad nos nullam attulat. *Pacuv. ib.*
p. 378. Custodite hunc vos, ne quis vim attulat
neve attigat. Plerique alii leg. cum *Non.* 4, 35. ne
eum quis attollat.

[ATTUSA, ae, f. prosiliens, ab *ἄττω*, prosilio.
Nomen servile Romanum. *Inscr.* ap. *Murat.* 1547,
4. Maecio Cornelius Attusae. F.]

ATTYS. V. ATYS.
ATUR. V. ATURRUS.
*ATURAE vel Aturres, oppidi nomen ad Aturum
flumen, hodie *Aire* in Gasconia. *Sidon. ep.* 1, 2.
Cicita *Aturensium* audit *Notit. Gall.* B. A.

ATURRUS, i, m. nunc *L'Adour*, vel *Dour*, flu-
vius Aquitaniae e Pyrenaeis montibus nascens, Tar-
bellam et alias insuper Aquitaniae urbes alluens,
et in Oceanum Aquitanicum influens. *Auson. Pa-*
rental. 4, 11. in terris, per quas erumpit Aturrus.
Id. Mos. 468. Tarbellicus ibit Aturrus. *P. Graece*
dicitur Ἀτρούριος a Ptolemaeo. At a Lucano Latine
Atyrus seu *Aturus* 1, 420. Qui tenet et ripas Atu-
ri, etc. Apud *Vibium Sequest.* est *Atyr*. Apud *Ti-*
bull. 1, 8, (al. 7.) 4. est *Atur*: quamquam alii aliter
legendum putant.

ATYPUS, a, um, adj. *ἄτυπος*, qui liguae vitio
laborat, ita ut sonos verborum indistinctos confu-
sosseque exprimat, propterea quod debilitate ac tor-
pore quoddam lingua non bene feriat palatum, ut
articulate proferat, vel quia ejus verba non distin-
cte et expresse aere feriant, ut intelligi clare,
et unum ab altero seorsum exaudiri possint. Graeca
vox ab *a* privativa, et *τύπος*, ferio, pulso. *Coel.*
Sabin. ap. *Gell.* 4, 2. Balbus autem et atypus vi-
tiosi magis quam morbosus sunt. *Up. Dig.* 21, 1,
10. Quaesitum est an balbus, et blaesus, et aty-
pus, isque qui tardius loquitur, et varus et va-
tius sanus sit? et opinor eos sanos esse. *P. Pro*
atypus scribitur *attubus* conversa Graeca *v* in *u* La-
tium, et geminata consonante, ac *p* in *b* (quae
sunt valde affines litterae) mutato. *Hinc vet. Gloss.*
Attubus, μογιλάτος. Auson. ep. 22, 9. Caus, co-
mosus, hispidus, trux, attubus. *Artubus* olim in
plerisque libris legebatur: sed emendavit *Scal.* in
Leact. Auson. 2, 9. *P. Etiam in locis allatis Gellii*
et Dig. aliter atque aliter habetur in quibusdam
codicibus. Nam et *atraplus*, et *atrophus*, et *aphthi-*
cus, et *alphicus* etc. legitur, vel ex librorum
errore, vel ex quorundam conjectura. Verum *aty-*
pus, et verior est, et in meliorib. lib. constantior.

ATYRUS. V. ATURRUS.

ATYS et Attys, yos, et Attis, idis, et Attin,
inis, m. *Ἄττυς*, *Ἄττυς*, *Ἄττυς*, *Ἄττυς*, *Ἄττυς* (tot enim
modis scriptum legitur) puer Phrygius ex Celaenis
urbe, eximia pulchritudinis, quem *Arnob.* 5, p. 158.
scribit filium fuisse ejusdem Nanae nymphae, fi-
liae Sangarii vel regis vel fluminis: quae hunc con-
cepit ex malo Punico, quod decreptum in sinum
suum reposerat. V. ibi reliqua. Hunc Cybele
Deum mater adamavit, suisque sacris praefecit,
ea tamen conditione, ut castum se et ab omni ve-
nere integrum servaret. Sed cum is postea in San-
garitide nympha peccasset, ab irata Cybele in fu-
rorem actus, genitalia sibi amputavit; cumque
prae dolore manus etiam sibi afferre, vitamque
finire pararet, miserata Dea eum in pinum vertit:
quam arborem sibi sacram esse postea voluit: Atys
vero memoriam in suis sacris celebrari, et sacer-
dotes suos eviratos esse jussit. *Or. Fast.* 4, 223,
et seqq. *Serv. ad A.* 9, 116. narrat, Atyn cum
sacris Cybeles praeesset, adamatum fuisse a rege
civitatis suae, a quo cum vim timeret, et in sil-
vam profugisset, ab illo sub quadam pinu, ubi
fessus jacebat, invasum, summa vi restitisse, et
genitalia ei abscidisse, sed eadem poena ab ipso
muleatum mortem obiisse. Aliter etiam rem totam
persequitur *Arnob.* l. c. Docet vero *Macr. Sat.* 1,
21. quemadmodum Phryges terram omnium paren-
tem Cybeles nomine coluerunt, ita nomine Atys
significasse solem (ut Assyrii et Phoenices nomi-
nibus Veneris et Adonidis). Nam solis et terrae be-
neficio cuncta gignuntur. Itaque ejus simulacrum
effinxisse cum fistula et virga: fistula significante
ventos, qui propriam sumunt de sole substantiam;
virga vero potentiam solis in cuncta et gubernationem
rerum universarum. V. ibi plura. *Augustin.*
Civ. Dei 7, 25. scribit, Porphyrum philosophum
docuisse, Atyn flores significare: et ideo abscis-
sum, quia flos decidit ante fructum: sed hoc de
Atys virilibus dici posse; de ipso Aty apte dici
non posse. Atys meminit etiam *Lactant.* 1, 17.
Catullus vero integrum condidit carmen, ubi quae-
dam ab iis, quae dicta sunt, aliquantum discre-
pantia ponit, ipsumque Atyn, postquam sibi viri-

lia absciderat, velut feminam factum, feminino
genere aliquoties effert, ut *v.* 31. Furibunda si-
mul, anhelans, vaga vadit animo egens, Comitata
tympano Atys per opaca nemora dux. *Or. Met.* 10,
103. Et succincta comas, hirsutaeque vertice pinus
Grata Deum matri: siquidem Cybeleius Atys Ex-
sult hac hominem, truncoque induruit illo. *Ca-*
tull. l. c. 88. Tenerumque vidit Atyn prope mar-
mora pelagi. *Inscr.* ap. *Grut.* 655, 3. Qui colitis
Cybelem et qui Phryga plangitis Attin. In alia *ib.*
29, 6. scriptum est *Atthin* cum aspiratione. Alia
ib. 308, 7. C. Camerius Crescens archigallus Ma-
tris Deum Magnae Idaeae et Attis Populi R. vivus
sibi fecit, etc. (*Attis* est genitivus pro *Attyos* vel
Attidis non facile usurpandus.) Alia *ib.* 28, 2.
Dis magnis, Matri Deum et Attidi Sextilius Age-
silaus, etc. Alia apud *Reines.* 1. n. 281. Dianae
Sospitae L. Septimius L. F. Trom. Felix Victor
Sacerd. Matr. D. M. I. et Attini P. R. sua pecunia
ded. *Macr. l. c.* Eadem ratio quae circa Adonem
et Attinem vertitur, etc. *Pers.* 1, 93. Berecyn-
thius Attin, Et qui caeruleum dirimebat Nereia
delphin. *Attis* quidam hic leg., sed reprehendun-
tur a *Scalig.*, *Casaubon.* et aliis. Ita epim postu-
lat rhythmus *Attin, delphin*, quem rhythmum *Per-*
sius ibi praestringit. *P. Alius fuit Atys* filius Her-
culis et Omphales, qui Lydum et Tyrrenum genuit.
Tac. A. 4, 55. Tyrrenum Lydumque At-
tye rege genitos, etc. *P. Athis* fuit natio Indus,
filius Limniaces, seu Limnates filiae Gangis fluvii,
unus ex sociis Phinee in pugna contra Perseum et
ab isto occisus. *Or. Met.* 5, 47. *P. Alius* item
fuit *Atys*, a quo gens Atia Latina originem traxit,
ut docet *Virg. A.* 5, 568. *P. Item filius* Albae
Albanorum regis, et ipse rex, Capis pater. *Liv.* 1,
3. ubi et *Atis* scribitur. *P. Illud* hic denique ad-
monendum videtur, etiam *Attes, ae*, a quibusdam
declinari, propterea quod a Graecis etiam *Ἄττυς*
usurpatum est: sed hujus positionis nos exemplum
Latini scriptoris nondum vidimus.

AU

AU, interjectio variis animi affectibus exprimen-
dis idonea: ut consternati animi. *Ter. Andr.* 4,
4, 12. Dicturum es quod rogo? *My. au.* *Id. Eun.*
5, 2, 60. Au, tace, obsecro. *Adde ib.* 4, 4, 13.
Ita autem ubique exponit *Donatus*, et a Graecis
αὐ dici eodem sensu docet. *P. Item abominantis*
vel avertentis. Id. Ph. 5, 1, 27. Quid? duasne
uxores habet? *So. au.* obsecro, vide, ne in co-
gnatam pecces. *P. Item admonentis* cum indigna-
tione et increpatione. *Pl. Mil.* 2, 2, 62. Vigila:
tibi ego dico: au! feriatus ne sis. Al. aliter leg.
[*V. intpp.*] *P. Item appellantis* et excitantis.
Afran. ap. *Charis.* 2. p. 214. Au, mi homo, im-
mo edepul vos, supremum meum concelebretis diem.
P. Quod addunt quidam ex Pl. Men. 2, 2, 3. Au
tergo meo; leg. al. plerique *vae tergo meo.* *P.*
Scribitur etiam hau et ahu. *P. Prisc.* l. 15. *sub f.*
enumerat hanc interjectionem inter eas, quas ipse
vocat sonituum illitteratorum imitationes, ut sunt
haha, heu, ohe, et similia. *P. Est etiam praepo-*
sitio, quae in duobus solum verbis componen-
dis locum habet, *aufero* et *aufugio*; estque ibi
posita pro *ab*. Nam *abfugio*, *abfero* turpe visum
est veteribus, ut *Cic. docet Or.* 47, qua de re
etiam *Gell.* verba facit 15, 3.

*AVANTICI, orum, populi Alpini, in Gallia Nar-
bonensi. *Plin.* 3, 4. B. A.

AVAR. V. AVARES.
AVARE, adv. avide, tenaciter, sordide, *φιλο-*
ζηλιώδης. *Cic. Off.* 3, 8. *in f.* Nihil avare, nihil
injuste esse faciendum. *Ter. Heaut. prol.* 48. Si
nunquam avare pretium statui arti meae. *Nep. Lys.*
4. Multa crudeliter avareque facere. *Curt.* 4, 7.
Avare et superbe imperitare alicui. *Colum.* 1, 7.
Avarius exigere a colonis opus, quam pensiones.
Senec. Ot. Sap. 32. Horas suas avarissime servare.

AVARES, rum, m. plur. populi Scythiae, Ro-
mano imperio maxime infesti, circa tempora Ju-
stiniani imperatoris. *Coripp. Laud. Justin.* 3, 234.
Legatos Avarum jussos intrare magister. *P. In*
singulari num. est *Avar, aris.* *Id. ib.* 271. Cru-
dus et asper Avar dictis sic coepit acerbis.

AVARICENSIS, se, adj. ad Avaricum pertinens.
Est autem Avaricum urbs Galliae in finibus Bituri-
gum, nunc *Bourges*. [**Nomen* traxit ab Avara
flumine, quod hodie *Ere* audit. B. A.] *Caes. B.*
G. 7, 47. Avaricensia praemia.

AVARITER, adv. avare, avide. *Claud. Quadri-*
gar. ap. *Non.* 11, 11. Crudeliter illi, nos miseri-
corditer; avariter illi, nos largiter. *Pl. Rud.* 4,
7, 12. Avariter poscere escam. *Id. Curc.* 1, 2,
35. Ingurgitare in se merum avariter. *Adde Ca-*
ton. ap. *Non.* l. c.

AVARITIA, ae, f. *φιλαργυρία*, *φιλοζημιαιία*, cu-
piditas habendi, aviditas. *Cic. Tusc.* 4, 11. Est
autem avaritia opinatio vehemens de pecunia, quasi
petenda sit, inhaerens et penitus insita. *Auct. ad*
Her. 4, 25. Avaritia est injuriosa appetitio alieno-
rum. *Cic. Or.* 2, 40. Avaritiam si tollere vultis,
mater ejus est tollenda luxuries. *Sen. Const. Sap.*

12. Pueris talorum nuncumque avaritia est: viris auri argentique et urbium. Cic. Fin. 3, 11. Quis unquam fuit avaritia tam ardenti, ut, etc. Id. Dom. 23. Omnium fortunam spe et avaritia devorare. Id. Verr. 2, 2, 54. Avaritia hiante atque imminente esse. Id. Rosc. Am. 31. Homo ardens avaritia. Sall. Jug. 82. Caecus avaritia. Et ib. 83. Avaritia profunda. In plural. num. Cic. Fin. 2, 2, 27. Nec enim omnes avaritias, si aequae avaritias esse dixerimus, sequitur etiam, ut aequas esse dicamus. P. Translate Curt. 9, 2. Avaritia gloriae.

AVARITIES, ei, f. idem atque avaritia. Lucr. 3, 59. Denique avarities et honorum caeca cupido, quae miseris homines cogunt transcendere fines Juris.

AVARUS, a, um, adj. φιλόργητος, φιλοχρηματός, avidus pecuniae, alieni appetens, tenax, sordidus: ita dictus quasi avidus aeris, ut docet Nigid. ap. Gell. 10, 5., vel simpliciter ab avaro, ut ipse Gell. male videtur. Cic. Or. 2, 66. Homo avarus et furax. Id. Verr. 2, 3, 82. Avariores magistratus. Id. ib. 2, 1, 37. Homo avarissime et spurcissime. Or. Met. 13, 434. Animus avarus. P. Tribuitur et rebus inanimis. Virg. A. 3, 44. Heu fuge crudeles terras, fuge litus avarum, h. e. ubi habitant avari homines. Hor. Od. 4, 9, 37. Avara fraus. Et ib. 11, 25. Avarae spes. Mart. 5, 29. nec avarae verna catastae, h. e. in qua servi venales magno pretio emuntur. Id. 3, 58. Nec avara servat crastinas dapes mensa. Hor. Ep. 2, 2, 157. Viveret in terris te si quis avarior uno. P. Transferatur a pecunia ad res alias. Hor. A. P. 323. Grajis ingenium, Grajis dedit ore rotundo Musa loqui, praeter laudem nullius avaris, h. e. cupidis. Id. Ep. 1, 15, 32. Quidquid quaesierat, ventri donabat avaro. Claud. B. Get. 606. miles caedis avarus. Or. Trist. 4, 10, 52. nec avara Tibullo Tempus amicitiae fata dedere meae. Mart. 5, 38. Avara lex fatorum. Prop. 2, 21, 56. Ignis avarus. Hor. Od. 3, 29, 61. Avarum mare. Virg. G. 2, 492. Avarus Acheron. P. Avarum mulierum pro avararum est apud Pl. Truc. 2, 8, 9., ubi tamen est qui aliter legit. P. Avaro tam deest quod habet, quam quod non habet, γρώμη apud Hieron. ad Paulin. 153. in f.

AVATICI, orum, populi Galliae Narbonensis. Mela 1, 2, 5. med. Plin. 3, 4. B. A.

AUCELLA et Aucilla, lac, f. avicella, hoc est parva avis; legitur a quibusdam apud Apic. 4, 5, 5, 3. et 8, 7., ubi alii reponunt avicella: quos reprehendit inter alios Elmenh., qui apud Appul. quoque Met. 9, p. 232. aucillam defendit ex quibusdam MSS. et ex auctoritate Papiae et Vet. Glossae. [Etiam Oud. p. 656. edidit aucilla. F.] Pricaeus tamen male edidit aucilla p. 200., quem et alii sequuntur. Utut se res habet, neque aucella aut aucilla, neque avicella voces sunt, quas adamare Latinus scriptor debeat et propter eas vadimonium deserere. Certe Varr. L. L. 7, 40. negat avicellam in consuetudine Latina esse.

AUCEO, es, a. attente observo, id. q. aucupo. Capell. 2, p. 46. Zeno aucebat feminam providentem. F.]

AUCEPS, aucupis, m. et f. ὄρνιθων, ὄρνιθοθήρας, avium venator: quasi auciceps ab avibus capiendis. Pl. Trin. 2, 4, 7. Olitores, myropolae, aucupes. Or. A. Am. 3, 669. Non avis aucupibus monstrat, qua parte petatur. Varr. ap. Non. 1, 97. Cohortes cocorum atque aucupum. P. Item qui aves vendebat Romae in vico Tusco prope forum. Hor. Sat. 2, 3, 227. pomarius, aucups, Unguentarius, ac Tusci turba impia vici. P. Translate dicitur de eo, qui nimis diligenter aliquid quaerit et captat. Cic. Or. 1, 55. Legulejus quidam acutus, praeco actionum, cantor formularum, aucups syllabarum. Id. fr. ap. Augustin. c. Acad. 3, 7. Peritissimus aucups voluptatum. Pl. Mil. 4, 1, 9. Circumspicito dum, ne quis nostro huic aucups sermoni siet. Vel. Long. Orthogr. p. 2235. mallet aucupis dici in genit. quam aucupis: sed consuetudo contra obtinuit.

AUCETA, saepe aucta. Paul. ex Festo. Voss. Etymol. in Augeo conjicit legendum esse auctata.

AUCHATAE, V. v. seq.

AUCHETAE, arum, m. plur. populi Scythiae, in quorum regione Hypanis fluvius oritur: ibi nunc dicitur esse Ukraina provincia regni Poloniae. Horum meminit Plin. 4, 12, 26. P. Iidem etiam Auchatae appellantur, Ἀύχαται Herod. 1, 4. Hinc in singulari numero Val. Fl. 6, 132. Doctus et Auchates patulo vaga vincula gyro Spargere, etc.

AUCHILLA, V. AUCELLA.

AUCTARIUM, ii, n. ἐπιμετρον, quod supra mensuram aut pondus justum adjicitur, ut Festus exponit. Pl. Merc. 2, 4, 22. Tanti quanti poscit, vin' tanti illam emi? Ch. auctarium adjicito, vel mille nummum plus quam poscet.

AUCTE, adv. multum, valde. De positivo nondum exempla vidimus. De comparativo Appul. Met. 4, p. 153, 23. Puella auctius ejulans sese, et assiduis singultibus ilia quatiens. Ita Elmenh. At Pricaeus p. 80. [*et Oud. p. 290.] cum aliis recte

altius. Addunt quidam locum Hor. Sat. 2, 6, 3. auctius atque Dii melius fecere: sed hoc loco est adjectivum.

AUCTIFER, a, um, adj. producens, ferax: ab auctus et fero, auctus autem est ab augeo pro gigno. Cic. ex Graeco Homeri apud Augustin. Civ. Dei 5, 8. Tales sunt hominum mentes, quali pater ipse Juppiter auctiferas lustravit lumine terras, h. e. mentes hominum tali lumine vigent et cognoscunt, quale Juppiter terris infudit, unde sunt orti. Versus hos ex Odys. 18, 135. memorat Aristot. Anim. 3, 3., ubi agit de mentis humanae cognitione. Credibile est autem a Cicero. translatos fuisse in libros Academicos, qui desiderantur, cum philosophi hujus sententiam referret. Porro auctiferas terras dixit, ut responderet voci ἐκχθόνιος, terrestris, quam Homerus eo loco tribuit hominibus.

AUCTIFICO, as, a. I. auctiore facio, augeo, id. quod augifico, αὐξάνω. Arnob. 7, p. 224. usurpat in re sacrificali pro mactare. Cibis novis auctificatis Deos, nidoribusque cohonestatis et succis. Et ib. Viscera taurorum, quibus honor a vobis auctificatur Deorum. Et p. 233. Hoccine ergo superas honorat et auctificat dignitates? V. AUGEO.

AUCTIFICUS, a, um, adj. augens. Lucr. 2, 571. Nec porro rerum genitales, auctificique Motus perpetuo possunt servare creata, h. e. motus, quibus corpora alimentorum accessione augentur.

[AUCTINUS, i, m. ad auctum pertinens. Nomen servile Romanum. Inscr. ap. Murat. 1242, 9. Auctinus Clementis sibi et suis. F.]

AUCTIO, onis, f. αὐξήσις, actus augendi, augmentum. Macr. Sat. 1, 14. Modo auctio, modo retractio dierum proveniebat. Paul. ex Festo in Auxiliaries. Αὐξήσις, quod nos dicimus rerum crescentium auctio. P. In illo Tac. Agr. 19. Frumenti et tributorum auctioem aequalitate munerum mollire, circumcisis, quae in quaestum repta, ipso tributo gravius tolerabantur: auctio videtur significare augmentum frumenti ex tributo praestandi. Alii intelligunt venditionem publicam. Alii mallent legere exactionem, quod praestat. [*Auctio frumenti et tributorum est i. q. auctum frumentum auctaque tributa, quod a Vespasiano factum esse constat. V. Watch.] P. Saepius sumitur pro publica venditione rerum privatarum, in qua proposito pretio addicitur res ei, qui id pretium plus ceteris auget. [*Ab augendo pretio in licitando dictam esse auctioem vulgaris est opinio. Aliam proposuit Schütz. in cl. Cic. p. 161. n. 17. Auctorem enim infra videbimus esse etiam i. q. venditorem, qui suum esse spondet, quod vendit. Atque ab ea significatione videtur Schützio v. auctio accepisse venditionis vim. Quod sane haud improbabile est.] Indicebatur autem per praeconem, ut plures ad licitandum convenirent. [*Fiebant autem auctioes Romae partim in compitis, partim in atriis auctionariis. V. Schol. ad Hor. Sat. 2, 3, 25. et Hdfr.] Pl. Men. 5, 9, 94. Vis conclamari, auctioem fore? quo die? M. Su. die septimi. Mes. Auctio fiet Menaechmi mane sane septimi. Veniunt servi, supellex, fundi, aedes, omnia Veniunt, quiqui licebunt praesenti pecunia. Veniunt uxor quoque etiam, si quis emptor venerit. Cic. Quint. 4. Auctioem Narbone se facturum esse proseribit. Id. Att. 13, 37. Proseribere auctioem. Pl. Stich. 1, 3, 42. praedicare. Quint. 6, 3. ad f. proponere. Cic. Rosc. Am. 8. in f. Bona alicujus, auctioem constituta vendere. Plin. 29, 4, 30. Vendere aliquid in auctioem. Acon. in Verr. 2, 1, 20. Vendere bona alicujus auctioem. Paul. Dig. 41, 5, 2. Emere aliquid ex auctioem. Suet. Caes. 50. Praedia ex auctioemibus hastae addicere alicui. Id. Cal. 39. Sedere in auctioem, h. e. in loco, ubi auctio fit. Appul. Met. 9. Auctio hereditaria.

ACTIONALIS, V. ACTIONALIS.

ACTIONARIUS, a, um, adj. ad auctioem pertinens. Cic. Agr. 1, 3. Ut in atriis auctionariis, potius quam in triviis, aut in compitis auctioem, h. e. in atriis, in quibus auctioem fieri solent. Id. Cat. 2, 8. Proferre tabulas auctionarias, h. e. in quibus alicujus bona auctioem subjicienda perscribuntur. [*Cf. de h. l. clar. Cic.]

ACTIONOR, aris, atus sum, dep. I. auctioem facio, auctioem vendo, auctioem subijcio, ἀποκηρύττω. Cic. Deiot. 9. Quo tum erga te rex animo fuit? qui auctioematus sit, seque exspoliare maluerit, quam tibi pecuniam non subministrare. Id. Agr. 1, 3. Auctionari in compitis. Id. ib. 2, 20. Ponite ante oculos vobis Rullum in Ponto, hasta posita, auctioemantem. Caes. B. C. 3, 20. Difficultas auctioemandi. P. Cum accusativo Acon. in Verr. 2, 1, 23. Sectores sunt, qui spem lucri sui secuti, bona condemnatorum semel auctioemabantur, h. e. auctioem emebant.

AUCTITO, as, a. I. frequentat. ab aucto et ejusdem fere significationis. Tac. A. 6, 16. Fenore auctitare pecunias. P. In re sacrificali Arnob. 7, p. 220. Sacris numinum potentiam auctitare. V. AUCTIFICO.

[AUCTIUNCULĀ, ae, f. parva auctio. Not. Tir. p. 94. Auctiuncula. In Gloss. Isid. Aunicula (leg. auctiuncula) auctio minor supra fundum. F.]

AUCTO, as, avi, atum, a. I. αὐξάνω, frequentat. ab augeo, auctum reddo, auctito. Lucr. 1, 50. Unde omnes natura creet res, auctet, alaturque. Pl. Amph. prol. 4. Res rationesque vestras bono atque amplo auctare lucro. Catull. 67, 2. teque bona Juppiter auctet ope.

AUCTOR, oris, m. nomen verbale ab auctum supino verbi augeo: quare rectissime per et scribitur, non per t simplex aut th, de quo V. in f. Proprie significat eum, qui auget, h. e. gignit ac producit. [*Possit autem quaerere aliquis, num augere sit idem quod gignere s. producere et intrans. i. q. crescere? Cujus significationis plures locos laudat Forc. in AUGEO, quos V. suo loco. Grotef. in gramm. lat. II. §. 199. radicem v. augere esse dicit avere, i. e. crescere facere (, Ge-deihen geben"); eandemque fere sententiam nuper proposuit Handius ad Wopkens. lectt. Tull. p. 34., qui Augeo, inquit, et aucto descendit ab aucto s. aveo, quod exitum et progressum, sive in re existente, sive in re accrescente, denotat. — Hactenus Handius. Alii, Schneider. in lex. gr. sub αὐξάνω et Buttman. in gr. gr. ampl. II. p. 70. sub αὐξάνω ejusdem esse radicis volunt αὐγώ cum ἀγώ (unde ἀγώ, αὐξώ et αἰγώ, αὐξώ). Hoc modo esset prima significatio: promoveo in crescendo, crescere facio, procreo. Ad sensum igitur res eodem redit et auctor proprie est qui aliquid auget quocunque demum modo sive incremento, sive propagine, sive consilio, exemplo, testimonio, doctrina, sive gravitate, potestate, dignitate, jure, fide. Ad hanc radicem aperte ipse Cic. h. v. retulit in or. p. Sext. 66, 138. ubi, qui rempublicam sustinent, ii praedicantur auctores et conservatores civitatis: quorum aemulis gloriae Off. 2, 24, 85. praecipitur, ut quibuscumque rebus, vel domi vel belli possint, rempublicam augeant. Auctor igitur proprie is est, quem Nostrates prisco voc. appellant den Mehrer e. g. des Reichs. — Ceterum significationes h. v. paullo alio atque Forc. ordine recensuit Lunemann. in Seebod. horreo phil. et paedag. V. I. P. II. p. 278 sqq.] Virg. G. 1, 26. et te maximus orbis Auctorem frugum, tempestatumque potentem Accipiat. Sic Tert. adv. Marc. 5, 8. Christus viri auctor, h. e. creator. Sic Julianum imperatorem senatus R. alloquens, auctorem ejus Constantium fratrem patrialem vocat, qui eum Caesarem dixerat, ut est apud Ammian. 21, 10., qui 16, 7. apparitoris auctorem dicit eum, qui apparitorem creavit. Quo pertinet illud Auson. Caesar. epigr. 23. Principis hic custos, sumptum pro principe ferrum Vertit in auctorem caede Macrinus iners. P. Translate est, qui rem aliquam reperit, instituit, aut fecit primus. Virg. A. 4, 375. Nec tibi Diva parens, generis nec Dardanus auctor, ἀρχηγός, γενάρχης. Id. ib. 7, 49. isque parentem Te, Saturne, refert, tu sanguinis ultimus auctor. Suet. Claud. 25. Ilienses Romanae gentis auctores. [*V. de hac significatione, qua auctor est pater s. parens Bentlejum ad Hor. Od. 3, 3, 65.] Virg. A. 8, 134. Dardanus Iliacae primus pater urbis et auctor, h. e. conditor. [*Nec tantum de eo, qui condit, sed etiam de eo, qui restituit aliquid, instaurat. Lir. 4, 20. Caesar, ipsius templi auctor.] Virg. A. 8, 269. primusque Potitius auctor, sc. sacri in honorem Herculis institutor. Id. ib. 12, 405. nihil auctor Apollon Subvenit, sc. medicinae inventor. Lucan. 9, 661. Mercurius auctor citharae liquidaeque palaestrae. [*V. Bentl. l. 1.] Plin. 22, 2, 3. Auctores imperii Romani conditoresque. P. Item generatim qui aliquid facit. Plin. 34, 8, 19. n. 6. Statua auctoris incerti. [*Id. ib. 8, 35. auctor statuae et tabulae pictae. Id. praef. ad lib. I. ubi auctor pro pictore positum est.] Virg. A. 9, 748. Vulneris auctor. P. Speciatim vero sumitur saepissime pro scriptore. [*Omnino, pro eo qui cogitando, docendo, scribendo gignit aliquid ac promovet. Quare is, qui doctor.] Hor. Od. 1, 28, 14. auctor naturae verique. Cic. Off. 2, 2. in antiquissima philosophia Cratippo auctore versaris. [*Modest. Dig. 19, 1, 39. juris auctores responderunt. Gell. 2, 10. Servius Sulpicius, juris civilis auctor. Cf. Krause ad Vell. 2, 26, 2. Gajus comment. 2, 37. diversae scholae (ἑτεροδοξίας) auctores, v. c. Nerva, Proculus. Cf. ib. 2, 15. Dig. 40, 7, 36. Papin. Dig. 30, 112, 4.] — Ac de aliis: Cic. Att. 7, 3. ad f. Caecilius malus auctor Latinitatis, i. e. magister, sive, qui in latine scribendo exempli loco esse non potest. [*Hinc de eo, qui certum aliquem librum scripsit. Or. Tr. 5, 1, 68. scripta auctori perniciose suo.] Suet. Gr. 8. Evulgare libros nomine auctoris. Quare i. q. scriptor in universum, [*quem significatum in hoc voc. inesse ex recentioribus nonnulli negarunt; sed perperam.] Cic. Att. 12, 18. Licitare auctores. Suet. Aug. 89. Evolvere utriusque linguae auctores. Lir. 2, 8. Invenire apud auctores. Id. 29, 27. Discrepat inter auctores. Tac. Hist. 3, 29. Inter omnes auctores constat. Praecipue de historicis dicitur. Cic. Brut. 11. Auctor religiosissimus rerum Romanarum. Tac. A. 3, 30. Sallustius rerum Romanarum florentissimus auctor. (Adde ib. 3.) [*Sed etiam de philosophis, poetis, cet. quatenus scriptis suis aliquid tradide-

runt.] *Cic. Or. 3.* Dicendi gravissimus auctor et magister Plato. *Id. Mur. 14.* Ut ait ingeniosus poeta et auctor valde bonus. *Liv. 4, 20.* Libri lintei, quos Macer Licinius citat identidem auctores. *Plin. 11, 21, 24.* Auctores sunt, ter novenis punctis interfici hominem, h. e. scribunt, tradunt. *Tac. Hist. 3, 51.* Celeberrimos auctores habeo, tantam victoribus irreverentiam fuisse, etc. [*V. plura in *cl. Cic.*] P Item saepe de eo, qui aliquid dicit, nunciat, testatur. *Cic. Att. 10, 12.* Non credo, ut est luculentus auctor. *Id. ib. 14, 8.* Sibi insidias fieri: se id certis auctoribus comperisse. *Id. ib. 3, 11.* Quidam boni nuncii, non optimis tamen auctoribus. [**Id. Flacc. 17. Id. Off. 2, 9. Liv. 1, 16.* auctor gravis *id. 2, 1.* vani sermonis. *Id. 45, 31.* criminum auctores delatoresque.] P *Auctor summarum*, male legitur in quibusdam editionibus *Suet. Dom. 11.*, sed legendum *Auctor summarum*. V. ACTOR. [*V. ad f.] P Praeterea habet locum in venditionibus et alienationibus. Nam qui aliquam rem emit, aut alio quocumque legitimo jure acquirit, auctoritatem seu jus domini super ea re sibi comparat: et qui eam rem ei tradit, auctor dicitur [**ἀδέρης*]: est itaque idem ac venditor seu alienator. Hac etiam ratione auctor ab augendo apte descendit. Nam qui dat alteri quidpiam, cum auget ea re et ditiores facit. *Cic. Caecin. 10.* P Caesennius auctor fundi. [**Cf. Gronov. ad Senec. Cons. ad Marc. 10.*] *Cic. Verr. 2, 5, 22.* Se id quod a malo auctore emissent, diutius obtinere non posse. *Scaev. Dig. 19, 1, 52.* Quaero, an pila, quae ab auctore domui conjuncta erat, ad emptorem quoque jure emptionis pertineat. P Hujusmodi auctor dicitur auctor primus. Nam est etiam auctor secundus, qui fidejussionem facit pro evictione rei ab altero venditae, βεβαιωτής. *Ulp. Dig. 21, 2, 4.* An is, qui mancipium vendidit, debeat fidejussorem ob evictionem dare, quem veliam auctorem secundum vocant. P Eodem sensu etiam auctor absolute dicitur. *Pl. Curc. 4, 2, 10.* de lenonibus: Alienos mancipatis, alienos manumittitis, alienisque imperatis: nec vobis auctor ullus est, nec vosmet estis ulli. Adde *Epid. 3, 2, 21.* P Translate. *Cic. Mur. 2.* Is potissimum consul, qui consulem declaravit, auctor beneficii populi Romani, defensorque periculi esse debet. [**Cf. intpp. ad h. l. et Heinrich ad Cic. fr. or. p. Tull. p. 79.*] *Pl. Trin. 1, 2, 70.* Id ita esse, ut credas, rem tibi auctorem dabo. [**Cic. Verr. 2, 3, 19.* ita audistis, ut auctorem rumorem haberetis. Locus *Ejusd. Or. 1, 45.* ingenio auctore — corruptus esse videtur.] *Virg. A. 5, 17.* Non si mihi Juppiter auctor spondeat. [**Liv. 2, 48.* auctores sumus (i. e. spondemus) tutam ibi majestatem Romani nominis fore. *q. Cic. Fam. 12, 4.* fama nuntiabat, — auctor erat nemo.] P Saepe etiam dicitur ille, in quo est princeps consilium, et juridica facultas atque auctoritas alicujus rei faciendae: ad quem pertinet approbare interventu et voluntate sua rem aliquam vel suo nomine, vel alterius, qui ea facultate careat. *Liv. 34, 2.* Majores nostri nullam ne privatam quidem rem agere feminas sine auctore voluerunt: in manu esse parentum, fratrum, virorum. *Cic. Caecin. 25.* Quod mulier sine tutore auctore promiserit. Et *mor.* Deberi viro dotem, quam mulier nullo auctore dixisset. *Ulp. Dig. 26, 8, 5.* (qui est de auctoritate et consensu tutorum et curatorum). Pupillus obligari tutori, eo auctore, non potest. [**Cic. Cluent. 5.* Nubit genero socrus, nullis auspiciis, nullis auctoribus. Hoc loco i. auctores parentes, cognatos, tutores, qui nuptias aut confecerunt, aut probarunt, aut tabulas nuptiales obsignarunt. Sic *Sch. Auctor autem comitorum, Cic. Dom. 14.* est qui habet comitia iisque praeest. Porro de testatore, qui heredem instituit. *Cod. Hermog. tit. 11, c. 1.* (V. *Schulting. jurispr. Ante-Justin. p. 115.* is, a quo aliquid ad heredem pervenit.)] P Hinc auctorem fieri et auctorem esse est rem aliquam facultate a jure concessa et voluntate approbare, et ratam esse jubere. *Cic. Dom. 29.* Cum hoc juris a majoribus proditum sit, ut nemo civis Romanus aut libertatem, aut civitatem possit amittere, nisi ipse auctor factus sit. Et *mor.* Te esse interrogatum, auctore esse, ut in te P. Pontejus vitae necisque potestatem haberet, ut in filio. Et *Liv. 1, 17.* Patres deinde, si dignum creaveritis, auctores fient. *Paul. Dig. 26, 8, 3.* Etiam non interrogatus tutor, auctor fiat, valet auctoritas ejus, cum se probare dicit id, quod agitur: hoc est enim auctorem fieri. *Ulp. ib. 1.* Regula juris civilis est, in rem suam auctorem tutorem fieri non posse. V. plura huc pertinentia toto eo titulo. P Hinc et qui pro alio negotia gerit atque agit, [**defenditque*] auctor interdum dicitur. *Paul. ex Festo in Cognitor.* Procurator absentis nomine auctor fit. *Cic. Flacc. 22.* Praeclarus iste auctor suae civitatis. Et *ib.* Si hunc habent auctorem Tralliani doloris sui, si hunc custodem litterarum, si hunc festem injuriae, si hunc auctorem querelatum, etc. [**Id. ib. 15.* ut civitatis nomen sua auctoritate sustineat — praeclarus iste auctor suae civitatis; h. l. subesse videtur simul patroni, tutoris et defen-

ris, qui praesidio est, notio. *Cf. Gronov. de pec. Vet. IV. 3. p. 374. Id. Planc. 13.* Plancus dicitur auctor multarum societatum fuisse, i. e. qui publicanorum defensor fuit multaque pro iis gessit cum fide. Alia V. *cl. Cic. ed. Sch. n. 16.*] P Latius inde extenditur ad significandum eum, cujus auctoritate aut imperio, item consilio, opera, impulsu, suasu, vel etiam periculo aut exemplo aliquid fit: uno verbo, qui aliquo modo causa est aliquid faciendi. *Cic. ad Quir. 6. in f.* Non solum ad me conservandum vos cohortati sunt, sed etiam rerum mearum gestarum auctores, testes, laudatores fuerunt. [**Cic. Verr. 2, 5, 67.* Senatores P. R. nuncupat legum judiciorumque et juris auctores. *Cf. Liv. 1, 17. 6, 42. 8, 12.*] *Cic. ad Caesar. post ep. 11. l. 9. ad Att.* Esse auctorem pacis. *Id. Fam. 11, 27. sub f.* Non suscipiendi belli gravissimum auctorem fuisse. *Id. ib. 12, 2.* Auctorem esse alicujus interficiendi. *Plin. 9, 59, 85.* Auctor spei. [**Cic. Acad. 2, 2, 5.* nec litterarum graecarum, nec philosophiae jam ullum auctorem requiro, se. quum sciam Catonem et Scipionem eam didicisse. *Erv. expl. h. l.* ita: qui exemplum philosophiae colendae praebet. *Wopk. autem in lect. Tull. p. 34.* cum h. l. dicit esse auctorem philos., qui eam sua vel opera vel auctoritate ornat, tuetur aut promovet. Bene probat *Hand. coll. Vell. 1, 13, 3.* omnis quae doctrinae et auctor et admirator fuit. Et *Cic. Sext. 66; 138.* quem locum supra ascripsimus.] *Cic. Att. 8, 3.* Legibus per vim et contra auspicia ferendis auctor. *Id. Fam. 6, 8.* A me consilium petis, quid tibi sim auctor, in Siciliam subsidias, an etc. *Id. Att. 11, 6.* Esse auctorem alicui de re aliqua. *Id. ib. 15, 5.* Mibi, ut absum, vehementer auctor est. *Brut. in l. Cic. ad Brut. 11.* Illi auctor fui, ne differret etc. *Cic. Leg. 1, 20.* Tibi magnopere auctor sum, ut etc. *Tac. Hist. 3, 71.* Furens miles aferat, nullo duce: sibi quisque auctor. [**Dux et auctor saepe conjunguntur. V. de hoc et aliis synonym. Herz. ad Caes. B. G. 8, 47. Cic. Fin. 4, 16.* Catone, omnium virtutum auctore, i. e. exemplo. *Id. Verr. 2, 3, 93.* Habes auctorem idoneum — et istius innocentiam M. Antonii facto atque auctoritate defendito. *Id. Rep. 2, 25.* Bruto auctore et principe conciliata civitas.] *Ter. Ad. 5, 8, 16.* Idne estis auctores mihi! *Cic. in Senat. 4.* Auctor et adscriptor in me restituendo. [**Suet. Vesp. 11.* auctor fuit Senatui decernendi.] *Cic. Dom. 12.* Hic tibi gravissimus auctor ad instituendam, fidelissimus socius ad comparandam, fortissimus adiutor ad rem perficiendam fuit. P Cum infinito. *Atticus in ep. ad Cic., cujus verba refert ipse Cic. Att. 9, 10.* Tibi non sim auctor, si Pompejus Italianum relinquit, te quoque profugere. *Liv. 2, 48. ad f.* Auctores sumus, tutam majestatem Romani nominis fore. P Eleganter adhibetur in ablativo casu. *Cic. Or. 3, 14.* Quare istos omnes, me auctore, deridete atque contemnite. *Ter. Eun. 5, 7, 12.* An poenitebat flagitii, te auctore quod fecisset adolescens? *Pl. Stich. 4, 2, 23.* Non me quidem faciet auctore, hodie ut illum decipiat. *Liv. 37, 47.* Ut coloniae duae deducerentur, retulit; et auctore eo patres censuerunt. P *Auctor et Suasor* in eo differunt, quod *suasor* consilium tantummodo et hortationem adhibet; *auctor* vero addit auctoritatem, et aliquando etiam imperium. Hinc in *suasore* solum quid dicat, attenditur: in *auctore* dignitas quoque ac potestas. *Cic. Off. 3, 30.* Atque hujus deditio ipse Postumius *suasor* et auctor fuit. *Id. Partit. 27.* Non enim supplex venit orator, sed hortator atque auctor. *Suet. Tib. 27.* Adulationes adeo adversatur est, ut etc. Alium dicentem *sacras ejus occupationes*; et rursus alium, *auctore eo senatum se adisse*; verba mutare, et pro *auctore*, *suasorem*; pro *sacris*, *laboriosas* dicere coegit. P [**Auctor legis vel is est, qui primus legem scivit, Cic. Dom. 30.*, vel qui eam suadet, adjuvat, laudat. *Id. Att. 1, 19. Agr. 2, 5. Leg. 3, 16.*, vel, quod erat Senatus, qui legem ferri jubet. De hoc V. seqq.] P Hinc in senatu dicebantur patres *auctores fieri*, cum legem aliquam a populo sciscendam, in senatu proponebant et approbant (ex quo dicta est *senatus auctoritas*.) *Liv. 8, 12.* Ut legum, quae comitis centuriatis ferrentur, ante initum suffragium patres auctores fierent. *Cic. Brut. 14.* M. Curius cum de plebe consules non accipiebat, patres ante auctores fieri coegit. [**Omnino, qui aliquam rem in senatu decernendam proponit. Cic. Att. 3, 18.* Scripseras — causam nostram Pompejum suscepturum et — auctorem etiam daturum. *Id. Fam. 15, 4.* Regem Ariobarzannem, te auctore, commendatum habebam, h. e. e Scto in eam sententiam facto. *Cf. Gron. ad Liv. 24, 43.* Porro *Cic. Brut. 34.* auctores in senatu, et *Or. 1, 49. et 3, 17.* auctores consilii publici sunt principes Senatus s. Consulares, omninoque ii, qui multum valent in senatu. Haec ex *cl. Cic. addidimus.*] P *Auctor rerum* non solum significat scriptorem rerum, ut supra dictum est, sed etiam eum, qui res gessit. *Sall. Cat. 3.* Tametsi haudquam par gloria sequatur scriptorem et auctorem rerum. Quidam leg. *actorem.* [**Male. Cf. Kritz.*] P De rebus

inanimis. *Amian. 22, 15.* appellat *alveum auctorem* eum, per quem totus decurrit amnis; et ex quo in alios minores canales aquae derivantur. P Cum nominibus generis feminini. Est enim communis generis, ut Grammatici docent. V. AUCTRIX. *Cic. Div. 1, 15.* Sibique eas aves, quibus auctoribus officium et fidem secutus esset, bene consuluisse. *Liv. 40, 4. ad f.* Auctor mortis instabat, h. e. femina. V. integrum loc. *Virg. A. 12, 159.* de Junone: Auctor ego audendi. Adde *Ov. Fast. 5, 192.*, *Justin. 7, 1.*, *Senec. Med. 979.* et *Arnob. 4, p. 146.* [**V. Columnam ad Ennii fr. p. 325. ed. Hessel.*] P *Salmas. in commentar. ad Trebell. Gallien. 12.* docet, auctorem aliquando significare etiam eum, qui operam suam locat et se auctorat ad pugnandum cum bestiis: affertque locum *Firmici* his verbis: *Faciet auctores, audaces, periculosos*; et alio loco: *Faciet sceleratos, reus facinorum, auctores, vel tortores.* P Sunt qui *autor* scribi volunt; et vel ab *auceo* deducunt, vel ab *aevo*, vel ab *αὐρωγός* per syncopen, vel ab *αὐρός*, quia a se ipse pendet, et ab eo rursus alii pendunt. [**V. quae de derivationibus illis dicta sunt ab initio.* Haec autem, ab *αὐρός* ut derivetur, nuper acres defensores nacta est *Heinrichium, Cic. fr. or. p. Tullio, l. 1.*; *Ballhornium*, in libro „*de dominio*“, exc. 4. §. 3. p. 246 seqq.; *Beierum*, in exc. II. ad *Cic. or. p. Tull. p. 243.* qui ortum esse vult a gr. voc. *αὐρωγός*. Horum sententiam refutavi in libello, quem scripsi explorationi discipulorum indicendae a. 1829. p. 8. sqq.] Alii malunt *author* cum aspiratione, et derivant ab *αὐθέρης*. Verum ea omnium probabilissima etymologia est, qua ab *auceo* deducitur, et auctor per et scribitur. Quam scripturam probant *Charis.*, *Valerius Prob. in Cathol.*, *Isidor.*, *Voss. in Etymol.*, *Manut.*, *Dausq.*, *Cellar. in Orthograph.* et *Pier. ad A. 12, 159.* et alii. Sed omni exceptione majus est testimonium veterum monumentorum et lapidum, quorum plurimos afferunt idem *Manut.*, *Dausq.* et *Pier.* itemque *Gruter.*, quibus addendum cenotaphium Pisan. C. Caesaris v. 41. et nummus *Commodi* apud *Eckhel. D. N. V. T. 7. p. 118.* et codex *Virgil. Medicus* et *Pandectae Florent.* teste *Torrentino* in editione *Digest.* [**cod. palimpsesti a Majo et Peyronio collatis*]; in quibus omnibus auctor constanter legitur, ut jam nihil certius in Latina orthographia esse videatur. [**Adde Dion. Cass. l. 55. ab init.*, qui ubi explicat, quid esset auctoritas *Senatus*, graecis litteris nec *αὐθέρης* nec *αὐθέρης*, sed *αὐρωγός* scripsit.] Nam quod objiciunt quidam in *Notis Rom. Valerii Probi* legi *Aut. Auctoritas*, non est libellus ita ab omni errorum et depravationis suspicione liber, ut certam auctoritatem facere possit. [**Etiam in codice Veronensi Instit. Gaji* per idem compendium pro *auctor* et *auctoritas* exaratum est AUT; qua de re videndus *Goeschen. praef. p. XLV. et LXXIX.* Nota *Valerii in ed. Gothofr.* ita habet: AUT. AUTR. AUC. = auctor, auctoritas. Duo haec contra illa et plura et graviora vix in censum veniant.]

AUCTORAMENTUM, i, n. *ἄλγεσσιον*, merces, pretium, quod quis auctorando se accipit. *Auctorari* enim est, se alicui ex contractu, mercede pacta, obligare: *auctoramentum* autem est ipsa merces. Dicitur speciatim de mercede, quae dabatur gladiatoribus ad ludum conductis. *Suet. Tib. 7.* Munus gladiatorum dedit, rudiariis quoque quibusdam revocatis auctoramento centenum millium. P Ipse quoque contractus obligationis, quo se gladiatores ludo addecebant, *auctoramentum* dicitur. *Senec. ep. 37.* Illius turpissimi auctoramenti verba sunt, uri, vinciri, ferroque necari. *Petr. quoque Sat. 117.* hoc idem refert. P *Auctoramentum militiae* est nexus, quo se miles obligavit ad stipendia faciendae: et accipitur etiam pro commodis et privilegiis militiae. *Senec. Ben. 4, 37.* Subinde ex praeda aliquid ei virtutis causa donaverat, et hominem venalis animae crebris auctoramentis accendebat. P Translate accipitur pro quocumque praemio aut commodo. *Vell. 2, 28.* de Sullana prescriptione: Ut jugulati civis Romani publice constitueret auctoramentum; plurimumque haberet, qui plurimos interemisset; neque occisi hostis, quam civis, uberius foret praemium; fieretque quisque merces mortis suae. *Senec. ep. 69.* Nullum sine auctoramento malum est: avaritia pecuniam promittit; luxuria voluptates; ambitio purpuram et plausus. *Appul. Apol. Merces* et auctoramentum impudentiae. *Eumen. Paneg. ad Constant. 12.* Auctoramentum discriminis. Adde *Senec. Ira 2, 13.* et *Vell. 2, 66.* P Et quia ex accepta mercede oritur obligatio alicujus rei faciendae, propter quam merces data est; hinc *auctoramentum* ipsam quoque obligationem nexumque significat. *Cic. Off. 1, 42.* Illiberales autem et sordidi quaestus mercenariorum omnium, quorum operae, non quorum artes emuntur. Est enim illis ipsa merces auctoramentum servitutis. *Tert. Apol. 39.* Parasiti affectant coenas ad gloriam famulandae libertatis, sub auctoramento ventris inter contumelias saginandi.

[AUCTORATICIUS, a, um, adj. qui auctoratus

olim fuit. *Not. Tir.* p. 70. Auctoraticius. *F. Gloss. gr. lat.*: *Αὐθεντικός*, Auctoraticium. *B. A.*
AUCTORATIO, onis, f. est venditio: et speciatim ea, qua gladiatores ludo se addicunt. Sed praeter *Acrone* *Schol. Hor.* ad *Sat.* 2, 7, 59. et *Glossas Isid.* nullum alium, quod sciam, scriptorem Latinum auctorem habet. [**V. Octav. Ferratius, de gladiatoribus*, p. 43.]
AUCTORATUS, a, um, part. ab *auctoro*, venditus, mercede conductus et addictus: et dicitur fere de homine, qui se alteri pacta mercede obligavit. *Appul. Met.* 2, p. 125, 4. Hic auctoratus ad custodiam mariti tui fidenter accessit. *Plin.* 14, 1, 3. Vindemiator auctoratus. P. Speciatim *auctorati* dicuntur gladiatores, qui se ludo venderunt, ut docet *Acrone. Schol. Hor.* ad illud *Sat.* 2, 7, 58. Quid refert, uri virgins, ferroque necari Auctoratus eas, etc.? *Senec. Apocol.* Proximo munere inter novos auctoratos, ferulis vapulare placet. *Quint. Decl.* 302. Auctoratus ob sepeliendum patrem. [*Inscr. ap. Donat.* 275, 9. Municipibus singulis, incoleisque loca sepulturae *De Sua Pecunia* dat extra auctorateis (*lege auctorateis*), et qui sibi laqueo manus adtulissent, et qui quaestum spurcum professi essent, *h. e.* gladiatoribus, summet ipsius interfectores, lenonibusque. *Apud Reines. cl. 7. n. 20.* legitur mendose *auctorateis. F.*]
P. Translate accipitur pro addicto, nexo, obligato, obnoxio. *Liv.* 36, 10. Eo pignore velut auctorum sibi proditorum ratus est. *Manil.* 5, 340. Atque auctoratos in tertia jura ministros. *Val. Max.* 6, 9, n. 8. Ultimam inopiam suam auctorato sociis officio sustentare. *Plin.* 36, 15, 24, n. 8. Discedentibus tabulis, et cornibus in se coeuntibus faciebat amphitheatrum, et gladiatorum spectacula edebat: ipsum magis auctorum populum Romanum circumferens, *h. e.* majori periculo expositum et addictum, quam ipsos gladiatores. P. Singularem notione, nec imitanda, *Tert. Cor. mil.* 2. Observatio satis auctorata consensus patrocinio, *h. e.* satis auctoritatis habens, satis comprobata et authentica facta.
AUCTORINUS, a, um, adj. ad auctorem pertinet. Cognomen Romanum. *Inscr. ap. Grut.* 438, 3. Demineilonia Auctorina. *F.*
AUCTORITAS, atis, f. *αὐθεντία*. [**Primam h. v. significationem posuit Forc. eam, qua est i. q. dominium, annectitur reliquis. Eum igitur ordinem paulo alium instituimus, multis, partim e. cl. Cic. ed. Schütz., additis. — Ac proprie quidem auctoritas est conditio ac status ejus, qui auctor est, ὁ εἰς αὐθεντία, quasi dicas die Urheber (Auctor-) schaft. Primam hanc significationem reperio in his locis: Pl. Poen. 1, 1, 17. AG. Si tibi lubido est aut voluptati, sino; suspende, vinei, verbera, auctor sum, sino. MI. Si auctoritatem postea defugeris, ubi dissolutus tu sis, ego pendeam. (Licet apud Comicum veritas: die Rathgeberschaft). Ter. Eun. 2, 3, 98. P. Jubesne? CH. Jubeo, imo cogo atque impero: nunquam defugiam auctoritatem, i. e. non negabo, recusabo, me tibi auctorem fuisse. (Nonnulli verba illa nunq. def. auct., alteri personae tribuunt et exponunt: nunquam recusabo obtemperare, [**sed male.*] Cic. Sull. 11. Attende jam, quam ego defugiam auctoritatem consulatus mei. [**Cf. Muret. ad h. l.; (in opp. ejus p. 721. ed. Ruhnk. et Victor. V. L. 5, 22. P. Jam, ut auctor is est, qui primus aliquid invenit, ita auctoritas quoque est i. q. inventio. Cic. Inv. 1, 28. ejus facti qui sint principes (= auctores) et inventores, qui denique auctoritatis ejus et inventionis comprobatores et aemuli. P. Porro est auctoritas suadentis, narrantis; est igitur i. q. vel consilium (sed id consilium, cui pondus quoddam, quod in persona inest, accedit); vel exemplum, vel voluntas ac sententia alicujus. Primum igitur i. q. consilium. Cic. Att. 10, 1. Ejus igitur (Ciceroni suaserat *μῦθε τι λέξαι*) mihi vivit auctoritas i. e. etiam mortui sequor consilium; statim autem subjicit: et similium ejus filius eodem est apud me pondere. Id. Off. 3, 30, 109. tribuni plebis, quod eorum auctoritate pax erat facta, dediti sunt. Cf. *Senec. 6, 15.* rempublicam consilio et auctoritate defendere. *Off. 3, 27, 100.* eujus (Reguli) quum valuisset auctoritas (dissuasit autem, ut captivi redderentur). *Ib. 1, 26, 91.* in secundissimis rebus maxime est utendum consilio amicorum, iisque major quam ante tribuenda auctoritas, i. e. plus eorum consilio utendum. *Adde Verr. 2, 1, 42.* jure, legibus, auctoritate omnium, qui consulebantur, testamentum fecit. — Quodsi infelicem consilio adjuvamus, eum consolamur; quare solatium licet explices ap. *Cic. Fam. 6, 6.* animum tuum hominis amicissimi — auctoritate confirmandum puto. P. Porro narrantis et confirmantis aliquid, i. e. testimonium, quo aliquid confirmamus. Utrumque conjungit *Pseudo-Cic. p. Red. in Sen. 7.* audistis non solum auctoritatem, sed etiam testimonium. *Cic. Div. 1, 1.* ab ultimis auctoritatem repetam. Ideoque i. q. confirmatio, approbatio. *Id. ib. 43.* Lycurgus leges suas auctoritate Apollinis Delphici confirmavit. *Id. Acad. 4, 5.* in alicujus auctoritate delitescere. *Id. Tusc. 4, 34.* amori auctoritatem tribuere. *Cf. Id. Phil. 3, 2. Div. 1, 3.* Hinc etiam i. q. fides. *Cic. Fl. 22.* auctoritatem esse in testimonio. *Id. Div. 2, 23.* quid habeat auctoritatis (haruspicina), judicabimus? et *ib. 54.* auctoritatem nullam debemus rebus commentitiis adjungere. *Id. Cluent. 66.* in tabellis nihil est auctoritatis. *coll. 50.* Saepe enim rebus hoc modo tribuitur, ut *Cic. Div. 2, 59.* somniorum. *Amic. 25.* quum ad vanitatem accessit auctoritas, i. e. is assentatur, qui auctor, i. e. fide dignus esse posse videtur. P. Porro est auctoritas ejus, qui exemplo praet, i. e. exemplum idque grave. Quare utrumque conjungitur, ut *Cic. Balb. 13.* auctoritate et exemplo alicujus facere aliquid. *Cic. Sext. 6.* reipublicae capessendae auctoritatem disciplinamque praescribere. *Id. Tusc. 2, 22.* valuit auctoritas. *Id. Leg. 1, 13.* in disserendo aliorum auctoritati parere, i. e. ab aliis pendere nec sui juris esse. *Id. Verr. 2, 3, 93.* Habes auctorem idoneum — et istius innocentiam M. Antonii facti atque auctoritate defendito. *Id. N. D. 3, 38.* an Stoici poetis auctoritatem dederint. — Eodem pertinent loci, ubi est i. q. mos receptus (nos *Observanz.*). *Cic. Verr. 2, 5, 32.* auctoritas majorum, i. e. ea, quibus tanquam exemplo proposito majores nobis praeiverunt. *Adde N. D. 3, 3, 7.* Sed peculiariter hoc sensu auctoritas est rerum judicatarum. *Callistr. Dig. 1, 3, 38.* consuetudinem aut rerum perpetuo similiter judicatarum auctoritatem vim legis obtinere debere. *Cf. Paul. ib. fr. 36. Cod. Justin. 8, 53, 2.* consuetudinique ususque longaevi non vilis auctoritas est, *h. v.* valet pro norma judicandi de similibus causis. P. Translate auctoritates hoc modo sunt nomina eorum, qui praeiverunt in aliqua re; ejus faciendae auctores existunt. *Cic. Sull. 13.* auctoritates principum conjurationis colligebat, *h. e.* (*Schützio* interpr.): qui essent principes conjurationis; quodsi essent magnis nominibus homines, facilius essent auctores. *Id. N. D. 3, 4.* auctoritates contemnens, ratione pugnans. *Cf. similia in f. — In specie dicuntur auctoritates praescriptae nomina eorum, qui Scto scribebantur. Cic. Or. 3, 2.* auctoritates praescriptae. *Cf. Matth. ad Cic. Att. 1, 19, 17. coll. Fam. 12, 29, 15, 16. — P. Porro est auctoritas ejus, qui sententiam aliquid proponit, cui vis ac pondus ab auctore accedit.] Ea vi potissimum dicitur Auctoritas Senatus. Ita enim vocabatur decretum a senatu factum, cui aliqua deesse conditio, quominus senatusconsultum legitimum esset. V. SENATUSCONSULTUM [**et cf. interim Clav. Cic.*]. Est porro judicium. *Cic. Verr. 2, 3, 44.* provide, ne auctoritate vestra (i. e. Verre sententia vestris absoluto) avaritiae patefaciat viam. — P. [**Jam, ut auctoritas Senatus est i. q. sententia ejus vel decretum (Polyb. 6, 13, 2. δόγματα appellat. Cf. M. Coelii epist. ap. Cic. Fam. 8, 8.) ita etiam eodem sensu Populi vel Publicae auctoritas dicitur. Cic. Manil. 22.* populi Romani auctoritatem improbari. Quae hic et apud *Gaj. comm. 2, §. 8.* auctoritas P. R. dicitur, ea etiam dicitur Auctoritas publica, ut *Pompon. Dig. 1, 2, 2. §. 4. V. Brisson. s. h. v. et Ballhorn. l. l. p. 283. sqq. Sic Vell. 2, 62, 3.* sine auctoritate publica. *Ib. 2, 91, 2.* oppressi auctoritate publica, i. e. iudicio publ. damnati et supplicio affecti. Contra auctoritate sua apud *Justin. instit. 2, 1, §. 8. (Theoph. vertit: ναὶ οὐκ ἔστιν αὐθεντία) i. e. q. privatim. Marc. Dig. 1, 8, 6. §. 3.* Sed ad usum vulgarem refer auctoritate sua *Cic. Flacc. 15. — Omninoque latiori sensu de quibuscunque sententia et opinionibus, quae se ab aliis ratas haberi volunt. Cic. Cluent. 50.* Errat si quis in orationibus nostris auctoritates nostras se consignatas habere arbitratur. *Id. Manil. 20.* Catonis auctoritas et sententia. *ib. 17.* auctoritates contrarias fortissimorum virorum. P. Qui sententiam aliquid proponit, simul, ea proposita, quid velit, aperit. Est igitur i. q. voluntas. *Cic. Verr. 2, 1, 40.* Auctoritas patris. *Id. Caec. 18.* verba servare hominum auctoritatibus; pro quo in *f. cap. sequitur voluntatibus.] P. Hinc explicata loquendi formulam esse in auctoritate alicujus, i. e. ejus sententiam ac voluntatem sequi, eique obtemperare. Liv. 3, 21. Nec ante moverunt de sententia consulem, quam tribuni se in auctoritate patrum futuros esse, polliciti sunt. *Id. 9, 14.* Se in auctoritate Tarentinorum manere, etc. *Adde 4, 26.* P. Inprimis dicitur pro legitima facultate, quam habet quis ad aliquid faciendum, qualis est tutoris in pupillum, magistratus in subjectos, etc., qua facultate interveniente, vim, fidem, ac pondus habet id, quod agit. *Cic. Pis. 2.* Provincia Gallia senatus auctoritate exercitu et pecunia instructa. *Liv. 26, 21. et 42, 21.* Tribuni plebis ex auctoritate senatus ad populum tulerunt, ut, etc. *Julian. Dig. 26, 7, 17.* Interponere auctoritatem tutoris. *Ulp. ib. 1.* Tutores pro his, qui supra septimum annum aetatis sunt, auctoritatem praestent. *Id. ib. 8, 1.* Accommodare auctoritatem pupillae. *Et l. 2.* Interventit auctoritas tutoris. [**Cf. de hoc gener. auctoritatis Ballhorn. l. l. p. 277. et Gajum 2, 47. Cic. Att. 1, 5. et Wieland. ad*****

h. l. (vol. 1. annot. 5.) Pro imperio consulari dicitur auctoritas consulum, *Vell. 2, 68, 2.* cum *annot. Krausii.* Et Pontificum Augurumque. *Cic. Leg. 2, 19.* praestantissimum in rep. jus est augurum et cum auctoritate conjunctum. *Id. ib.* nihil sine augurum auctoritate posse cuiquam probari, sc. quia augures rerum gerendarum et omittendarum auctores. (Ipsa auguria et auspicia appellantur auctoritates, *V. in f.*) Porro imperatorum, i. e. eorum potestas, qua bellum gerunt. *Cic. Phil. 3, 3.* legio auctoritatem Caesaris persecuta est, (al. prosecuta.) *Id. Fam. 10, 8.* si legiones se ad Caesaris auctoritatem contulissent. (Alii his locis explicant per: partes alicujus sequi.) Et Legatorum: *Cic. Att. 1, 19.* Senatus decrevit, ut legati mitterentur cum auctoritate, i. e. plena potestate faciendi, quid ipsis e rep. videretur. Opp. mittere aliquem cum mandatis. *V. Manut. ad h. l. Ac Censorum. Cic. Cluent. 42.* auctoritas censoria i. e. notae censorum, quibus auctores sunt, esse aliquem criminis alicujus reum.] — P. Hinc intelligitur, cur auctoritas etiam dicitur pro vi et potentia, quam vereri alii et timere solent. *Cic. Manil. 18.* Omnes socios in ultimis oris auctoritate nostri imperii salvos praestare poteramus. *Plin. 11, 17, 17.* Satellites lictoresque assidui custodes auctoritatis. P. Hinc denum orta est ea significatio, qua est i. q. existimatio et pondus quod habet aliquis ad faciendam fidem; eaque existimatio conjuncta est cum notione dignitatis reverendae et eximia de alicujus virtute opinione. [**Vell. 2, 126.* accessit magistratus auctoritas, senatus majestas, iudiciis gravitas. *Cic. Verr. 2, 1, 48.* Ligur (senator) non dubitat, quin aequitate causae et auctoritate sua commovere hominem possit.] *Cic. Top. 19.* Ad faciendam fidem auctoritas quaeritur. Sed auctoritatem aut natura, aut tempus affert. Naturae auctoritas in virtute inest maxime. In tempore multa sunt, quae afferant auctoritatem, ingenium, opes, aetas, fortuna, ars, usus, etc. *Id. Div. 1, 30.* Vincere aliquem auctoritate. *Id. Sen. 17. et Phil. 11, 10.* Habere auctoritatem. *Id. Manil. 15.* facere, *h. e.* parere. *Id. N. D. 3, 35.* afferre. *Id. Sen. 11.* tenere. *Id. Or. 2, 37. in f. imminuere. Id. Phil. 5, 13.* interponere. *Id. Amic. 13.* adhibere ad aliquid faciendum. *Id. Fam. 6, 6. in f. et Nep. Cim. 2.* Valere auctoritate apud aliquem. *Id. Dion. 3.* Auctoritate multum posse apud aliquem. *Id. Con. 5.* Constituere sibi magnam auctoritatem inter aliquos re aliqua. *Caes. B. C. 2, 14.* Praestare auctoritate inter aliquos. *Plin. 33, 10, 37.* Esse in auctoritate. *Cic. Fin. 2, 13.* Sequi auctoritatem alicujus. *Id. Deiot. 10.* Adducere aliquem ad suam auctoritatem. *Id. Att. 9, 10. sub f.* Ejus auctoritas multum apud me valet. [**Cic. Acad. 4, 22.* levatur auctoritas inconstantia.] *Id. ib. 15, 13.* Ejus auctoritas magna est apud me et in primis gravis. *Nep. Timoth. 3.* Magna auctoritas est in illo. *Nep. Mil. 5.* alicujus impelli. *Id. Coñ. 4. et Cic. Att. 8, 9.* alicujus moveri. *Cic. Balb. 27.* Mea auctoritas satis habet ponderis apud aliquem. *Id. Or. 2, 37.* Vir auctoritate gravis. *Id. Agr. 2, 17.* Homines auctoritate tenui. [**Cic. Off. 1, 1.* summa doctoris auctoritas et urbis.] *Plin. 25, 1, 1.* Et neminem docere, in auctoritatem scientiae est. P. Auctoritas, quum de rebus dicitur, est i. q. pondus ac momentum, quod habent res legitime, sapienter ac prudenter constitutae, ut sunt leges, decreta senatus, responsa prudentum, res praeclare gestae, sententiae clarorum virorum, etc. *Cic. Or. 1, 44.* Bibliothecas mehercule omnium philosophorum unus mihi videtur XII. Tabularum libellus auctoritatis pondere, ut utilitatis ubertate, superare. *Id. Flacc. 4.* Totius hujusce rei quae sit vis, quae auctoritas, quod pondus, ignorant. *Pl. Trin. 1, 2, 180.* Si exquiratur usque ab stirpe auctoritas, *h. e.* si quaeratur, quis primus fuerit auctor rei, quae narratur, et quantam fidem habeat. — Quum autem de rebus mutis, de animalibus etc. dicitur, est i. q. praestantia et utilitas, pretium, quod alicui rei inest. [**Varr. R. R. 2, 5.* bos in pecunia maxima debet esse auctoritate.] *Suet. Claud. 30.* Auctoritas dignitasque formae. *Plin. 9, 17, 28.* Auctoritas praecipua lupi pisci. *Id. 8, 43, 68.* Auctoritas saporis. *Id. 13, 1, 2.* unguentorum. *Id. 37, 2, 11. n. 1.* Succina eandem, quam gemmae, auctoritatem obtinet. *Id. ib. 10, 54.* Achaes in magna fuit auctoritate: nunc in nulla. *Inscr. ap. Maff. Mus. Ver. 147, 2.* Si major auctoritas patrimonii mei fuisset, ampliori titulo et prosecutus fuisset, piissime pater, *h. e.* majores facultates et reditus. P. Apud *Vitr. Praef. 1. et 3.* aedificiorum auctoritates sunt aedificiorum rationes ita apte dispositae, ut auctoritatem dare, et pro exemplo aliis esse possint. P. Tribuitur et rebus inanimis. *Senec. Qu. nat. 2, 39.* Fulmen auctoritatis est, ubi post rem factam venit, quam futuram bono malove significat. P. Porro quia auctor is est, penes quem est potestas vendendi, auctoritas est etiam i. q. jus et dominium super re aliqua legitime acquisita, *αὐθεντία. Cic. Top. 4, 23.* Usus auctoritas fundi biennium est: sit etiam aedium. [**Id. Caec. 19, 54.* lex usum et auctoritatem fundi

71

jubet esse biennium. In his usus auctoritas est per usum acquisita auctoritas. Cf. *Beier. ad Cic. Off.* 1, 12, 37. coll. *Exc. II. ad or. Tull.* p. 247., quo loco de scriptura h. l. agit.] *Id. Cacc.* 26. *fin.* A quaeductus, haustus, iter, actus a patre: sed rata auctoritas harum rerum omnium a jure civili sumitur. — Caput legis *Atinae*, relatum a *Gell.* 17, 7. quod subreptum erit, ejus rei aeterna auctoritas esto, h. e. aeternum dominium sit apud dominum, ita ut ab eo, qui surripuit, usucapi non possit, ut *Paul. Dig.* 41, 3, 4. exponit. Simile est illud in *Legg. XII. Tab.* apud *Cic. Off.* 1, 12, 37. Adversus hostem aeterna auctoritas, h. e. adversus peregrinum, ita ut is contra civem P. R. usucapere non possit, sed rei dominium penes hunc perpetuo sit. [*Haec explicatio, quam probat etiam *Beier. ad h. l.*, non prorsus recte habet; sed unice vera est, quam proposuit *A. G. de Schröter. in obs. in jus civ. II.* Jenae 1826. p. 50—60. Adversus hostem aeterna auctoritas est — hoc significat: ex hostibus capta et in dominium P. R. redacta, neque naturali neque civili alienatione ad eos jure redire possunt; ergo mancipi rerum solis civibus commercium. Probat hanc interpretationem ipse *Beier.* in schedis ad me datis.] *Cic. Har.* 7. habere aliquid jure hereditario, jure auctoritatis, jure mancipi, jure nexi, h. e. jure ex legitima usucapione adquisito. [*Cf. *Salmas. de Usur. c.* 8. p. 210. sq. et *Puchta, civilistische Abhh.*; Berlin 1823. n. 1. p. 1—72.] *Seac. Dig.* 13, 7, 43. exhibere instrumentum auctoritatis, i. e. rei alicujus jure acquisitae. [*Jcti vulgo titulos acquisitionum appellant. v. l. *ult. Dig. de pign. act.* Porro *Senec. Contr.* 4, 22. auctoritatis tabellas. Hinc auctoritas cum possessione et usu conjuncta dicitur a Jctis solita proprietatis in *Dig.* 33, 2, 26. pr. coll. 38, 2, 35.; vel consolidatio. V. qui haec laudat *Beier.* in *exc. supra laudato.*] P Quia vero auctor aliquando fidejussorem significat (cf. *Heinrich. ad Cic. fr. or. Tull.* p. 79.), etiam auctoritas pro fidejussione seu praestatione periculi accipitur, quam Graeci dicunt *βεβαίωσις*. [*Cf. *Cic. Mur.* 2, 3. et in *ptp.* ad h. l. Hinc *Paul. Sent.* 2, 17. Venditor si ejus rei, quam venderit, dominus non sit, pretio accepto, auctoritatis manebit obnoxius. [*Egregie hoc explicat *Salm.* l. 1. Auctoritas, inq., non proprie est actio pro evictione — sed id, quod illi actioni locum facit. Qui enim auctorem bonum se venditae rei promisit et dominum, id praestare debet, et sic auctoritate obnoxius censetur; nisi praestet, actione tenetur pro evictione. Non est etiam jus vel titulus, quo quis possidet — sed *ἀξιονομία*, qua se dominum rei spondet, qui eam vendit. — Sic *Pl. Curc.* 4, 2, 12. nec vobis auctor ullus est, nec vosmet estis ulli. *Justin. Cod. repet. Lect.* 8, 45, 22.] P Nonnunquam auctoritas dicitur ipsa res, quae auctoritatem et fidem habet, ut dicta vel scripta gravium vivorum, testimonia, litterae magistratum, constitutiones principum, etc. *Cic. Or.* 1, 39. in *f.* Num destitit uterque nostrum in ea causa, in auctoritatibus, in exemplis, in testamentorum formulis versari? *Id. Manil.* 17. Omisissis auctoritatibus, ipsa res et ratione possumus exquirere veritatem. *Id. Verr.* 1, 2, 3. Tot graves ab amicissimis civitatibus legationes cum publicis auctoritatibus ac testimoniis. *Id. Top.* 4. Ducere argumenta ab auctoritate. *Id. Coel.* 22. ad *f.* Recitator vobis jurejurando devincta auctoritas. *Impp. Honor., Theodos. et Constant. Cod. Theod.* 2, 27, 1. Auctoritatem postibus debitoris affigere. [**Cic. Har. resp.* 14. auguria et auspicia ipsa appellantur auctoritates. Sic appellatur *Cic. Top.* 5. auct. jurisperitorum, i. e. eorum doctrina; et decreta Jctorum, quae ideo auctoritates appellantur. *Cod. Theod.* 2, 16, 3. innumeris auctoritatibus constat.] P Inter officia domus Augustae fuit *seruus ab auctoritate*, h. e. qui facultatem habebat a domino transgredi aliquid. *Inscr. ap. Grut.* 590, 7. et 8. Epaphrodito Aug. lib. Peplia ab auctorita. ration. heredit. [*Gesnerus* in *Thes.* putat, servum ab auctoritate appellatum fuisse, qui ad fidem faciendam tabulis quibusdam et ad signandum adhibebatur. At *Marin. Frat. Arc.* p. 522. neutrum probat. *F.*] P De orthographia V. AUCTOR in *f.*

AUCTORO, as, avi, atum, a. I. proprie significat vendere, alicui addicere pretio accepto: ab auctor, qua venditorem significat. Hinc auctorare se dicebantur gladiatores, qui mercede pacta ad dicebant se ludo et pugnae. *Quint. in argum. Decl.* 302. Quidam ut patrem sepeliret, auctoravit se; et in ipsa *Declam.* illum majores prohibuerunt theatro, qui utilitate, qui gula se auctorasset. *Tert. ad Nation.* 1, 18. Non vitae amore gladio vos ad lanistas auctoratis, sed etc. V. AUCTORATUS. P Sumitur etiam generatim pro addicere, obligare. *Id. ad Martyr.* 5. Jam et ad ignes quidam se auctoraverunt, ut certum spatium in tunica ardente conficerent. V. TUNICA. P Auctorare sibi mortem est mortem quasi mercede sibi quaerere et arcessere. *Vell.* 2, 30. Romanis certam victoriam, partibus suis exitium, sibi turpissimam mortem pessimo auctoravit facinore. P Alia V. in AUCTORATUS. P Deponentis forma. *Appul. Met.*

9. p. 225, 40. Mulier execerando metallo pudicitiam suam protinus auctorata est. *Tert. ad Scapul.* 1. Ut etiam animas nostras auctorati in has pugnas accedamus. P Est praeterea auctorari, ut quidam putant, id. q. auctorem esse, auctoritatem accommodare et interponere. *Pompon. Dig.* 26, 8, 4. Si tutor auctoretur, cui administratio tutelae concessa non est, id ratum a praetore haberi non debet. *Ulp. ib.* 27, 6, 9. Dandam actionem adversus eum, qui dolo malo adhibuit, ut alius auctoraretur inscius. Ita habetur utroque loco in optimis edd. *Torrentini, Haloandri, et al.* P De ratione scribendi V. in AUCTOR.

AUCTOROR, aris, V. v. praec.

AUCTRIX, icis, f. quae auget. Docent grammatici *Charis.* 1. p. 29. et 30. *Valer. Prob. in Cathol.* p. 1452. et *Serv. ad A.* 12, 159. vocem *auctrix* esse femininum ab *auctor*, qua ab *augeo* descendit, ut *auctrix divitiarum, auctrix patrimonii*: (Hinc et pro ea, quae gignit, (nam et gignere auget) est) usurpavit *Tert. adv. Hermog.* 5. *Materia auctrix universitatis*.) at cum *Auctor* aliunde derivatur et significat eum, qui causa est, principium, aut impulsor alicujus rei faciendae, non habere femininum, sed esse communis generis, ut allatis exemplis in voce AUCTOR sub *f.* ostendimus. P Nihilominus *auctrix* reperitur usurpatum etiam extra significationem augendi. *Impp. Dioelet. et Maximian. Cod.* 8, 45, 16. Nam super pretio evictae portionis non eum, qui dominum eviderit, sed auctricem conveniri consequens est, h. e. eam, quae vendidit, vel fidejussit. *Tert. Anim.* 57. *Auctrix opinionum istarum Magica.* *Id. adv. Marc.* 5, 10. Anima auctrix operum carnis. *Id. Spectac.* 18. Commoediae scelerum et libidinum auctrices. *auctrices* possis hic intelligere etiam, quae augent et fovent scelera. *Scioppius* mallet *actrices*.

AUCTUM, i, n. augmentum, auctus. *Gell.* 20, 8. Caepae solum olerum omnium contra lunae aucta atque damna, vices minuendi et augendi habet contrarias. Quidam MS. codex habet *augmenta*. In illo *Liv.* 27, 26. in *f.* Auctum etiam visum in capite, nec id sane haruspici placuisse, etc. *Auctum* significat incrementum visum in capite jocinoris, ut colligitur etiam ex *Val. Max.* 1, 6, n. 9., ubi de hac eadem re verba faciens, narrat, duplex jocinoris caput in ea hostia fuisse. Adde *Lucan.* 1, 627. P Praeterea *auctum* vocabatur spatium Circi, quod supra definitum modum victoriae adjungitur. *Festus.*

AUCTUS, a, um, part. ab *augeo*, *αὐξήθεις*, cui aliquid accessit, major factus, cumulus. *Nep. Ages.* 7. Auctus numerus. *Id. Thras.* 2. Auctae opes. *Plin.* 10, 33, 49. Annis auctus. *Liv.* 25, 16. Res Romana in dies melior atque auctior. *Cic. Cat.* 4, 9. Auctae exaggeratae fortunae. *Liv.* 3, 68. Re fortunaque auctior. *Cic. Cluent.* 15. Mulier aucta pecunia. *Id. Verr.* 2, 5, 31. Auctus praeda. *Id. N. D.* 3, 36. honoribus. *Id. Att.* 1, 2. filiolo. *Vet. Poeta ap. Eund. Fin.* 2, 4. laetitia. *Tac. A.* 2, 14. omine, h. e. animo confirmatus ob faustum omen. [*Paulo aliter explicat h. l. et ejus similes *Walch.* ad *Tac. Agr.* 6. — Construit *Tac.* saepius cum *in* et *accus.*, ut *Hist.* 5, 2. aucto in barbarum cognomento. *Id. A.* 13, 16. aucta in falsum; et *ib.* 2, 82. in deterius. Sic Graeci *ἐπὶ τὸ μείζον* etc. Sic ap. *Eund. Agr.* 10. in codd. legitur: *auctus Oceanus* quod exponunt *celebratus*. Sed praefertunt fere *victus* ex emend. *Lipsii.*] *Lucan.* 8, 250. Auctus opes, h. e. opibus: Graeca dictio. *Tac. H.* 2, 4. Auctus animus. *Lucr.* 3, 451. Auctior animi vis, h. e. firmiter, validior ad agendum. *Liv.* 4, 2. Auctior et amplior majestas. *Nep. Phoc.* 2. Auctus adjutusque a Demosthene, h. e. promotus. *Catull.* 64, 25. Teque adeo eximie taedis felicibus aucte. [*V. *Walch. l. l.* *Auctus* absolute positum saepe est i. q. honoribus auctus. *Sall. Jug.* 86. quod ab eo genere celebratus auctusque erat. *Nep. Phoc.* 2, 3. auctus adjutusque a Demosthene, i. e. Dem. ei eloquentia sua auctoritatem parabat eumque adjuvabat. P De rebus quum dicitur *auctus* est i. q. augustinus, splendidior redditus. *Plin. Pan.* 50. Datur intueri pulcherrimas aedes, deterso situ auctas. — Ceterum cf. AUGEO.] P In malam partem. *Tert. Heaut.* 4, 1, 15. Auctus damno. P Auctus pro praeditus, instructus. *Lucr.* 3, 627. et 631. Certe ut opinor eam (animam) faciundum est sensibus auctam. *Catull.* 64, 165. quae (aurae) nullis sensibus auctae Nec missas audire queunt, nec reddere voces. P Auctus est etiam cognomen Acilii proconsulis Achajae, ad quem scripsit *Cic. Fam.* 13, 50. et in *Inscr. ap. Murat.* 631, 1. L. Vesclarius Auctus. P Comp. *Auctor.* V. supra. Sup. *Auctissimus* perrarum est. *Trebell. Gallien.* 18. Etiam equos et currum fieri jusserat pro qualitate statuatae, atque in auctissima base poni, h. e. amplissima. Ita enim legendum docte monet *Salmas.* Vulgo legitur *acutissima*.

AUCTUS, us, m. augmentum, [*incrementum.] *αὐξήσις*. *Liv.* 4, 2. Maximis semper auctibus crescere. *Id.* 29, 27. Bonis auctibus augere aliquid. *Plin.* 4, 12, 24. Danubius immenso aquarum au-

ctu. [**Tac. H.* 4, 28. auctibus immensis attollere aliquem. coll. *Vell.* 2, 40.] *Id.* 2, 19, 17. Auctus dici. [**Suet. Oct.* 7. quod — augusta dicantur ab auctu, i. e. ab aucto statu feliciore. Sic *Brem.*] *Senec. ep.* 38. In maximos auctus diffundi. *Lucan.* 9, 797. distenti corporis auctum, h. e. tumorem corporis veneno inflati. *Lucr.* 6, 166. caedere si quem Ancipiti videas ferro procul arboris auctum, h. e. ipsam arborem adultam et grandem. [*Cf. *Burm. ad Anthol. Lat.* T. I. p. 577.]

AUCUPABUNDUS, a, um, adj. attente aucupans, captans. *Translate. Tert. Anim.* 39. Spiritus nequam ab ipsa etiam nativitate janua animas aucupabundus.

[AUCUPALIS, le, adj. ad aucupium pertinens. *Festus.* Amites, perticae aucupales. *F.*]

AUCUPATIO, onis, f. actus aucupandi, *ἀυκῦδο-θήρα*. Item ipsa praeda aucupio parta. *Quint. Decl.* 13, 8. Multa, quae libera fuerant, transeunt in jus occupantium, sicut venatio et aucupatio. *Al. leg. occupatio*, sed minus recte.

AUCUPATORIUS, a, um, adj. ad aucupium aptus. *Plin.* 16, 36, 66. De calamis aquaticis: Cum anno permansit inundatio, proficuum in aucupatorium quoque amplitudinem, h. e. adeo crassescunt, ut possint aucupio inservire. *Id. ib. ad f.* Aucupatoria arundo. *Mart. in lemmate epigr.* 218. l. 14. Calami aucupatorii.

AUCUPATUS, a, um, part. ab *aucupo*, quacsitus, captatus. *Lactant.* 5, 22. Multa, quae ad religionem pertinent, divulgata, ac per rumorem vicissim aucupata discuntur.

AUCUPATUS, us, m. idem quod aucupium, *ἀυκῦδοθήρα*. *Capitolin. Anton. philos.* 4. Amavit pugilatum, luctamina et cursum et aucupatus.]

[AUCUPEX, picis, m. qui aves captat. *Not. Tir.* p. 151. Aucupex. *F.*]

[AUCUPIAMEN, inis, n. id. q. aucupium. *Not. Tir.* p. 151. Aucupiamen. *F.*]

AUCUPIUM, ii, n. *ἀυκῦδοθήρα*, avium captatio: ab *avis*, et *capio*. *Cic. Fin.* 2, 8. et *Sen.* 16. Aucupium atque venatio. *Pallad.* 13, 6. Tendere aucupium. *Id.* 10, 12. Parare aucupium noctuae. P *Translate. Pl. Mil.* 4, 1, 43. Oculis venaturam facere, atque aucupium auribus, h. e. attente subauditare aliorum sermones. *Ter. Eun.* 2, 2, 16. Hoc est novum aucupium, h. e. nova ratio parandi sibi alimenta et cetera adjumenta vitae. *Cic. Or.* 25. et 58. Aucupium delectationis, h. e. studium delectandi alios oratione elaborata. *Id. Caccin.* 23. Aucupia verborum, h. e. subtilium verborum captivulae, quibus Jcti in rebus definiendis uti solent. *Colun.* 3, 2. ad *f.* Aucupium nomenclationis, h. e. studium et inquisitio vocabulorum, quibus singulae res appellantur. P Sumitur et pro ipsa praeda, quae aucupio capitur. *Cels.* 2, 26. Minima inflatio fit ex venatione, aucupio, piscibus, pomis, etc. *Senec. Proc.* 3. In ventrem suum longinqui litoris pisces, et peregrina aucupia congerere.

[AUCUPIUS, ii, m. avium captator. Nomen servile Romanum apud *Fabrett.* p. 448. XII. *F.*]

AUCUPO, as, avi, atum, a. I. *ἀυκῦδοθήρα*, aves capto: ab *avis* et *capio*. Saepissime translate sumitur pro attente observare, captare, studiose quaerere. *Pl. Asin.* 5, 2, 31. Aucupemus ex insidiis clanculum, quam rem gerant. *Id. Most.* 2, 2, 42. Circumspice, numquis est, sermonem nostrum qui aucupet. *Senec. Herc. Oct.* 482. Circumspice agendum, ne quis arcaea aucupet. *Pl. Truc. a.* 5. v. 72. Lepide mecastor aucupavi. Adde *Titinn., Enn., Pacuv. et Accium ap. Non.* 7, 1.

AUCUPOR, aris, atus sum sum, dep. I. idem quod *aucupo*, sed frequentior usus. *Varr. R. R.* 1, 23. Alio loco ut seras ac colas silvam caeduum, alio ubi aucupere. *Cajus Dig.* 41, 1, 3. In alienum fundum venandi aucupandive gratia ingredi. P *Translate* est captare, consecrari, quaerere, observare. *Cic. Att.* 6, 8. Navibus longis tranquillitates aucupaturi eram. *Id. Pis.* 24. Inanem aucupari rumorem et omnes umbras etiam falsae gloriae consecrari. [**Id. Leg.* 3, 16. rumusculos.] *Id. Or.* 19. Delectationem aliquam dicendo aucupari. *Id. Or.* 2, 63. Attendere et aucupari verba. *Id. Fam.* 5, 12. Aucupari gratiam alicujus assentiantula. *Plin. Praef. H. N.* sub *f.* sibi famam obrectatione alienae scientiae. *Flor.* 3, 13. favore populi. *Hirt. B. Afr.* 3. occasionem. *Cic. Rosc. Am.* 8. Observare occupationem alicujus et aucupari tempus. *Justin.* 29, 4. absentiam alicujus. *Cic. Or.* 2, 14, 59. utilitatem aliquam ad dicendum. [**Lactant. epit.* 55. utilitates.] *Id. Sext.* 56. ex omni genere orationem et omnes undique flosculos capere. *Auct. ad Her.* 1, 13. similitudinem ab aliqua re. *Or. Her.* 13, 107. Aucupor in lecto mendaces coelibe somnos. P Particip. *Aucupatus* passiva significatione V. supra suo loco.

AUDACIA, ae, f. *θαράς, τόλμα*, animi securitas, qua quis malum neque futurum timet, neque praesens horrescit: et saepe accipitur in malam partem. *Cic. Inv.* 2, 54. ad *f.* Audacia non contrarium fidentiae, sed oppositum est ac propinquum et tamen vitium est. *Id. Off.* 1, 19. Ani-

mus paratus ad periculum, si sua cupiditate, non utilitate communi impellitur, audaciae potius nomen habet, non fortitudinis. *Id. Verr. 2, 2, 30.* Homo incredibili importunitate et audacia. *Id. Dom. 55.* Incredibili armatus audacia. *Id. Flacc. 15.* Audacia atque impudentia fretus. *Tac. A. 1, 57.* Audacia promptus. *Id. Agr. 11.* Audacia in deprecandis periculis. *Cic. Phil. 13, 10.* Audacia immanis ad omne facinus. *Ter. Heaut. 2, 3, 72.* O hominis impudentem audaciam! *Id. Ph. 5, 7, 84.* Affectum esse audacia. *Curt. 6, 11.* Stolidam audacia ferocem esse. *Id. 8, 13.* Temeritate atque audacia insignem esse. *Cic. Cluent. 65.* Abundare audacia. *Id. Phil. 13, 13.* in f. Contunderet et frangere audaciam alicujus. *Id. ib. 10, 5.* Ferentis hominis conatum atque audaciam comprimere. *Tac. H. 3, 66.* Accingi in audaciam. [*Leniore sensu intellige ap. *Cic. Lig. 8.* Vide, quid licentiae, Caesar, nobis tua liberalitas det vel potius audaciae.] P Translate. *Suet. Gr. 10.* in f. Vitare obscuritatem Sallustii et audaciam in translationibus. P In plurali numero. *Cic. Sull. 27.* Quantas audacias, quam incredibiles furores etc. *Id. Verr. 2, 3, 89.* Istorum audacias ac libidines rescere. Adde *Cat. 2, 5, Att. 9, 7.* et *Caton. ap. Fest.* P In bonam partem. *Sall. Cat. 52, 11.* Majores nostri, P. C., neque consilii, neque audaciae unquam egere. [**Id. ib. 9, 3.*] *Liv. 25, 38.* Non enim frangere audaciam vestram, sed differre in majorem gloriam atque opportunitatem volui. *Prop. 2, 8, 9.* Quod si deficiant vires, audacia certe Laus erit: in magnis et voluisse sat est. Adde *Justin. Praef. et 2, 9.* et *12. ad f.*

AUDACITER, adv. *ὑδαίως*, cum audacia, fidenter, animose. *Cic. Rosc. Am. 36.* Multa scelerate, multa audaciter, multa improbe fecisti. Ita legit *Prisc. 15.* p. 1014., item *Grut., Graev.* et alii ex optim. codd. Alii *audacter* reponunt. Sed *audaciter* usurpavit etiam *Sall. Hist. 2.* teste *Prisc. ib. [*Cf. Curt. p. 960.] Sic. Sen. Pron. 4.* Audaciter veteranus cruorem suum spectat. *Appul. Met. 3.* Audaciter resistunt. Et *ib. 5.* Audaciter dextera elata. Adde *Liv. 22, 25.* [*cf. h. l. *Duker.*] et alibi, ubi alii leg. *audacter*: quod sane usitatum est. Hinc *Quint. 1, 6, 17.* reprehendit quorundam molestissimam diligentiam perversitatem, ut audaciter potius dicant, quam *audacter*, licet omnes oratores aliud sequantur.

AUDACTER, adv. *ὑδαίως*, per syncop. ab *audaciter*, et ejusdem omnino significationis, sed multo usitatius, tum in bonam, tum in malam partem. *Cic. Rosc. Am. 11.* Libenter, *audacter* libereque dicere aliquid. *Id. Verr. 2, 2, 54.* Callide, *audacter*, impudenter. *Id. Acad. 4, 25.* Respondere *audacter* alicui. *Ter. Heaut. 1, 1, 6.* Audacter et familiariter monere. *Nep. Epam. 9.* Audacius instare hostibus. *Liv. 30, 30.* Omnia audacissime incipere. *Pl. Capt. 2, 2, 98.* Concredere filium suum alicui *audacter*. P Translate. *Cic. Or. 60.* Poetae transferunt verba tum crebrius, tum etiam *audacius*.

AUDACULUS, a, um, adj. diminut. ab *audax*. *Gell. 5, 21.* Reprehensor *audaculus* verborum. *Id. 15, 5.* Rabula *audaculus*. *Firmic. Praef. 1.* Audacula nimis pollicitatio. Habet etiam *Paul.* ex *Festo* in *Audax*.

AUDAX, aëcis, adj. *ὑδαίως, ὑδαίως*, confidens, audens. Sumitur saepe in malam partem. *Cic. Q. Fr. 2, 4.* Homo petulans et *audax*. *Id. Inv. 1, 3.* Temerarius et *audax*. *Id. Fin. 1, 18.* *Audax* et protervus. *Id. Cat. 2, 5.* Paulo ad facinus audacior. *Nep. Dion. 9.* Adolescentes *audacissimi*. *Ter. Andr. 2, 3, 27.* Facinus *audax*. *Liv. 35, 35.* Consilium *audax*. *Plin. 28, 4, 7.* Spes *audacior*. P In consuetudine forensi *malos* et *audaces* appellabant eos, qui ejiciebant vicinos, qui testamenta subdicebant, qui adolescentulos circumscribebant, teste *Cic. Phil. 14, 3.* P In bonam partem. *Pl. Amph. 2, 2, 207.* Quae non deliquit, decet *audacem* esse, confidenter loqui etc. *Virg. G. 1, 40.* Da facilem cursum atque *audacibus* annue coeptis. (Adde *A. 5, 67.*) *Claud. III. Cons. Hon. 56.* Fregit Hyperboreas remis *audacibus* undas. P Translate. *Quint. 10, 5.* Verba poetica libertate *audaciora*. *Id. 8, 6.* Audacior hyperbole. *Hor. Od. 4, 2, 10.* Audaces dithyrambi. *Id. Ep. 2, 1, 182.* Audax poeta. P Cum casus ei adjunguntur, saepe habet post se ablativum. *Virg. A. 5, 67.* Audax viribus. *Stat. Th. 10, 495.* *audax* animis Spartana juvenis. *Virg. G. 4, 565.* Virgilius *Audax* juvenis. P Cum genitivo, Graeca constructione. *Stat. Silv. 3, 2, 64.* et *ib. 5, 3, 135.* *Audax* ingenii. *Claud. Rapt. Pros. 2, 4.* *Audax* animi. [**Sil. 14, 416.* *V. Drak.*] P Cum infinito. *Hor. Od. 1, 3, 25.* *Audax* omnia perpeti. *Prop. 4, 5, 13.* *Audax* cantatae leges imponere Lunae. Adde *Lucan. 7, 246.* et *Sen. Herc. Fur. 547.* P Translate. *Stat. Silv. 5, 3, 48.* aeriam educere molem Cyclopum scopulos ultra, atque *audacia* saxa Pyramidum, h. e. *audaci* conatu exstructa. P Pro superbo. *Catull. 50, 18.* Nunc *audax* cave sis, precesque nostras, Oramus, cave despuas, ocelle.

*AUDENA, ae, Etruriae fluvius, in flumen Marciam cadens. *Liv. 41, 19. B. A.*

AUDENS, tis, part. ab *audeo*, fidens, *audax*, *ὑδαίως*. Fere in bonam partem sumitur. [*V. de hoc usu, quo differt ab *audax*, *Burm. ad Oc. A. 1, 608.*] *Virg. A. 10, 284.* Audentes fortuna juvat. *Id. ib. 6, 95.* Tu ne cede malis, sed contra audentior ito. *Tac. A. 14, 58.* Nihil gravius audenti, quam ignavo patiendum esse. *Id. Agr. 33.* Audentissimus quisque miles. *Gell. 7, 2.* Annibal ille audentissimus atque fortissimus. *Val. Fl. 4, 284.* Spes audentior. P Translate. *Quint. 12, 10.* Aeschines latior et audentior et excelsior. *Auct. Dial. de Or. 14.* Oratio laeta et audentior, poetarum quam oratorum similior. P In malam partem. *Pacat. Paneg. Theodos. 35.* Tanto ceteris satellitibus audentior, quanto etc.

AUDENTER, adv. *ὑδαίως*, fidenter, intrepide, *audacter*. *Seaco. Dig. 28, 2, 29. ad f.* Nisi (quod audenter licet) possis dicere etc. *Ulp. ib. 5, 4, 1.* Non audenter tamen dicitur. *Tac. A. 13, 40.* Audentius progredi. *Id. ib. 4, 68.* Audentius onerare aliquem. *Auct. Dial. de Or. 18.* Agere fortius et audentius.

AUDENTIA, ae, f. animi fidentia, audacia, *ὑδαίως*. Non. 5, 84. recte docet, audentiam in bonam partem sumi, et esse fortitudinis: audaciam plerumque in malam accipi, et esse temeritatis. *Tac. A. 15, 53.* Tribuni et centuriones, ut quisque audentiae habuisset, accurrerent. *Id. G. 34.* Nec defuit audentia Druso Germanico, sed obstitit Oceanus. P Translate. *Plin. ep. 8, 4.* Si datur Homero et mollia vocabula, et Graeca ad lenitatem versus contrahere, extendere, inflectere; cur tibi similis audentia negetur?

AUDEO, es, ausus sum, n. 2. *αὐδαίω*, non vereor, non dubito, fidens sum ad aliquid faciendum. *Cic. Ligar. 3.* Vide, quaeso, Tubero, ut qui de meo facto non dubitem dicere, de Ligarii non audeam confiteri. *Id. Manil. 9.* Nunquam est ausus optare. *Brut. ad Cic. ad Brut. 1, 16.* Verba tua recognosce, et aude negare, servientis istas esse preces. [**Sall. Cat. 20, 3.* animus ausus est maximum facinus incipere.] P *Audere* aliquid est aggredi, tentare, conari facere. Videtur autem ellipsis esse, ut intelligendum sit *facere* aut *aggredi*, aut aliquid simile. *Vell. 2, 47.* Tantas res audere, vis hominis; perficere paene nullius, nisi Dei, fuerit. *Ter. Eun. 5, 5, 17.* Qua audacia tantum facinus audeat? *Justin. 5, 9.* Audendum aliquid pro patria etiam cum periculo, ratus. *Virg. Ecl. 3, 16.* Quid domini faciant, audent cum talia fures? *Liv. 3, 2.* Desperatio audere ultima et experiri cogit. *Id. 26, 40.* Exsules, obaerati, capitalia ausi plerique. *Tac. H. 4, 15.* Multa hostilia ausus. [**Sil. 6, 209.* magna.] *Id. A. 2, 12.* Ausuros hostes castrorum oppugnationem. *Id. ib. 12, 28.* Obvius hostis et aciem ausus. *Id. H. 4, 23.* Machinas etiam, insolitum sibi, ausi, h. e. aggressi machinis oppugnationis uti. *Id. ib. 3, 76.* Audere periculum. *Id. A. 12, 55.* vim alicui: et in aliquid. *Id. ib. 2, 40.* poenam alicujus. *Id. ib. 62.* ultionem. *Id. H. 1, 55.* Nihil ultra fremitum et minas ausae legiones. *Vell. 2, 56.* sub f. Antonium omnibus audendis paratissimus. P Cum particula *quin*, et conjunctivo. *Pl. Asin. 1, 1, 10.* Ita me obstinate aggressus, ut non audeam profecto, percunctanti, quin promam omnia, h. e. non audeam non promere omnia. P Absolute, sed ita, ut semper aliquid intelligatur. [*Non necesse est, intelligatur aliquid; nam *audere* in seqq. exemplis est i. q. *audacem esse*. Sic *Liv. 21, 40.* nec nunc illi, quia audent, sed quia necesse est, pungnantur sunt. *ib. 4.* neque milites alio duce plus confidere, aut audere.] *Sall. H. 4. sub f.* Romani audendo et fallendo et bella ex bellis serendo magni facti. *Tac. H. 2, 71.* Ingratus principi, ut adversus Neronem ausus. [**Audere* absolute positum est saepe i. q. magna, egregia audere. *V. Drak. ad Sil. 9, 451.* Sed etiam sine hac vi interdum absolute ponitur. *Tac. Agr. 15.* periculosius est deprehendi quam audere. Similia laudat *Walch. ad Tac. Agr. 32.* *Quint. 10, 1, 33.* *Audeo*, quia M. Tullius nec Thucydidem quidem aut Xenophontem utiles oratores putat. Ad *audeo* supple *dicere*. Alii aliter legunt, ac mihi quidem vix ita dici posse videtur; alius enim generis est locus ap. *Cic. Or. 3, 24, 94.* hos vero novos magistratos nihil intelligebam posse docere, nisi ut aunderent se. dicere, orationes habere. In h. l. facile ex reliquis, quid sit audendum, intelligitur; nos eodem modo absolute utimur nostro voc. — Plene loquitur *Cic. Fin. 5, 28, 84.* *audeo* dicere.] *Virg. A. 2, 347.* Audere in proelia. [**Ut id. ib. 10, 455.* meditari in proelia.] P Transferitur ad orationem et scriptionem. *Quint. 2, 4.* Audeat haec aetas plura, et inveniat, et inventis gaudeat. Et paulo post. Audere aliquid licentius et laetius. P Passive. *Liv. 29, 9.* Multa dolo, pleraque per vim audebantur. *Nep. Mitt. 4. in f.* Si animadverterent, auderi adversus se tam exiguis copiis dimicare. P Hinc participia *ausus* et *audentus*, passiva itidem significatione. *Tac. A. 3, 67.* Defensionem sui deseruit,

ausis ad Caesarem codicillis, quibus invidiam et preces miscuerat. *Liv. 35, 35.* Agenda res est audendaque, quam etc. *Suet. Domit. 14.* Ne bono quidem exemplo audendam esse patroni necem. P Quidam putant *audere* idem esse ac posse in illo *Pl. Truc. 4, 3, 44.* Lapidem sum: commovere me miser non *audeo*. [*Ita quoque *Lucr. 6, 1070.* (V. sqq.) quem l. laudat *Broukh. ad Prop. 1, 15, 37.* (coll. ad *Tib. 1, 10, 15.*) *Posse* vice versa poni pro *audere* monstrat. *Id. l. l. et *Burm. ad Eund. 1, 6, 3.*] P Et pro velle in illo *Ejusd. Men. 1, 2, 40.* Ecquid audes de tuo istuc addere? [*Hoc fieri posse nemo credit. *Audere* propria h. l. vi positum est.] P Tribuitur aliquando rebus inanimis. *Lucr. 6, 1070.* Vitigeni latices in aquai fontibus audent Misceri, cum pix nequeat gravis, et leve olivum, h. e. possunt. P Olim habuit in praerito *ausi*. *Cato ap. Prisc. 9.* p. 868. Non ausi recusare. P Hinc *ausim*, is, it (quod ex *auserim* per syncopen esse videtur) frequenter usurpatur. *Liv. Proem. Nec, si sciam, dicere ausim.* *Stat. Th. 11, 126.* absentibus ausint Ista Deis etc. [**Ausus sim* semper habet adjunctam praet. temporis notionem; *ausim* inservit modestae affirmationi.] P Ipsum vero *auserim* usurpatum legitur ab Auctore cujusdam carminis de *Passione Domini* (quod quidam *Lactantio* tribuunt) v. 66. efficient ne spe captatus inani Mobilis occiduis fortunae fidere rebus Auseris, aut vitae sperare fugacibus annis. *Cellarius* tamen edidit *ausis*. P [*Confunduntur a librariis *audeo* et *addo*. V. intpp. ad *Quint. 10, 1, 33.*]*

AUDIENS, entis, part. v. *audio*. *Cic. Fam. 13, 36.* Eidem Dolabellae me audiente Caesar dixit, nihil esse etc. P Saepa ponitur pro auditore. *Cic. Brut. 80.* Inflammaré animos audientium. *Id. ib. 23.* Ad animos audientium permoveandos. [**Liv. 21, 10.*] P Aliquando idem est quod obediens. *Pl. Truc. 1, 2, 25.* Tibi servio, atque audiens sum imperii. Hinc dicto *audiens*, de quo V. in AUDIO. P Idem ac catechumenus. *Tert. Poen. 6.* An alius est intinctus Christus, alius audientibus? P Sup. *Auditissimus* est in fragm. *Inscr. ap. Don. cl. 6. n. 194.*

AUDIENTIA, ae, f. attentio in audiendo. *Audientiam* facere est silentium audiendi causa indicare, *ὑπακούειν*. *Pl. Poen. prol. 11.* Exsurge praeco, fac populo audientiam. Adde *Liv. 43, 16.* et *Auct. ad Her. 4, 55.* P Est etiam *audientiam* facere, silentium auditorum et attentionem conciliare. *Cic. Sen. 9.* Facit persaepe ipsa sibi audientiam deserti senis compta et mitis oratio. *Id. Divin. in Verr. 13.* Audientiam orationi meae improbitas illius factura est. *Appul. Met. 3.* p. 131. Audientiam alicui tribuere P Accipitur pro auditione et cognitione causarum, quae fit ab habente jurisdictionem. *Cod. 2, 13, 1.* Inter litigatores audientiam tuam impertiri debebis. Et 3, 13, 1. Eligere audientiam procuratoris principis. Et 7, 19, 7. Praebere audientiam directorum negotiorum. Adde *tit. 4. lib. 1.* qui est *De episcopali audientia*, hoc est de iis, de quibus cognoscere ad episcopos pertinet. [**Impp. Arcad. et Hon. Cod. Theodos. (ed. Wenckio) 1, 5, 13.* Ad audientiam viri illustris comitis sacri aerarii ferro obrutus dirigatur. *Auct. Decl. cui titulus: Tribunus Marianus, 9.* An enim erat ad audientiam admittendus? F.] P Sumitur etiam generatim pro quacumque auditione. *Arnob. 3.* p. 117. Janus quem in cunctis antepositis precibus, et viam vobis pandere Deorum ad audientiam creditis. *Id. 6.* p. 192. Ita quoque convenit audientiam numinum nulli esse clausam linguae. Adde 5. p. 178. P Videtur etiam ad ipsam auditorum coronam transferri posse. *Id. 1.* p. 16. Utinam daretur in unius speciem conditionis toto orbe contracto, oratione hac uti, et in humani generis audientia collocari. P Denique sic dicitur ipsa audiendi facultas. *Prud. apud Greg. 954.* Surdis fruemdam reddere audientiam.

AUDIO, is, ivi, et ii, itum, a. 4. *αὐδαίω*, auri-bus sentio, percipio, intelligo, cognosco. *Varr. L. L. 5, 8.* a med. ducit ab *aveo*, quod auribus avemus discere semper. [*Alii ab *αὐδή*, vox, quod ab *αὐό*, clamo, hinc *αὐδαίω*, mox *αὐδαίω*, scil. vocem loquentis percipio. F.] *Ter. Ad. 2, 1, 30.* Audi si vis, nunc jam. *Id. Hec. 3, 7, 60.* Phidippe ades, audi paucis. *Id. Heaut. 2, 3, 2.* Mulier tibi adest, audin' Clinia? h. e. audisne? *Id. Ph. 1, 3, 7.* Non potius essem: fuisset tum illos mihi ae-gre aliquot dies: At non quotidiana cura haec angeret animum. *Ph. audio*, et est quaedam ironia, ut *Donat.* monet. [**Cic. Rosc. Am. 18, 52.* „Imo vero, inquit est: nam istum exheredare in animo habebat.“ *Audio*: nunc flicis aliquid. V. *Matth.*] *Cic. Att. 1, 1. ad f.* In quo, ut audio, magnum odium Pompeji suscepistis. Et *Petr. Sat. 104. extr.* *Audio*, non licere cuiquam in nave neque ungues, neque capillos deponere. *Ter. Eun. 3, 1, 32.* Plus millies audivi. *Cic. Fam. 3, 20. in f.* Te enim, ut spero, propediem censorem audiemus. [*Sic intelligendus *Cic. Leg. 3, 3, 7.* sed tamen huic amoenitati, quam ex Quinto saepe audio, Thyamis nihil concesserit. *Goerenz.* dictum esse vult

pro: laudatam audio. Sed *audire aliquid ex aliquo* est i. q. de aliqua re. Sic etiam *Catull.* 61, 129. sq. *audire aliquem loquentem desertus domini audiens concubinus amore, h. e. de amore alieno.* Sic passive. *Cic. Att.* 5, 18. *Bibulus nondum audiebatur esse in Syria.* [**Tac. A.* 4, 23. quae (copiae) ex longinquo in majus audiebantur. *Id. G.* 41, 4. nunc tantum auditur (Albis).] *Cic. Cluent.* 23. et *Orat.* 1, 61. Attente audire aliquem. *Id. Att.* 5, 17. Tamen et hoc te ex aliis audire malo. Et *Brut.* 26. *Audivi ista de majoribus natu.* Et *Or.* 3, 33. *Saepe hoc audivi de patre et de socero meo.* Et *Senect.* 13. *Saepe audivi a majoribus natu, qui se porro pueros a senibus audisse dicebant.* *Nep. Them.* 7. A quibus cum audisset, non multum superesse munitionis, etc. *Cic. Mur.* 28. *Majores natu audivi dicere.* *Id. Pis.* 28. *Audistis dici.* P. *Eleganter ei subjicitur particula cum.* *Cic. Dom.* 35. *Quis unquam audivit, cum ego de me, nisi coactus et necessario dicerem?* *Id. Or.* 2, 33. *Ex eo audivi, cum diceret, sibi certum esse, etc.* [**Id. Fam.* 3, 7. in.] P. *Audire de aliquo vel de re aliqua est etiam sermonem de re aliqua audire.* *Cic. Att.* 7, 20. *De malis nostris tu prius audis, quam nos.* *Id. Acad.* 4, 2. *Delectabatur mirifice lectione librorum, de quibus audiebat.* *Id. Senect.* 23. *Neque eos solum convenire aveo, quos ipse cognovi, sed illos etiam, de quibus audivi.* P. *Audire dicuntur iudices, qui de causa cognoscunt.* *Cic. Flacc.* 39. *Nemo illorum iudicium, clarissimis viris accusantibus, audiendum sibi de ambitu putavit.* *Senec. Ben.* 2, 12. *Audire de capite alicujus.* *Virg. A.* 6, 567. *de Rhadamantho: Castigatque auditque dolos subigitque fateri.* [**Suet. Dom.* 14. nec nisi solus plerasque custodias — audiebat (verhören).] *Jcti* hac ratione saepe usurpant. *Cic. Off.* 1, 1. *Te, Marce fili, annum jam audientem Cratippum, abundare oportet praeceptis institutisque philosophiae.* *Id. N. D.* 1, 14. *Cleanthes, qui Zenonem audivit.* *Id. Fat.* 2. *Ponere aliquid, ad quod audiam, si tibi non est molestum, volo, h. e. de quo te disputantem, et ad illud pertinentia disserentem audiam.* P. *Saepe audire est assentiri, approbare.* *Cic. Marc.* 8. *Saepe venit ad aures meas, te istud nimis crebro dicere, satis te tibi vixisse: credo: sed tum id audirem, si tibi soli viveres.* *Id. Tusc.* 1, 26. *Nec Homerum audio, qui Ganymedem a Diis raptum ait, etc.* [**Id. Fin.* 2, 28, 90. *Socratem audio dicentem.* *Id.* 5, 28, 83.] P. *Item pro exaudire, locum precibus dare.* *Id. Pis.* 19. *In quo Dii immortales meas preces audiverunt.* *Hor. Od.* 4, 13, 1. *Audire, Lyce, Dii mea vota.* *Virg. A.* 9, 65. *Auduit, et coeli genitor de parte serena intonuit laevum.* [**Oe. Am.* 1, 6, 27. *orantem nequicquam, janitor, audis.* Cf. *Burm.* ad *Eund. ib.* 2, 9, 51.] P. *Item pro obsequi, obedire (nam et obedio ab audio est).* *Cic. Att.* 7, 1. *Vellem a principio te audisse amicissimam mentem.* *Id. Phil.* 13, 3. *Nae ego istam sapientiam, quamvis sit erudita, non audiam.* *Id. N. D.* 1, 20. *Tanta imbuemur superstitione, si vos audire vellemus, ut etc.* P. *Et cum dativo Appul. Apol.* p. 326, 34. *Nefario homini ne auscultarent, sibi potius audirent.* P. *Hinc dicto audientem esse alicui est ei obtemperare.* *Cic. Verr.* 2, 5, 32. *extr. Quorum opera Syracusani nobis dicto audientes sunt, eos Syracusani dicto audientes esse jussisti.* *Nep. Ages.* 4. *Audiens dicto fuit jussis magistratum.* *Adde Eund. Lys.* 1. et *Iph.* 2, *Liv.* 5, 3, ubi *dicto audientem, et obedientem conjungit, et Cic. Verr.* 2, 4, 12. et alibi. *Putarunt quidam dici etiam alicujus dicto audientem esse, afferentes illud Nep. Dat.* 2. *Is regis dicto audiens non erat.* Sed plerique alii leg. regi. Sic *Liv. l. c.* *Nec plebs nobis dicto audiens atque obediens sit.* [**Forc.* igitur dicto tertium casum esse sumit, eaque est vulgaris opinio. *Brem.* autem ad *Nep. Lys.* 1, 2. *dicto ablat. casum esse mavult, cui assentitur Ramshorn. gr. lat. p. 201. Esset igitur haec formula ita explicanda: audientem esse alicui, quum dictum est aliquid, auf ein Wort hin. Recte autem Stallbaum. ad *Rudim.* II. p. 124. pro dativo habet. *Romani enim dicebant dicto audire, s. audientem esse; quod quum in formulam abiisset, alium etiam addebant dativum. Ceterum V. Vorst. de lat. falso susp. c. 12. et in tpp. ad *Liv.* 29, 20, 11. et nubem locorum, allatorum ab *Arntzen.* ad *Aur. Vict.* V. III. 7, 4. Nunquam genitivus pro dativo reperitur; non enim huc pertinet locus *Liv.* 8, 4. *Non Romanorum solum, sed Samnitium quoque dicto pareamus; Gronov.* enim etiam h. l. *Romanis — Samnitibus scribi vult; sed perperam.*] P. *In hac parenti significatione tribuitur figurate rebus inanimis.* *Virg. G.* 1, 514. *Fertur equis auriga, nec audit currus habenas.* *Stat. Th.* 5, 412. *clavumque audire negantem Lassat agens Tiphys.* *Ov. Met.* 5, 381. *de mille sagittis Unam seposuit, sed qua nec acutior ulla, Nec minus incerta est, nec quae magis audiat arcum.* [**Alia attulit Burm.* ad h. l.] *Plin.* 16, 43, 83. *Cornum maxime audit sorbus, carpinus, buxus, h. e. admittit, et glutino accedente facile ad-***

haeret. [**Etiam quum abest parenti significatio, de rebus inanimatis dicitur: Oe. Her.* 4, 106. et tenuis tellus audit utrumque mare. *V. Heins.* ad h. l.] P. *Interdum audire est dici, perhiberi, ea ratione, qua Graeci ἀκούω usurpant.* *Hor. Ep.* 1, 16, 17. *Tu recte vivis, si curas esse, quod audis.* Et *ib.* 7, 7. *rexque paterque Audisti coram.* [**Id. Sat.* 2, 6, 20.] P. *Hinc bene vel male audire est bonam vel malam existimationem habere, laudari, vel vituperari, εὖ ἢ κακῶς ἀκούειν.* *Facite Cicero in ambiguo ludens Tusc.* 5, 40. *Erat surdaster M. Crassus: sed aliud molestius, quod male audiebat; etiamsi, ut mihi videbatur, injuria.* *Id. Att.* 6, 1. *Qui me idcirco putant bene audire velle, ut ille male audiat; et recte facere non meae laudis, sed illius contumeliae causa.* *Id. Fin.* 3, 17. *Est hominis ingenui et liberaliter educati velle bene audire a parentibus, a propinquis, a bonis etiam viris.* *Ter. Hec.* 4, 2, 24. *Sine me, obsecro, hoc effugere vulgus, quod male audit, mulierum.* *Adde Ph. prol.* 20. et 2, 3, 12. et *Cic. Leg.* 1, 19. et alibi. Sic minus commode audire apud *Eund. Verr.* 2, 3, 58. Et male audire in aliqua re apud *Quint. Decl.* 377. in scortis reus male audio. [**et Maer. Sat.* 2, 2. *Plancus in Maevia Galla nupta male audiebat.*] P. *Elegans ellipsis est in illo Cic. Or.* 2, 70. *Cum laesisset testis Silus Pisonem, quod se in eum audisse dixisset, h. e. se audisse de crimine in eum illato. Dixerat enim Silus, se audisse, qui affirmarent, Pisonem revera crimen illud admisisse, de quo accusabatur.* P. *Audiri vel non audiri debere; audiendus vel non audiendus esse dicitur a Jctis, qui aliquid apud iudicem postulat, offert, agit, quod vel justum, vel injustum sit. Exempla passim habentur in Digestis, ut ex Papiniano 28, 6, 10. ex Paulo ib. 39, 2, 18. et ib. 4, 4, 24. et alibi. Sic non facile apud iudicem audiri, apud *Eund. Paul. Dig.* 11, 3, 14. in f. P. *Audiri pro intelligi, subaudiri.* *Quint.* 8, 5. *Eras dignus, ut haberes integram manum.* Sic enim auditur, ut depugnare. *Id.* 9, 3. *Stupere gaudio Graecus. Simul enim auditur, coepit.* P. *Audiam pro audiebam, et audibo pro audiam poetica sunt.* *Oe. Her.* 14, 36. Et tamen audiam: quodque verebar, erat. [**Id. Fast.* 3, 507. Cf. *Voss. Anal.* III, 34.] *Catull.* 84, 8. *Audibant eadem haec leniter et leviter.* *Pl. Capt.* 3, 4, 86. *Ex me audibus vera.* *Adde Poen.* 1, 2, 97., *Caecil.* apud *Gell.* 7, 17. in f. et *Enn.* et *Caecil.* ap. *Non.* 10, 11. P. *In praeterito et audieci habet et audii, ut dictum est: sic in aliis temporibus ab eo nascentibus modo v. retinet, modo abjicit. Quamquam audiveram, audivissem, audiverim, audivero, audivisse magis apud veteres in usu fuerunt, ut monet Quint.* 1, 6. et cum *secutus Diomed.* 1, p. 349.*

AUDITARE frequentativum est ab audire. *Festus:* *Auditavi, saepe audivi, ubi Scalig.* monet male in quibusdam libris legi *auditavi.*

AUDITIO, onis, f. ἀκοή, ἀκούσις, actus audiendi. *Cic. Fin.* 5, 15. *Fabellarum auditione duci.* *Id. Verr.* 2, 4, 45. in f. *Auditione expetere aliquid.* *Id. N. D.* 2, 37. *Accipere aliquid fama et auditione.* P. *Speciatim sumitur pro auditione magistrorum in scholis.* *Plin.* 26, 2, 6. *Sedere in scholis auditioni operatos gratius erat, quam etc.* *Gell.* 14, 1. *Egressus ex auditione prope adnotavi, etc.* *Id.* 19, 8. *Obire auditiones.* *Id.* 18, 2. *Easdem auditiones, eosdemque doctores colere.* *Cic.* quoque hoc sensu usurpat *Or.* 2, 30. *Usus, auditio, lectio. V. integrum loc.* P. *Ponitur etiam pro acroasi seu ipsa disputatione, quae a magistro fit.* *Gell.* 20, 5. *Has vero ἐξορμητικὰς auditiones exercitiumque dicendi eodem in loco vesperi faciebat. V. ACROASIS.* P. *Item universim pro quacumque re, quae auditur.* *Cic. Planc.* 23. *Ne fictis auditionibus, ne disseminato dispersoque sermoni fortunam innocentium subjiciendas putetis.* *Coel.* ad *Cic. Fam.* 8, 1. *Romam cum venissem, ne tenuissimam quidem auditionem de ea re accipi.* [**Jure vituperat Manut.* ad h. l. *hanc loquentem tanquam duriorum et horridiorum.*] *Caes. B. G.* 4, 5. *His rumoribus atque auditionibus permoti.* Et *ib.* 7, 42. *Levem auditionem habere pro re comperta.* *Tac. A.* 4, 11. *Falsas auditiones depellere.* P. *Pro auditu seu sensu audiendi.* *Appul. Dogm. Plat.* p. 9, 27. *Auditionem aerae naturae participem, acrius nunciis percipere sonores.*

AUDITIUNCULA, ae, f. brevis auditio, seu doctrina, quam quis audiendo didicit, ἀκουστικόν. *Gell.* 13, 19. *Auditiuncula quadam de Catonis familia aspersus es.*

AUDITOR, oris, m. ἀκουστής, qui audit. *Cic. Dom.* 24. in f. *Illi ne auditores quidem suae gloriae, ego etiam spectator meae laudis esse potuissem.* *Id. N. D.* 3, 1. *Praebere se auditorem attentum.* *Id. Brut.* 51. *Habere aliquem auditorem.* *Id. Or.* 35. *Conciliare aut erigere auditorem.* *Id. Att.* 16, 2. in f. *Bonos auditores nactus.* P. *Item discipulus.* *Cic. N. D.* 1, 7. sub f. *Nolo existimes, me adiutorem huic venisse, sed auditorem, παρονομαστικῶς.* *Id. Fin.* 5, 19. *Ptolemaeus Theophrasti auditor.* *Id. N. D.* 1, 14. *Perseus Zenonis auditor.* *Senec. Contr.* 4, 25. ad f. *Ini-*

tio contumeliae causa a deridentibus discipuli Latronis auditores vocabantur: deinde in usu verbum esse coepit, et promiscue poni pro discipulo auditor. P. Et qui librum legit, auditor quodammodo dici potest. *Varr. L. L.* 5, 1. *Atque si qua erunt ex diverso genere adjuncta, potius cognationi verborum, quam auditori calumnianti geremus morem.*

AUDITORIÁLIS, le, adj. ad auditorium et scholam pertinens, ut Scholastici auditoriales apud *Augustin.* 2. c. *Pelag. c. ult.* et *ib.* 6, 11.

AUDITORIUM, ii, n. [**neutrum adj. auditorius, a, um. Commode supplicae aedificium.*] *Proprie igitur ita dicitur locus, in quem conveniunt homines alicujus audiendi causa, ut sunt magistrorum scholae, recitantium loca; et ea in quibus sedent iudices, cum causas audiunt, etc.* *Quint.* 2, 11. *Cujus rei gratia plenum sit auditorium.* *Id.* 10, 1. *Non eandem esse conditionem litium ac disputationum, fori et auditorii, praeceptorum et periculorum.* *Suet. Tib.* 11. *Cum circa scholas et auditoria professorum assiduus esset.* *Auct. Dial. de Or.* 9. *Auditorium extruere.* *Paul. Dig.* 49, 9, 1. *Non oportet, per alium causam agi, sed ipsum adesse auditorio debere, sciendum est.* *Ulp. ib.* 4, 4, 18. *Auditorium principis.* *Paul. ib.* 42, 1, 54. *Qui ad majus auditorium vocatus est, si litem inchoatam deseruit, contumax non videtur, h. e. ad majus tribunal.* P. *Hinc etiam de auditorum turba, concione.* *Plin. ep.* 4, 7. *Nuper, adhibito ingenti auditorio, librum de vita ejus recitavit.* *Appul. Apol.* p. 320, 33. *Mox auditorio misso.* P. *Pro auditione causae, Callistrat. Dig.* 4, 8, 41. *Si temere auditorium receperit.*

AUDITORIUS, a, um, adj. ad audiendum pertinens. *Coel. Aur. Tard.* 2, 3. *Sensuales aurium viae, sive auditeriae cavernae, πόροι ἀκουστικοί.*

AUDITUS, a, um, part. ab audio, audiendo perceptus. *Hor. Od.* 3, 1, 2. *Carmina non prius Audita.* *Cic. Balb.* 6. *Cujus audita virtus dubitationi locum non daret, hujus praesens, experta atque perspecta obtrectatorum voce laedetur?* *Id. Att.* 9, 3. sub f. *Audita navicularis hominis liberalitas est.* *Tac. A.* 5, 10. *Auditum id Poppaeo Sabino.* [**Hoc particip. solvas licet per quod. Liv.* 24, 37. *intenderunt eum tot auditae prodiones, i. e. quod auditae erant.* *Id.* 6, 2. *tantum Camillus auditus imperator terroris intulerat, i. e. ipsum nomen Camilli, quod auditum erat. Eadem ratione explicandus est locus Ejusd.* 28, 26. q.] *Pl. Bacch.* 3, 3, 66. *Vidi: non ex auditu arguo, et Merc.* 5, 2, 62. *Vidistin? an ex auditu nuncias? (Quidam utroque Plauti loco auditu leg.) Vell.* 2, 25. *Audito crudelior.* [**V. Ruhnck., qui, an recte habeant haec vv., dubitare videtur.*] P. *Ablativus auditio significat re audita, vel postquam auditum est.* *Liv.* 28, 7. *Audito, Machanidam territum refugisse Lacedaemonem.* *Sall. fr.* apud *Prisc.* 18. p. 1130. [**p. 992. ed. Cort.*] *Audito, Q. Marcium in Cilicium tendere.* *Tac. A.* 14, 7. *Audito, venisse nuncium.*

AUDITUS, us, m. ἀκοή, sensus audiendi. *Cic. N. D.* 2, 57. *Auditus autem semper patet: ejus enim sensu etiam dormientes egenus.* *Plin.* 8, 32, 50. *Cervi cum crexere aures acerrimi auditus.* *Id.* 24, 11, 50. *Obtundere auditum.* *Id.* 23, 4, 42. *Auditus gravitatem discutere.* P. *In plurali numero Appul. Dogm. Plat. init.* *Auditus hominum Deorumque mulcens.* P. *Item auditio.* *Tac. A.* 4, 69. *Quoniam modo ea plurimum auditu acciperentur, h. e. a pluribus audirentur.* *Id. Hist.* 2, 59. *Brevi auditu quamvis magna transibat, impar curis gravioribus.* *Cic. Off.* 1, 10. *Si verum est Labeonem (nihil enim praeter auditum habeo) arbitrum Nolanis a senatu datum.* [**Non est h. l. substantivum, sed neutrum participii.*] P. *Ex auditu nunciare V. in praec.*

AVÉ, zavé, salve, verbum imperativi modi, quo praecipue utebantur Latini in salutationibus: quod *Sen. Benef.* 6, 34. appellat *vulgare et publicum verbum et promiscuum ignotis.* *Videtur autem significare vive, si verum docent Etymologi, et duci ab Hebraeo וָיָה, quod est vivit.* [**Döderl. Syn.* etc. I. p. 27. sq. et *Grotef. gr. lat.* II. p. 199. non idem esse verbum putat *ave* et *avere*; et ille quidem *ave* et *salve* unum atque idem habet vocabulum, comparans *Suet. Cl.* 21. *Ave* esse leniorem dicit formam; *salve* pleniorem. V. ipsum. Sane vix aliquis dixerit, quomodo *avere*, i. e. optare in imperativo significet i. q. salve. *Festus* enim, qui dicit esse *avere* i. q. gaudere (V. AVEO in f.) non est audiendus; excogitavit enim, quod *ave* et *Gr. zavé* ejusdem sunt significatus. *Grotef.* autem, ut *aveo* idem esse putat quod *avo*, *avio*, i. e. anhele, anhelando appeto: ita *aveo* unde *ave* ortum putat ab *aféw*, unde *aféw*, *aféw* s. *aféw*, i. e. crescere, valere.] *Est autem defectivum verbum, cujus personae usitatae in subjectis exemplis apparent.* *Cael.* ad *Cic. Fam.* 8, 16. *Dicere alicui ave.* *Mart.* 3, 95. *Nunquam dicis ave, sed reddis, Nae vole, semper.* *Cat. ap. Sall. Cat.* 36. *Aveto.* *Mart.* 3, 5. *Marcus avere jubet. (Aveo, avebo, avere huc pertinentia V. in AVEO.)* P. *Praecipue autem adhibebatur in salutationibus matutinis amicorum*

et clientum. Nam in vespertinis dicebant *vale*, *vyl-are*, ut *Suet. Galb.* 4. docet. *Mart.* 1, 56. Et matutinum portat ineptus *ave*. *Id. ib.* 109. Mane tibi pro me dicat *avere liber*. *Id.* 4, 79. nec ulla cathedra est, Cui non mane feras irrequietus, *ave*. Adde 7, 39. *P* Dicebant *ave* etiam mortuis, quem admodum et *vale*. *Catull.* 101, 10. Atque in perpetuum, frater, *ave*, atque *vale*. *Inscr. ap. Grut.* 735, 6. *Avete* animae innocentissimae. Adde *ib.* 649, 2. In illo *Mart.* 9, 8. non vis, *Afer*, *avere*, *vale*; *avere* accipiendum est eo sensu, quo vivos salutamus; *vale* eo, quo mortuos. *P* Est etiam festiva ambiguitas ap. *Suet. Claud.* 21. ubi narrat, commissa a Claudio naumachia, cum naumachiarum ante pugnam proclamasset: *Ave Imperator: morituri te salutant*: isque respondisset, *Avete vos*; recussasse illos post hanc vocem dimicare, putantes se ab eo esse dimissos venia pugnandi data: (Non solum enim accedenti alicui *ave* dicere mos fuit, sed etiam discedenti. [*Sive, ut *Brem.* explicat: referebant illi *avete* vos unice ad voc. *morituri*, ideoque interpretabantur per *vivite!*]) Sed Claudius ad morem salutandi mortuos respexerat; illisque pugnae ac morti proximis dixerat *avete vos*. *P* Scribitur et *have* cum aspiratione, et quidem saepius, quam sine ea, in antiquis monumentis, ut monet *Manut. Orthogr.* allatis tredecim veteribus lapidibus, quibus adde alios ap. *Grut.* 661, 6, 822, 7, 1123, 2. et alibi. Favet enim Hebraica vox *אָוֶה*, quae primam litteram aspiratam habet. Adde *Quintilian.* aetate *havē* receptum fuisse, *avē* autem obsoletum, qui reprehendit 1, 6. multum literatum, qui sine aspiratione, et producta secunda syllaba salutavit *avē*. Nihilominus aspirationem abjiciendam putat *Dausy. in Orthogr.*, cujus sententiam, praeter cetera, usus communior, qui nunc est, confirmare videtur. [*Cf. *Grotef. gr. lat.* II. p. 168.]

AVECTUS, a, um, part. v. *aveho*, *ἀναγίς*, alio vectus. *Pl. Mil.* 2, 1, 38. Ubi amicam herilem Athenis aVectam scio. *Tac. A.* 6, 34. Iason post aVectam Medeam etc. *Virg. A.* 11, 205. AVecta corpora. *Liv.* 5, 51. sub f. Sacra, aVecta in finitimas urbes, amovimus ab hostium oculis. *P* Item qui alio discessit et recessit. *Virg. A.* 2, 43. Creditis aVectos hostes? *Sil.* 6, 240. Catervae longius aVectae. *P* Scribitur et *Abvectus*.

AVEHO, is, exi, ectum, a. 3. *ἀναγίς*, abduco, alio veho. *Pl. Rud.* 3, 6, 24. Eam hinc abduxisti. *La.* non: *avexi*. *Id. Bacch.* 4, 1, 2. Amicam secum *avexit* ex Samo. *Id. Men.* 5, 9, 56. *Avēre* aliquid a patria. *Id. ib. prol.* 27. aliquid am mercatum. *Liv.* 45, 33. aliquid domum. *Stat. Th.* 6, 188. juvenum duras *avexit* pastor ad aras. *Tac. H.* 5, 3. *Avēre* in alias terras. *P* Et omnia praepositione. *Virg. A.* 1, 516. penitusque alias *avexerat* oras. *Liv.* 31, 43. a med. Equites mercede conductos Aegyptum *avexit*. *P* Absolute sine loci indicatione. *Iust.* 20, 2. Obtentoque quod petebant, haud secus laeti, quam si Deos ipsos secum aVecturi essent. *P* *Avēhi* ex proelio, a proelio recedere. *Liv.* 27, 16. Cum citato equo ex proelio aVectus esset. [*Dicunt enim *equo vehi* et *avēhi*.] *P* Scribitur et *abveho*. Testatur enim *Pierius* ad *cit. Virg. loc.* in omnibus fere codd. quos vidit, *abvexerat* se legisse. *P* [*Saepe commutantur *avēre* et *abvehere*. V. intpp. ad *Sil.* 4, 318. *avēre* et *auferre* V. *Arntzen.* ad *Aur. Vict.* V. III. 35, 9.]

[**AVEJAS**, atis, omn. gen. adj. ad *Avejā* pertinens, dirutum oppidum Vestinorum a *Sil.* 8, 518. memoratum, prope urbem, quae nunc *Aquila* vocatur. *Inscr. ap. Donat.* 457, 1. C. Sallio C. F. Quir. Proculo patrono Decur. et pop. *Avejatium Vestinorum.* F.]

AVELLANĀ, ae, f. *λεπτοκόρυφος*, parvae nucis genus, molli barba protectae, putamen habentis et nucleum solidae rotunditatis, et in medio nucleo intus germen, velut umbilicum. [**Eine Art Haselnuss.*] Ita *Plin.* 15, 22, 24. describit. Sunt etiam avellanae putamine et nucleo oblongo et ex crasso in acutum desinente. *Auct. Priap.* 51. Nucemve longam, quam vocant avellanam. *P* *Maer.* 2, 14. docet avellanam esse fructum arboris, quae dicitur *corylos*, quod et *Servius* admittit, ad illud *Virg. G.* 2, 65. Plantis et duras coryli nascuntur etc. Sed *Harduin.* ad *l. Plin. c. et Dalecamp.* in not. ad *Hist. plant. Theophr.* id negant, affirmantes avellanam quam coryli specialius nomen esse. Porro avellana, ut *Plin. ib.* scribit, primum dicta est *Abellina* ab *Abellino* Campaniae oppido (de quo idem *Plin.* 3, 5, 9. verba facit) ubi abundat. *Servius* autem *l. c.* tradit dictam esse ab *Avellano*, altero ejusdem Campaniae oppido: quod est id. q. *Abella* ap. *Virg. A.* 7, 740. et *Acella* ap. *Sil.* 8, 513. ut est in quibusdam libris. Dicta est etiam *Praenestina*, teste *Maer. l. c.* Hinc natio quaedam hominum circa Praenestinum agrum *Carsitani* vocati sunt, *ἀπό τῶν καρσίων.* *Plin.* tamen 17, 13, 21. avellanas nucea a Praenestinis distinguit. Appellatur etiam *Pontica nux*, quia in Asiam Graeciamque ex Ponto advenit, ut *Plin. c. l.* 15, 22, 24. narrat. *P* Haec vox adjectiva est, et cum abso-

Tom. I.

lute ponitur, *nux* intelligitur. *Plin.* 37, 4, 15. Avellanae nucleus. *Id.* 16, 30, 53. Quaedam arbores sunt fructuosi generis, ut paliius, myrtus, item *nux avellana*. Apud *Scribon. Compos.* 167. legitur *nux Abellana*.

AVELLO, is, avulsi et avelli, avulsus, a. 3. *ἀνορύσσω*, vi vello, abstraho, divello. *Cic. Senect.* 19. Poma ex arboribus, si cruda sunt, vi avelluntur; si matura et cocta, decidunt. *Id. Verr.* 2, 4, 49. in f. Simulacrum e sinu Cereris avellendum asportandumque curavit. *Lucan.* 9, 764. scem Avulsitque manu, piloque adfixit arenae. *Al. leg. avellitque.* *Cart.* 5, 6, 5. Abrupta simulacrorum membra, ut quisque avellerat, trahebat. *Ter. Heec.* 4, 1, 39. Avellere sese ab amica derепente. [**Or. Trist.* 1, 3, 81. non potes avelli! simul, ah, simul ibimus ambo.] *Cic. Font.* 17. Filium de complexu matris avellere atque abstrahere. *Tac. A.* 1, 44. Avellere milites castris. [**Id. ib.* 4, 20. libertatem Augusti, i. e. ab Augusto datam adimere.] *Stat. Th.* 3, 299. ense dextra. Et *Virg. A.* 2, 165. sacro templo Palladium. *Prop.* 4, 1, 118. Quam vetat avelli veste Minerva sua. *Plin.* 7, 15, 13. Bitumen non quit sibi avelli. *Appul. Met.* 1. Cor ipsum mihi avelli putavi. *P* [**Tropice.* *Cic. Tusc.* 4, 11. aegrotatio avelli non potest. *Id. Off.* 3, 21. ab errore avelli.] *P* Est etiam auferre. [*In his quoque proprie dicitur.] *Ter. Eun.* 3, 3, 14. Credo ei placere hoc (rus): sperat a me avellere. *Marc. Dig.* 23, 7, 17. Fundus emptori avelli non potest. *Ulp. ib.* 40, 7, 3. Avelli nummi ei, qui accepit, non possunt.

AVENA, ae, f. *βόσχος* vel *βόσχος*. Duplex est: altera sativa et esculenta, quae jumentis in cibum datur, folio et stipula tritico similis: cujus serendae rationem *Colum.* 2, 11. tradit. Hujus meminit *Virg. G.* 1, 77. Urit enim lini campum seges, sprit avenae. Adde *Hor. Sat.* 2, 6, 84. *P* Altera est sponte nascens ac sterilis, eadem fere forma cum sativa, nisi quod asperiores longioresque aristas habet, et in folliculis fere vacuis semen evanidum. Haec inter vitia segetum enumeratur. *Virg. G.* 1, 154. interque nitentia culta Infelix lolium et steriles dominantur avenae. *Cic.* quoque hujus meminit *Fin.* 5, 30. De utraque V. *Plin.* 18, 17, 44. *P* Sumitur etiam pro culmo sine stipula cujuscumque herbae. *Plin.* 19, 1, 1. de lino: Tam parvo semine nasci, tam gracili avena, tam non alte a tellure tolli. *Id.* 24, 18, 103. Eriphiam multi prodiderunt. Scarabaeum haec in avena habet sursum deorsum decurrentem cum sono haedi: unde et nomen accepit. *Scilicet isquor parvum haedum significat.* *P* Item pro fistula, tibia. Nam avenae calami intus vacui sunt, ut arundinum. Hinc *Plin.* 6, 30, 35. scribit, quoddam hominum genus uno tantum foramine spirans, potum calamis avenae trahere. Et *Tibull.* 3, 4, 71. pellucenti cantus meditar avena. *Virg. Ecl.* 1, 2. Silvestrem tenui musam meditaris avena. *Or. Met.* 2, 677. et structis cantat avenis, h. e. calamis inaequalibus in unum compactis. *Sic ib.* 8, 191. Sic rustica quondam Fistula disparibus paulatim surgit avenis.

AVENACEUS, a, um, adj. qui est ex avena. *Plin.* 22, 25, 67. Avenacea farina decocta in aceto naevos tollit. Adde 30, 8, 22.

AVENARIUS, a, um, adj. ad avenam pertinens. *Avenaria* cicada, item frumentaria dicitur a *Plin.* 11, 26, 32. genus cicadae apparens simul cum frumentis arese-antibus.

AVENDO, onis, oppidum Liburniae. *Tab. Pent. et Anton. Itin.* *Overdo* est apud *Strabonem* in MSS. B. A.

AVENIO et Avenion, onis, *Αβενιόν*, Galliae Narbonensis oppidum, in regione Cavarum vel Cavarorum, hodie *Avignon.* *Meta* 2, 5. *Plin.* 3, 4. *P* *Avennio* est *Tab. Pent. B. A.*

AVENNICUS, a, um, ad Avennonem pertinens. *Sidon. ep.* 6. ep. ult. B. A.

AVENS, tis, partic. ab *aveo*, cupiens, cupidus. *Or. Met.* 2, 593. propiusque accedere aventi Vulcanio fuerat fixurus pectora telo. *Val. Fl.* 2, 123. Talem diva sibi scelerisque dolique ministram Quae-rit avens. *Aur. Vict. Caes.* 3. Caligula aventibus cunctis deligitur. *Avens pro libens* usurpavit *Lacinius* ap. *Gell.* 19, 7. [*Cf. AVEO.]

AVENTER, adv. cupide. *Amnian.* 18, 5. et 19, 9. *Aventer* suscipere aliquid. *Sidon. ep.* 2, 2. Contubernio nostro *aventer* insertus.

AVENTIĀ, f. peculiaris Dea Aventicensium in Helvetia. *Inscr. ap. Grut.* 110, 3. Deae Aventiae T. Tertius Severus . . . cui incolae Aventicens. tabulam argenteam posuerunt. Alia apud *Eund.* 319, 10. Julia Alpina Deae Avent. sacerdos.

AVENTICENSIS, se, adj. ad Aventicum pertinens, Helvetiorum oppidum, nunc *Avenches*. [**Tac. H.* 1, 68. *Amnian.* 15, 27. *Anton. Itin.* et *Tab. Pent. B. A.*] *Inscr. ap. Murat.* 1102, 5. Hanc pecuniam incolis Coloniae Aventicensium dari volo. Alia apud *Grut.* 110, 2. Incolae Aventicens. F.]

AVENTINENSIS et Aventiniensis, se, adj. ad Aventinum pertinens. *Festus* in *Nesi.* Ara Dianae Aventinensis. *Val. Max.* 7, 3. n. 1. Aventiniensi Dianae immolare, h. e. quae in Aventino monte

templum habet. *Inscr. ap. Grut.* 39, 5. Porticus Minervae Aventinens. *P* [Est quoque cognomen Romanum ab incolatu in Aventino. *Inscr. ap. Grut.* 290, 2. Cn. Genucius Aventinensis. F.]

AVENTINUS, a, um, ad Aventinum montem pertinens. *Ov. Fast.* 3, 82. Aventina humus. Et *ib.* 728. arx. *Id. Fast.* 3, 329. silva. *Id. ib.* 4, 67. Aventinae herbae. *Prop.* 4, 1, 50. Remus Aventinus; scil. quia in Aventino auspiciatus fuit de urbe condenda, deque ejus imperio obtinendo, ut *Fest.* in *Remurinus* et *Liv.* 1, 6. docent. *P* [*Vicus Aventinus* dictus olim, qui nunc *Voghenza* appellatur, a Foro Alieno, nunc *Ferrara*, urbe Italiae ad Padum sita, decem mill. pass. remotus, orientem versus. *Inscr. ap. Grut.* 1102, 5. M. Vettio M. F. An. Valenti Caesaris Nerv. Trajani Opt. Aug. Ger. Dacici Part. II. Vir. Quinq. Praes. (*corrige* Praef.) Flamini, Auguri, patrono Coloniae Vicani Vici Aventini optimo civi, patrono suo. V. *Baruffaldi, Osservaz. intorno al Vico Aventino.* Ferrara. 1810. F.]

AVENTINUS, i, m. et Aventinum, i, n. unus e septem collibus urbis Romae, a Tiberi, a quo aluitur, secundum Velabrum et Appiam portam, ad portam usque Capenam excurrentem, et ab ea conversus usque ad portam Ostiensem pertingens, indeque ad Tiberim rediens: longior, quam latior et angusta valle divisus duos vertices extollens. Quidam ita dictum putant ab *avibus*, quod eo se ab Tiberi ferrent aves: alii ab Aventino Albanorum rege, qui fuit filius Romuli Silvii, ibique sepultus est: alii ab adventu hominum, quod commune Latinorum ibi Dianae templum sit constitutum. Ego maxime, inquit *Varr. L. L.* 4, 7. ubi eas opiniones refert, puto ab adventu. Nam olim paludibus mons erat ab reliquis disclusus: itaque eo ex urbe qui advehebantur ratibus, quadrantem solvebant. Idem tamen *Varr. De vita pop. Rom.* apud *Ser.* ad *A.* 7, 657. tradit Sabinos a Romulo in civitatem acceptos, hunc montem primos incoluisse, et ab *Avente* fluvio provinciae suae denominasse. *P* Quando masculino genere effertur, additur vox *mons* vel certe intelligitur. Absolute usurpatur etiam neutro genere. *Hor. Ep.* 2, 2, 69. Extremo in Aventino. *Liv.* 1, 33. Ut jungeretur Palatio Aventinum. *Id.* 3, 67. Aventinum capitur. *P* Fuit etiam *Aventinus* unus ex filiis Herculis. *Virg. A.* 7, 656. satus Hercule pulcro Pulcher Aventinus.

AVEO, es, a. 2. verbum defectivum, *ἀειδίω*, *ᾄδω*, cupio, concupisco. [*Derivat *Grotef. gr. lat.* II. §. 199. ab *άω*, *άω* i. e. anhelu, anhelando appeto.] Usurpatur fere cum alterius verbi infinito: raro cum accusativo. *Cic. Att.* 1, 15. Aveo scire quid agas. *Id. Fin.* 2, 14. Etiam quid in coelo fiat, scire avemus. *Id. Att.* 2, 18. Quam suspensus animo scire averes, quid esset novi. *Tac. A.* 4, 71. Avebat animus antecire. *Colum.* 3, 21. Si capere fructum aveat. *Lucr.* 3, 1096. dum abest, quod avemus. *Hor. Sat.* 1, 1, 93. finire laborem incipias, parto, quod avebas. *Cic. Att.* 15, 11. ad f. Aveo genus legationis, ut cum velis introire, exire liceat. *Sil.* 9, 371. Aspera semper avens. *Al. leg. amans.* *P* Pro valere, usurpavit *Mamertin. Gratiar. act. ad Julian.* Cum enim eum salutans Imperator dixisset *Ave consul amplissime*, respondit is c. 29. Aveo plane, Imperator et avebo. Neque enim eventus esse potest optati hujus ambiguus, cum is avere jubeat, qui jam fecit, ut avirem. *P* Scribitur et *haveo* cum aspiratione: sed sine ea est usitatus. *P* Si *Paulo* credimus *Festi* epitomatori, significat etiam gaudere. [*V. AVE.] *P* *Ave* in salutationibus, V. supra suo loco. *P* [*Saepe confunduntur *avere* et *amare*. V. *Bentl.* ad *Hor. Ep.* 1, 14, 9. et *Drak.* ad *Sil.* 1. l. et 12, 451. — et *habere*, *id. ib.* 15, 373. et 16, 209.]

AVERNĀLIS, le, adj. ad Avernum pertinens. *Hor. Epod.* 5, 26. Spargens Avernales aquas. *Or. Met.* 5, 540. Avernales Nymphae. *Stat. Silv.* 2, 6, 101. Avernales Najades. *Prop.* 4, 1, 49. Avernalis tremulae cortina Sibyllae, h. e. quae apud Avernum lacum habitavit.

AVERNUS, a, um, adj. *Avernus locus* dicitur, unde teter exhalat odor et ubi aves non degunt: ab a privativa et *ἀγρός*, avis. *Lucr.* 6, 738. Nunc age Averno tibi quae sint loca cumque, lacusque, Expediam; quali natura praedita constant. Principio quod Averno vocantur, nomen id ab re Impositum est, quia sunt avibus contraria cunctis, etc. Adde *Sil.* 6, 154. *P* Speciatim dicitur de Averno lacu Campaniae. *Virg. G.* 2, 164. Tyrhenuisque fretis immittitur aestus Avernus. *Id. A.* 6, 118. et *ib.* 564. Luci Avernus. *Or. Met.* 10, 51. Avernus valles. *P* Item de ipsis Inferis. *Virg. G.* 4, 493. Stagna Averno. *Sil.* 15, 76. Tenebrae Avernus. *Or. Met.* 14, 114. et *Sil.* 13, 601. Juno Averno, h. e. Proserpina.

AVERNUS, ni, m. *Άγρος*, lacus est in Campania, teste *Plin.* 3, 5, 9. apud antrum Sibyllae Cumanae, Cumis, Bajis et Puteolis proximus, Lucrinoque olim junctus: qui nunc dicitur *lago d' Averno* et *lago di Tripergola*. Ejus aquae densis operatae silvis adeo putentes olim fuerunt, ut supervolitantibus aves odore gravi exanimatae deciderent,

ut Varro docuit apud Plin. 31, 2, 18. et Lucr. 6, 738. Unde nomen ab a privativa et avis, avis, quia nullae ibi aves degerent. Cic. Tusc. 1, 16. Inde in vicinia nostra Averni lacus. Hinc fabulantur poetae, esse ibi descensum ad Inferos: ipsumque Avernum pro Inferis ponunt. Mart. 7, 46. taciti regnator Averni, h. e. Pluto. Ov. Amor. 3, 9, 27. Hunc quoque summa dies nigro submersit Averno. Lucan. 6, 636. Extractus Stygio populus pugnasset Averno. Claud. Rapt. Pr. 1, 116. Fulgidus umbroso miscbitur axis Averno. In plur. num. Virg. A. 7, 91. atque imis Acheronta affatur Avernis. P Interdum poetica libertate confunditur cum Acheronte et Styge, ut in ACHERON ex Servio adnotavimus. Stat. Th. 11, 588. pigri sulcator Averni, h. e. Charon. P Narrat idem Serv. ad A. 3, 442. lacum Averni ab Augusto fuisse purgatum, excisisque circa silvis salubrem redditum et amoenum: quod colligitur etiam ex Mart. 1, 63. P Id. Serv. ib. docet, hanc vocem in plurali numero neutrius generis esse, quia dixit ibi Virg. et Averna sonantia silvis. Et A. 3, 732. Averna per alta. Sed ibi subaudiendum est loca; est enim adjectivum. V. v. praec. P Avernus ipse pro Deo est habitus et simulacro honestatus. Serv. ad Virg. G. 2, 162. simulacrum Avernisudasse memorat.

AVERRO, ris, erri, ersum, a. 3. verrendo amoveo: et translate aufero, asporto. Licin. Maecr. ap. Prisc. 10. p. 900. Quos oportuit amissa restituere, hisce etiam reliquias averrerunt.

AVERRUNCASSO, V. in v. seq.

AVERRUNCO, as, a. 1. ἀπορρίπτω, averto, de-tillo, prohibeo, ex ab, et verrunco, verito. Dicitur fere de malis, quae averti a nobis optamus. [*V. quae de h. v. disputavit Gron. ad Liv. 29, 27, 2.] Cato R. R. 141. Uti calamitates intemperiasque prohibebis, defendas averruncesque. Cic. Att. 9, 2. Contra igitur? Dii, inquis, averruncent. Liv. 8, 6. Placuit averrunceandae Deum irae victimas caedi. Id. 10, 23. Eo anno prodigia multa fuerunt: quorum averrunceandorum causa supplicationes in biduum senatus decrevit. Arnob. 1, p. 18. Haec procul a nobis averrunceat amentia. P Averrunco, is, antique pro averruncevero, is, ut leasso, impetrasso, etc. Pacuv. apud Fest. in Verruncent, et Varr. L. L. 6, 5. a med. Dii monerint meliora, atque amentiam averrunceant tuam. Non. 2, 49. haec verba Lucilio tribuit: at 10, 22. Pacuvio. P Averrunceat futurum est infiniti antiquis usitatum, ut impetrassere, expugnassere, et alia. Pacuv. ap. Non. l. c. Possum ego istam capite cladem averrunceat? Ubi notandum est ablativus omnia praeposit, quae inest in ipso verbo. Simul advertendum modus hic conjungendi futurum infiniti cum verbo possum, per archaisimum non imitandum.

AVERRUNCUS, i, m. ἀπορρίπτης, qui mala depellit, avertit, arcet: et ita dicebatur a Latinis Deus malorum depulsor. Varr. L. L. 6, 5. ad f. A verrendo, averrunceat: ut Deus, qui iis rebus praest, averrunceat. Itaque ab eo precari solent, ut pericula avertat. Gell. 5, 12. in f. In istis autem Diis, quos placari oportet, uti mala a nobis, vel a frugibus natis amoveantur, Averrunceus quoque habetur et Robigus. [*De hoc voc. alii aliter. Faciunt agricolae Deum, cui sacra facta, quando runcantur, i. e. a terra auferuntur fruges, a raucis s. raucina. Alia V. ap. Gron. l. l.]

AVERSABILIS, le, adj. dignus quem aversemur, fugiendus, abominandus, ἀπειθός, ἀνοήτος. Lucr. 6, 389. Scelus aversabile. Quidam leg. aversabile, sed minus recte. Arnob. 7, p. 249. Aversabilis foeditas.

AVERSATIO, onis, f. actus aversandi, recusatio, fastidium, ἀπορρίπσις. Quint. 8, 3. Mihi cernere videor et deformes utriusque blanditias, et eorum, qui aderant, tacitam aversationem ac timidam verecundiam. Senec. Tranq. 2. a med. Aversatio alienorum processum, et suorum desperatio.

AVERSATRIX, icis, f. quae aversatur atque odit. Tert. Anim. 51. Non reliquis animae adulatrix, sed crudelitatis aversatrix.

AVERSATUS, a, um, partic. ab aversor, aris. Ov. Pont. 3, 5. afflictum non aversatus amicum. P Passiva significatio. Aur. Vict. Epit. 28. Petulantius cachinantem vultu notare aversato.

AVERSIM, adv. avertendo. Cl. Mamert. de statu anim. 1, 25. Duabus paribus lineis sive aversim positus, sive a capite contingentibus figura non clauditur. Al. leg. aversim, h. e. ex adverso. [*Ut apud Jul. Valer. res gest. Alex. M. 1, 4. Una cum dictis aversim Philippum discumbit. B. A.]

AVERSIO, onis, f. ἀπορρίπσις, fastidium, nauseatio. Arnob. 7, p. 231. Aversionibus stomachorum Dii laborant, et ad expellenda fastidia caporum varietas quaeritur, ut modo his assa, modo cruda ponantur, semicocta modo et semicruda. P Est hoc nomine figura rhetorum, quae a proposita quaestione abducit audientem, ut in illo Virg. A. 4, 425. Non ego cum Danais Trojanam excindere gentem Aulide juravi. Est hoc schema species quaedam apostrophes, et fit multis et variis figuris, cum aut aliud expectasse nos, aut majus aliquid timuisse simulamus, aut plus videri posse ignoran-

tibus, quale est prooemium pro Coelio. Haec ex Quint. 9, 2, 38. [*Cf. Aquila Rom. p. 15. qui similiter explicat, et exemplo utitur Cic. Rosc. Am. 49. Rogat oratque etc. V. Ernest. lex. rhet. p. 37. sq.] P Apud Jctos aversione, vel per aversionem emere vel vendere est aliquid simul et acervatum uno pretio emere vel vendere, sive illud sit unius tantum generis, v. gr., vinum in multa quantitate; sive plurium generum, ut supellex aliqua, instrumenta domus, et hujusmodi: ἀρτίθρα ή ποιητήν ἀθρόως ή οράδι; quod facere solebant sectores, qui, ut ait Ascon. in Ferr. 2, 1, 23. extr., bona contemptorum semel auctionabantur, proque iis pecunias pensabant singulis; ac postea pro compendio suo singulas quasque res pecunia populo venditabant. De hac re multa Caj. Dig. 18, 1, 35. Videtur autem Hotomano hac notione aversio non ab avertendo, sed ab averrendo deduci: quia omnia simul uno tempore quasi verruculo averruntur. Modestin. Dig. 18, 1, 62. Res aversione empta, vel si non dolo venditoris factum sit, ad periculum emptoris pertinet. Ulp. ib. 6, 4. Vno per aversionem vendito finis custodiae est averhendi tempus. P Aversione vel per aversionem locare aut conducere aliquid est ita locare vel conducere, ut non per partes vel mensuras, sed universim locetur aut conducatur. Verbi gratia, si navem amphorum duorum millium aversione conduxisti, pro duobus millibus pretium debes: si pro numero positurum amphorum merces constituta est, contra se habet; nam pro tot amphoris pretium debes, quot portasti, inquit Labeo Dig. 14, 2, 10. ex Paulo. Simili ratione opus aliquid aversione conductum, donec approbetur, conductoris periculo est. Quod vero ita conductum sit, ut in pedes mensurasve praestetur, eatenus conductoris periculo est, quatenus admensum non sit. Ita Florent. ib. 19, 2, 36. Sic Ulp. ib. 14, 1, 1. Navem a domino pro aversionem conducere. P Sunt qui has locutiones ita explicant, ut aversione vendere vel locare dicatur is, qui rei venditae vel locatae periculum omne a se in emptorem vel conductorem avertit: et aversione emere vel conducere, qui rei emptae, vel conductae periculum omne in se suscipit. Sed eodem recidit. Nam qui in universum aliquid vendit aut locat, nullum ejus rei periculum praestare solet: et qui ita emit, in se recipere consuevit. Sunt etiam qui aversionem malunt, ut aversione emere significet emere aliquid eo jure, ut omnis ejus rei fructus in eminenti commodum vertantur. Atque in hunc sensum trahunt locum Tert. adv. Marc. 2, 13. quem tamen alii aliter applicant. Sed in optim. edd. Dig. Torrentini, Haloandri et aliis aversio, non aversio constanter legitur. P Denique aversio sumitur pro animo averso, odio, Dictys B. Trojan. 4, 18. Non metu mortis se patriam deserere, sed Deorum coactum aversione. Auct. B. Hisp. 22. Ex aversione legatos jugularunt. Al. aliter leg.

AVERSOR, aris, atus sum, dep. 1. ἀπορρίπτω, ἀπορρίπτοις, vultum alio verito, et fastidium aut indignationem significo: et generatim refugio, recuso, abominor. Cic. Verr. 2, 2, 76. Quaereret inceptimus de Carpinatio, quisnam esset is Verrucius: haerere homo, aversari, rubere. Al. leg. aversari: al. versari. Id. Cluent. 63. Aversari advocati et jam vix ferre posse. Liv. 8, 7. Exemplo filium aversatus [*i. e. videre noluit, rejecit. Id. 3, 12. alii aversabantur preces, i. e. effugiebant; non ut Scheller. explicat: abominabantur. q.] Or. Pont. 2, 3, 5. afflictum non aversatus amicum. Id. Fast. 1, 5. Aversari honores. Tac. A. 14, 51. aspectum alicujus. Liv. 3, 12. in f. preces. Suet. Tib. 27. adulationes. Curt. 8, 10. imperium, h. e. detrectare. Id. 6, 7. scelus. Or. Am. 3, 11, 38. crimina. P [*Permultis in locis aversari et aversari a librariis permiscetur. Videtur enim medio aevo moris fuisse, ut ubique scriberent aversari et utroque voc. promiscue uterentur. V. Ernest. ad Tac. Hist. 1, 1.]

AVERSOR, oris, m. qui aliquid avertit, et interceptit. Cic. Verr. 2, 5, 58. Verres aversor pecuniae publicae.

AVERSUS, a, um, partic. verbi averto, ἀπορρίπτοις, i. e. in aliam partem conversus. Plin. 2, 80, 82. Aversus fluminum cursus. Id. 4, 12, 26. sol. Colum. 12, 4. locus a sole. Liv. 2, 8. in f. Aversus a proposito, h. e. digressus, seu omittens id, quod agebat. Id. 40, 57. in f. Romanis aversis in Bastarnarum bellum, recuperaturum se quae amisisset. Et 43, 18. Ne quid, averso se in Romanum bellum, periculi subisset. P Pecunia aversa dicitur quae in alios usus insumpta est, ac destinata erat, ablata, intercepta. Cic. Verr. 2, 1, 13. Aversa pecunia publica. Sic Id. ib. 2, 3, 69. in f. Innumerabilis frumenti numerus aversus a republica. Huc pertinet oneris aversi actio apud Jctos: et dicitur ea, quae datur adversus nautam, cujus in nave onus seu sarcina aliqua ejus culpa interversa ac surrepta sit. Alf. Dig. 19, 2, 31. An ceteri pro sua parte frumenti cum nauta agere possent oneris aversi actione, etc. P Est item aversus, qui in posteriorem partem versus est: cui

opponitur adversus. Cic. Fam. 15, 4. Cum viderem copias a Cappadocia aversas, h. e. quae terga verterent Cappadociae, et ab ea discesserant. [*Liv. 31, 14. adeo turbati erant, ut quosdam Consul — aversos in hostem verterit, i. e. quaerentes fugam.] Galba ad Cic. Fam. 10, 30. Aversos hostes aggredi, i. e. tergo. [*Caes. B. G. 1, 26, 2, 26. Sil. 7, 595. Sed Caes. B. C. 2, 12. milites aversi a proelio sunt ii, qui non amplius pugnant. V. infra.] Et Virg. G. 4, 423. juvenem in latebris aversum a lumine Nympha Collocat. Id. A. 6, 224. subjectam more parentum Aversi tenere facem. Pl. Rud. 1, 2, 87. Aversus dextroorsum. Plin. 8, 36, 54. Ursi arborem aversi derepunt. [*Prop. 4, 9, 12. aversos cauda traxit in antra boves.] Plin. 11, 37, 47. et ib. 52, 113. Aversa pars capitis, h. e. occiput. [*Suet. Ner. 48. ad aversam villae parietem evasit; aversae opp. adversa. Tac. A. 1, 66. aversa hosti porta.] Plin. 7, 2, 2. Homines aversis post crura plantis. Id. 36, 15, 24. n. 8. Theatra duo inter se aversa, h. e. a postica parte se respicientia. Juven. 6, 475. Si nocte maritus Aversus jacuit, h. e. tergum vertens. Mart. 11, 43. Briscis multum quamvis aversa jaceret. [*Huic simile est ap. Ov. Her. 12, 63. disjectamque comas aversaque in ora jacentem invenit, i. e. ore in culcitis condito vel abditto, ut facere solent pudore et moestitia agitati.] P Item inversus. Val. Fl. 4, 332. averso siccabat vulnera caestu. Plin. 11, 45, 103. et 28, 4, 11. Aversa manus. Mart. 8, 62. Scribere in charta aversa, h. e. in tergo, ut ait Juven. 1, 6. P Aversum, si, absolute. Liv. 37, 27. Ad aversa insulae trajicere. Vell. 2, 63. Per aversa castrorum. [*V. Ruhnck.] Plin. 4, 11, 18. Aversa montis. Id. 37, 8, 33. Aversa Indiae, h. e. ultimae et longinquiores regiones Indiae. Id. 11, 45, 101. Suffraginum aversum in aversum. Et ib. 47. Circumagere collum in aversum. P Translate significat alienum, abhorrentem, iratum, inimicum, contrarium. Virg. A. 2, 170. fractae vires, aversa Deae mens. Id. ib. 12, 647. Aversa voluntas. Hor. Sat. 1, 5, 29. aversos componere amicos. [*Liv. 37, 7. virum sicut ad cetera egregium, ita a comitate, quae sine luxuria esset, non aversum.] Id. 24, 26. Aversis auribus animisque. Petr. Sat. 141. Stomachus aversus, h. e. cibum fastidians. Tac. H. 4, 80. Aversus animus. [*Id. A. 14, 26. aversi nobis animis.] Cic. Tusc. 4, 15. Motus aversi a ratione et inimicissimi mentis. Cic. ad Brut. 1, 16. Dii aversi a salute populi Romani. Id. Arch. 20. Aversus a musis. Id. Cat. 3, 9. Aversus a vero. Id. Att. 11, 5. in f. Aversissimo animo esse ab aliquo. Senec. Ira 2, 24. Vultus aversior. Id. ep. 50. Aversissimus ab istis prodigiis sum. Et omnia praeposit. quae inest in ipso verbo. Hor. Sat. 2, 3, 107. Aversus mercatoris. Colum. 12, 1. Villicus aversus contubernio. Nisi malis his locis esse daturum casum. Nam et hunc regit. Quint. 7, 1. Judex reliquorum defensionis aversior. [*Dativus esse vult his locis Hdf. ad Hor. l. l., qui alia quoque affert.] P Cum genitivo more Graeco. Tac. A. 14, 26. Quos nobis ob regem aversos animi cognoverat. P Comp. Aversior, et Sup. Aversissimus. V. supra. P [*Confunditur innumerabilibus locis aversus et adversus. V. ADVERSUS, a, um, et Burn. ad Virg. A. 6, 832. 11, 691. etc.]

AVERTA, ae, f. ἀόρητις, pera, mantica, quae equo imponitur in itinere. Ita Acron Schol. Hor. ad Sat. 1, 6, 106. interpretatur. Videtur autem inde nomen sumpsisse, quod in aversa seu posteriore equi parte ferri solet. Imp. Leo Cod. 12, 51. qui est De cursu publico, 12. Sexaginta libras sella cum frenis, sexaginta itidem averta non transcat. In Cod. Theodos. 8, 5, 47. haec eadem verba habentur. Impp. Valent., Theod. et Arcad. ib. l. 48. Sint praeterea duo palatini prosecutors singularum rhedarum, cum tribus servis, habentes quinquagenarum librarum avertas, etc. Edict. Dioclet. p. 24. Avertiae primae formae mille quingentis. Ex quibus satis liquet, perperam a Bud. in Adnot. poster. in Pandect. accipi avertam pro loro latiore, quod per terga equi excurrit, sub alis ejus succinctum: et ab Accursio et Alciato pro pectorali equi vel ornamento, quo habentur figurat.

AVERTARIUS, ii, m. subaudi equus, est qui ferendis avertis, seu manticis in itinere assumitur. Impp. Valent. et Valens Cod. Theod. 8, 5, 22. Ut parhippum vel avertarium nullus accipiat, nisi, etc.

AVERTENS, tis, partic. ab averto, qui avertit. Avertentes Dii sunt, qui praesunt malis avertendis et propulsandis, qui et Averrucci dicuntur. Tarcquilius Prisc. ap. Macr. Sat. 2, 16. Arborea, quae inferum Deorum avertentiumque in tutela sunt.

AVERTO, is, erti, ersum, a. 3. ἀπορρίπτω, ab una in aliam partem verito, abduco, removeo: ex a et verito: cui contrarium est adverto. Cic. Phil. 5, 14. Lepidus, Antonio diadema Caesari imponente, se avertit. Id. Balb. 5. Removeo oculos et se totum avertere. [*Liv. 22, 28. avertit oculos hostium, i. e. in alium locum convertit. Id. 6, 23. tota in se averterat castra, i. e. a Camillo in se converterat. q.] Cic. N. D. 2, 60. in f.

Flumina arcere, dirigere, avertere. *Id. Caecin. 12.* Repellere, fugare, avertere aliquem. *Id. N. D. 2, 56.* Avertere aliquid ab oculis alicujus. [**Id. Rep. 2, 35.* Censores multis dicendis vim armentorum a privatis in publicum averterant.] *Caes. B. G. 1, 16.* iter ab aliquo loco. *Cic. ad Brut. 1, 3.* hostem ab urbe. *Pl. Rud. 1, 2, 76.* scapham ab saxo ad litus. [**Liv. 21, 49.* tres (naves) in fretum avertit aestus, i. e. detulit. Aliter habet locus *Ejusd. 23, 32.* erant, qui Magonem cum classe ea copiisque, omnia Italia, in Hispaniam averterent, i. e. missuri, dimissuri erant. *q. Liv. 4, 20.* ora civium a curru dictatoris in se. *Pl. Amph. 3, 2, 18.* Te volo uxor colloqui: quoniam te avertisti? *Alc.* ita ingenium meum est: inimicos semper osam obtulerit. *Cic. Phil. 6, 7.* Avertere conatus alicujus a republica. *Id. Mur. 21.* aliquem a spe adipiscendi. *Liv. 23, 18.* ab incepto. *Cic. Att. 9, 10.* ab amore. Et *ib. 16, 7.* ab infamia. *Id. Amic. 1, et Or. 40.* et *Sext. 31.* mentem, aut animum alicujus ab aliqua re. *Id. Fam. 6, 1.* cogitationem a miseris. *Liv. 3, 21.* certamen ab lege in disceptationem comitorum. *Caes. B. C. 1, 4.* se totum ab amicitia alicujus. *Suet. Ner. 52.* aliquem a philosophia. *Tac. A. 15, 45.* a se invidiam. *Cic. N. D. 3, 8.* Avertere orationem. *Suet. Oth. 3.* suspensionem. *Id. Claud. 29.* ad avertendum transferendumque periculum. [**Id. Cal. 68.* ad avertendos rumores in Senatum.] *Hor. Ep. 2, 1, 136.* Avertere morbos. *Id. Sat. 1, 5, 14.* ranaeque palustres Avertunt somnos. *Sall. Jug. 119.* Avertere animos popularium. *Sic Id. fr. Hist. 4, in ep. Mithrid. §. 6.* aliquem per dolum. *Virg. Ecl. 8, 66.* sensus sanos alicujus sacris magicis, h. e. incantamentis a sanitate mutare, pervertere. P Saepe habet post se solum accusativum cum praeposit. in vel ad: et tunc intelligitur semper ablativus aliquis. *Liv. 22, 19.* Avertere classem hostium in fugam, *supple a proelio. Id. 31, 11.* culpam in alium, h. e. a se avertere, et in alium transferre. (Eodem modo locutus est *Quint. 11, 1.*) *Id. 36, 7.* aliquem in cogitationem alicujus rei. Et *mox:* se ad consuetum imperium. [**Non* necesse est suppleas verbum aliquod. Est potius praegnans loquendi genus, ubi duae notiones in unam quasi conjunguntur, ut saepe fit in Graeco sermone.] P Passiva. *Caes. B. G. 1, 20.* Qua ex re futurum, uti totius Galliae animi a se averterentur, h. e. alienarentur. *Stat. Sil. 2, 1, 7.* Odistique chelym surdaque averteris aure, h. e. audire recusans. *Petr. Sat. 110.* Libidine averti usque ad furorem, h. e. prae libidine a recto et honesto discedere usque ad furorem. *Sall. Jug. 107.* Bocchus statim avertitur, h. e. fugatur. P Et deponentis more cum accusativo. *Virg. G. 3, 499.* Equus fontes avertitur, h. e. avertit se et fontes fastidit. [**Voss. comparat Gr. ἀποστρέφειν τὸ ὄμμα καὶ στραφένθαι.*] *Petr. Sat. 124.* Mitis turba Deum terras exosa furentes Deserit, atque hominum damnatum avertitur agmen. *Adde Stat. Th. 6, 192.* [**Virg. A. 4, 106.* Lybicas averteret oras, regnum Italiae.] P *Dii omen avertant*, formula deprecantis malum omen. *Cic. Fam. 12, 6.* Qui si conservatus erit, vicinus: sin (quod Dii omen avertant) omnia omnium cursus est ad vos. *Sic Id. Phil. 4, 4.* Quibus M. Antoninus (o Dii immortales avertite et detestamini, quaeso, hoc omen) urbem se divisurum esse promittit. P *Avertere pecuniam*, aut rem hujusmodi aliam, est intervertere, interciperi, auferre. [**Gron. obs. 4, 5.* avertere, inq., proprium est de iis rebus, quas ex aliena in nostram potestatem et ditionem, ut plurimum fraude et malis artibus, redigimus. Cf. *Drak. ad Sil. 3, 321.* *Hdf. ad Hor. Sat. 2, 4, 37.* coll. *Bentl.*, qui male *averrere* legi vult.] *Cic. Ferr. 2, 1, 4.* Reperiemus, quibus probemus, istum in quaestura pecuniam publicam, Carboni consuli datam, avertisse. *Id. Fam. 12, 26.* Ne patiare, Erotem Turium, ut adhuc fecit, hereditatem Turianam avertere. *Caes. B. G. 3, 59.* Stipendium equitum fraudabant, et praedam omnem domum avertent. *Catull. 64, 5.* Auratam optantes Colchis avertere pellem. *Liv. 37, 8. extr.* Ingentem praedam intra paucos dies averterunt. [**Virg. A. 1, 472.* ardentisque avertit equos in castra (Tydides), i. e. abducit.] P Habet interdum ablativum sine praeposit., quae inest in ipso verbo. *Hor. Sat. 2, 4, 37.* cara pisces avertere mensa. [**V.* quae paullo ante annotavimus, coll. *Hdf.*] *Virg. A. 1, 42.* Nec posse Italia Teucorum avertere regem. *Liv. 4, 1266.* atque locis avertit seminis ictum. *Stat. Th. 7, 110.* animumque avertere veris. *Adde 4, 92.* et *Catull. 64, 407.* P Raro dativum. *Colum. 6, 37.* Ne femina admissario ascendenti avertere se possit, h. e. vvertere se a suo loco contra admissarium. *Prop. 3, 23, 9.* Quod mihi non patrii poterant avertere amici, h. e. a me avellere. *Val. Fl. 3, 491.* Avertere aliquem alicui, h. e. abducere. P Nonnunquam usurpat sine casu, more neutrorum, et significatione passiva: ita tamen ut accusativus aliquis facile intelligatur. [**Pl. Mil. 2, 2, 50.* ecce avortit. Et *ib. 4, 2, 83.*] *Virg. A. 1, 406.* Dixit et avertens rosea cervice refulsit, h. e. avertens se.

Id. ib. 108. tum prora avertit, et undis Dat latus. *Gell. 4, 18.* Id cum dixisset, avertit, et ire in Capitolium coepit. [**Id. 1, 8.* ubi alii *avertitur.*] *Adde Sil. 15, 587.* et *Sever. Act. 150.* P [*Part. Aversurus* apud *Liv. 31, 7.* Aversuri bellum. *P. Commutatur saepissime avertere et advertere. V. ADVERTERE; avertere et avellere, V. supra. — et avellere, Burm. ad Virg. A. 1, 512.*] AUFANIAE matronae, de quibus mentio est in duabus *Inscr. ap. Spon. Miscell. p. 106.* Pro salute Dom. N. Imp. L. Sept. Severi Aug. totiusque domus ejus Aufaniae matronis et matris Pannoniorum et Delmatarum Ti. Cl. Pompejanus Trib. Mil. Leg. I. Minerviae loco exulto cum disceubitione et tabula V. S. Alia p. 107. Matronis Aufaniae T. Albinus Januarius V. S. L. M. Quae vero fuerint hujusmodi Matronae Aufaniae ignorare se idem *Sponius* affirmat. Videntur tamen nomen habuisse ab oppido vel pago iisdem in provinciis sito. V. MATRONA. [**Ita haec immutavit Furl.* In Hda ed. a *Forc.* manu haec leguntur: Auf. M. de quibus mentio fit in *Inscr. apud Grut. p. 90, n. 11.* et apud *Reines. class. 1, n. 175.* videntur rectius appellandae *Taufaniae* a Dea *Taufana*, cujus templum celeberrimum fuit apud Marsos Germaniae populos, ut in *Tac. A. 1, 51.* legitur. Ita de his judicat ipse *Reines. l. l.*] AUFEDIA Lex dicta est a quodam Aufejo trib. pleb., qui tulerat de restituenda Ariarathis filio possessione regni paterni Cappadociae, quod armis Mithridates occupaverat. Contra quam dixit C. Graechus: ejusque orationis fragmentum exstat apud *Gell. 11, 10.* [**et Gronov. ad h. l.*] P Praeterea *Aufeja* dicta est primum ea aqua, quae postea *Marcia* appellata est, teste *Plin. 31, 3, 24.* P Quia vero *Aufejae familiae* nulla alibi in veteribus monumentis mentio fit, mallent eruditi *Saufeja* utroque loco reponi, quae ex *Cicerone*, ex nummis, ex lapidibus celeberrima est. AUFERO, ers, abstuli, ablatum, a. anom. ἀναφέρω, ἀποφέρω, tollo, adimo, detraho, abduco: ex au, et fero (V. AU.) Saepe ponitur pro tollere, removere, asportare. *Ter. Andr. 1, 1, 1.* Vos isthaec intro auferte. *Pl. Men. 4, 3, 16.* Tibi habe, aufere, utere. *Id. Mil. 3, 1, 165.* Remove, abi, aufere. [**Cf. Hdf. ad Hor. Sat. 2, 3, 236.*] *Pl. Aul. 3, 6, 46.* Aufere aulam in fanum. *Id. Asin. 2, 4, 18.* stercus ab janua. *Id. Men. 4, 2, 63.* Aufere manum, h. e. abstinere manum; ne tangas. *Ter. Ad. 5, 8, 14.* Insanis! aufere, h. e. vel te, vel manum: aut pro eo, quod est *abi*, ut sit, aufere te. Ita *Donatus. Cic. Fin. 2, 8.* Asoti, qui in mensam vomant, et qui de conviviis auferrantur. *Sic Or. 8. extr.* Quis eum ferret? aut quis potius non juberet auferris? *Pl. Amph. 1, 1, 203.* Aufere, non abibis, si ego fustem sumptero. *Tac. Agr. 31.* Hi per delectus alibi servituri auferrantur. *Sil. 10, 280.* Aufere equum carceribus, h. e. subducere, alio agere. P *Aufere se* est abire, amovere se, abripere se. *Pl. Rud. 4, 3, 93.* Te obscuro hercle, aufere te modo. *Id. Asin. 2, 4, 63.* Aufere te domum. *Ter. Ph. 3, 3, 26.* Aufere te hinc. *Virg. A. 11, 713.* conversisque fugax aufertur habenis. *Id. ib. 867.* Opis ad aetherium pennis aufertur Olympum. P Cum ablat. sine praeposit. *Phaedr. 1, 8.* Ingrata es, inquit, ore quae nostro caput incolume abstuleris, et mercedem postules. P Significat etiam omittre, linquere. *Ter. Ph. 1, 4, 46.* Aufere mihi oportet: quin tu quod faciam, impera. [**Similia comparat Ruhnck. ad h. l.*, conferre jubens *Burm. ad Phaedr. 3, 6, 8.*] *Pl. Curc. 2, 1, 30.* Aufere ista, quaeso; atque hoc responde, quod rogo. *Id. Pers. 5, 2, 19.* Jurgium hinc auferas. *Id. Truc. 4, 4, 8.* Aufere nugas. Et seq. infinito *Hor. Sat. 2, 7, 44.* aufere me vultu terrere. P Item accipere ab aliquo, impetrare, consequi, obtinere. [**Exemplis illustravit haec signif. Graev. ad Cic. Div. 6, 12.* Ambiguitas quaedam est in h. v. ap. *Suet. Caes. 54.* ibique *Brem.*] *Pl. Curc. a. 3, v. 58.* Tuo arbitrato, dum auferam abs te id, quod peto. *Cic. ad Planc. post ep. 16, l. 16.* ad *Att.* Verba fecimus pro Buthrotis: liberalissimum decretum abstulimus. *Id. Quint. 9.* Unde eo plus opis auferreret, quo minus attulisset gratiae. *Id. Or. 1, 56.* Aufere responsum ab aliquo. *Id. Quint. 5.* paucos dies ab aliquo. *Pl. Rud. prol. 20.* litem. *Hor. Ep. 2, 1, 55.* aufert Pacuvius docti famam senis, Accius alti. *Cic. Verr. 2, 1, 8.* Quis est in populo R., qui hoc non ex prioris Actione abstulerit, omnium ante damnatorum scelera, si in unum locum conferantur, vix cum hujus parva parte aequari posse? h. e. non didicerit, cognoverit. *Asconius:* pro certo habuerit, persuasum sibi crediderit. Huc et illa pertinent *Pl. Asin. 4, 1, 7.* Suspendas potius me, quam tacita haec tu auferas, h. e. obtineas, ut haec a me taceantur. *Ter. Andr. 3, 5, 4.* Id inultum nunquam auferet. [**Haec* significatione saepius utuntur simplici *ferre*, quod V.] Et *Ad. 3, 5, 8.* Nisi facient, quae illos aequum est, haud sic aufere. P Joculariter *Plautus* de eo, qui malum aliquid reportat, *Amph. 1, 1, 298.* Si me irritassis, lumbifragium hinc auferes. P Pro extor-

quere. *Cic. Verr. 2, 2, 59.* Quoties et quot nominibus a Syracusanis statuas auferes? ut in foro statuerent, abstulisti: ut in curia, coegisti. [**Hoc nihil differt a superioribus.*] P Saepissime ponitur pro adimere, detrahere. *Cic. Div. in Verr. 5.* Eripere et auferre alicui aliquid. *Id. Quint. 27.* Auferre et abducere aliquid. *Id. Or. 62.* Detrahere, auferre, tollere. *Id. Verr. 2, 4, 16.* Ab hoc abaci vasa omnia abstulit. *Id. Att. 7, 21.* Pecuniam de aerario auferre. *Id. Or. 2, 60.* pecuniam in ventrem, h. e. in ventrem insumentam. *Id. Q. Fr. 3, 4.* alicui auriculam mordicus. *Liv. 23, 45.* et *Virg. A. 9, 332.* alicui caput. [**Tac. H. 4, 48.* legionem alicui.] *Quint. 9, 2.* ad f. alicui vitam veneno. *Cic. Verr. 2, 5, 45.* alicui spiritum cum cruciatu. *Id. Off. 3, 2.* in f. alicui spem imitandi. *Id. Amic. 23.* Aufert solitudo fructum voluptatum omnium. *Hor. Od. 2, 16, 15.* Timor aufert somnos. [**Liv. 3, 12.* aetas fervorem et audaciam.] *Tibull. 3, 6, 3.* Auferre dolorem. *Virg. A. 12, 316.* metum. [**Tac. H. 3, 85.* deformitas oris abstulerat misericordiam. *Id. 1, 80.* nox obsequia meliorum.] *Flor. 3, 10.* fugam alicui, h. e. impedire, ne fugiat. *Plin. 23, 1, 6.* fastidium. *Id. 14, 22, 28.* alicui gloriam. *Id. 16, 30, 53.* Arbor non aufert solum. *Cic. Verr. 1, 2, 10.* Hi ludi dies quindecim aufert. *Plin. 4, 12, 24.* Mare septem dierum intervallo Europam auferens Asiae, h. e. ab Asia separans. *Sic 6, 9.* Armenia Euphrate amne aufertur Cappadociae. [**Hinc i. q. furari. Liv. 6, 15. extr.* eo plus vereor, ne abstuleritis observantibus etiam oculos. Est proverbium, quod ad eos spectat, qui summa calliditate vel acutissimos fallunt. *q.*] P Eleganter mors aufere dicitur. *Hor. Od. 2, 16, 29.* Abstulit clarum cita mors Achillem. *Vell. 2, 55.* in f. Labienum Varumque acies abstulit. [**Liv. 7, 8.* quidquid hinc aut illinc communis Mars belli aufert, i. e. qui in proelio cadunt. *q.*] P Eximere, subducere. *Plin. ep. 6, 20.* Auferris periculo. *Flor. 1, 3.* Abstulit virtus parricidam. P Item abripere, rapere, ferre. *Plin. 10, 12, 16.* Bubo volat nunquam quo libuit, sed aufertur transversus. *Or. Met. 9, 592.* Aufertur in scopulos. [**Prop. 1, 8, 14.* aufert unda rates. Cf. *Oud. ad Lucan. 9, 319.* et *Bentl. ad Ter. Ph. 4, 4, 8.* *Drak. ad Liv. 35, 11, 10.* *Or. Met. 1, 306.* cervus ablatum, sc. undis.] *Sil. 10, 72.* mediosque aufertur in hostes. *Tac. A. 4, 73.* Pavore fugientium auferebantur. *Flor. 2, 6.* Annibalem aut fatum Urbis, aut ipsius mens mala in diversum abstulerunt, h. e. post Cannensem pugnam ab urbe recedere coegerunt. *Quint. 12. Proem.* Auferris in altum, h. e. provehi: ductum a navigantibus. P Translate. [**Est auferre hoc sensu i. q. de statu mentis dejicere, ut non sis compos animi et consilii; in diversum deducere de pristina sententia animi cupiditatibus aliisque rebus. V. Gron. ad Liv. 35, 11, 10.* *Burm. ad Or. Her. 6, 131.* (*ib. 15, 140.*) coll. *Am. 2, 4, 8.* et cf. *Clav. Cic.*] *Cic. Fam. 2, 7.* Te hortor, ut omnia gubernes prudentia tua; ne te auferant aliorum consilia, h. e. transversum agant, et a recta sententia dimoveant. *Plin. 28, 1, 1.* Aufere aliquem transversum, h. e. vi et impetu quodam ab instituto deducere. *Id. 27, 13, 120.* Quae contemplatio aufert rursus nos ad ipsorum animalium naturas, h. e. rapit, trahit. *Sic 36, 15, 24. n. 8.* Aufert animum et digredi cogit contemplatio, etc. [**Quint. 4, 5, 6.* affectibus perturbandus et ab intentione auferendus auditor. *Id. 12, 1, 36.* judici aufere veritatem.] *Liv. 35, 40.* Abstulerunt me velut de spatio Graecae res immixtae Romanis, [**i. e. ab incepto abduxerunt. q.*] *Quint. 8, 3.* Auferris admiratione. *Or. Rem. 343.* Auferrimur cultu, h. e. allicimur ad amandas puellas ab eorum cultu et decipimur. *Hor. Sat. 1, 5, 83.* Somnus me aufert. P In illo *Corn. Severi in fr. de morte Cic. ap. Senec. Suasor. 7.* sed enim abstulit omnes, Tanquam sola foret, rapti Ciceronis imago: aufere est tegere, obscurare, ita perstringere oculos, ut ad alia non advertant. P *Aufere ruinam* ap. *Lucan. 7, 505.* est trahere, ruinam facere. P *Auferendi casus* apud Grammaticos est ablativus. *V. Voss. l. 3. de Gramm. c. 45.* P Part. [*Ablaturus* ap. *Pers. 1, 100.* Et raptum vitulo caput ablatura superbo. *F.*] AUFIDENAS, atis, adj. comm. gen. ad Aufidiam pertinentem, Samnii urbem, nunc *Aufidena* ad Sarum amnem prope Aeserniam. *Plin. 3, 12, 17.* Samnitium Aufidenates, Aesernini, Saepinates. AUFIDIA Lex de ambitu lata fuit a M. Aufidio Lurcone Trib. pleb. an. U. C. 693. M. Valerio Messala, M. Pupio Pisone coss. Haec ad alias ambitus poenas hoc addebat, ut qui nummos in tribus pronunciasset, si non dedisset, impune esset; si dedisset, quoad viveret, singulis tribubus HS. CIO CIO deberet. *Cic. Att. 1, 16.* AUFIDIANUS, a, um, adj. ad Aufidium pertinens. Est autem *Aufidius* Romani hominis nomen proprium. *Cic. Fam. 16, 19.* De Aufidiano nomine nihil te hortor, h. e. de ea pecunia, quam debet Aufidius. *AUFIDIENUS RUFUS, insignis castrorum praefectus.

fectus, tempore Tiberii Imperatoris. *Tac. A.* 1, 20. *B. A.*

AUFIDIUS, a, um, adj. V. *Aufidia Lex.* P. Aufidius Bassus, nobilis fuit historicus, Quintiliani tempore. De rebus Germanicis Historiam scripsit. *Plin. Praefat. med.* et 6, 9. *Quint.* 10, 1. *Plin. Ep.* 3, 5. *ante med.* Ejus filium Bassum Aufidium meminit *L. Senec. ep.* 30. P. Cneius Aufidius, civis Romanus, vixit sub finem regni Ptolemaei Lathari. *Plin.* 6, 9. *Cic. Tusc.* 5, 39. *Id. Fin.* 5, 19. et pro *Dom.* 13. P. Aufidius Luscius, Fundorum Praetor. *Hor. Sat.* 1, 5, 34. P. M. Aufidius Fronto, Consul, cum P. Corn. Anulio, an. U. C. 951. P. Aufidius Victorinus, bis Consul et Praefectus Urbi, inter condiscipulos et amicos M. Antonini. *Capitol. in Antonino, c.* 3. *B. A.*

AUFIDUS, i, m. nunc l'Ofanto, fluvius Apulorum, qui oritur in principatu ult. ex Apennino M. in fin. Hirpinorum, quem secut, supra Compsam 6. M. P. quam alluit, et inter Daunios, et Peucetios, illos separans in mare Adriaticum defertur. Fertur autem cursu valde praecipiti, cum per montium declivia longo spatio defluat. Hinc *longe sonantem* appellat *Hor. Od.* 4, 9, 2. et *violentum* atque *acrem* *ib.* 3, 30, 10. et *Sat.* 1, 1, 57. Vocat etiam *tauriformem* *Od.* 4, 14, 25., quia multis flexibus decurrit, et imbribus valde auctus, furentis tauri more has et illas ripas impetere videtur. Saepe autem a poetis cornua fluminibus tribui solent. P. Adjective *Sil.* 10, 171. Aufida stagna.

AUFINA, ae, f. vel Auvinum, i, n. Italiae oppidum, in regione Vestinorum, Aquilam inter et Pinnam, hodie *Ofena.* Hinc

AUFINAS, atis, adj. comm. gen. ad Auvinam pertinens, Vestinorum oppidum, nunc *Ofena.* *Plin.* 3, 12, 17. Vestinorum Angulani, quibus junguntur Auvinates cismontani. *B. A.*

AUFUGIO, ūgis, ūgi, n. 3. ἀποφυγή, alio fugio, diffugio, absecedo: ex *au* et *fugio.* (V. AU.) *Cic. Fam.* 13, 77. Cum multos libros surripisset, aufugit. *Ter. Hec.* 3, 4, 10. Aufugerim potius, quam redeam. *Pl. Men.* 5, 3, 5. Ne me indicetis, qua platea aufugerim, *Id. Mil.* 2, 6, 99. Jam aliquo aufugiam. *Id. Capt.* 4, 2, 95. Aufugere domo. *Liv.* 1, 55. ex aliquo loco. *Pl. Ps.* 4, 3, 14. Aufugere exulatum. *Id. Aul.* 1, 2, 16. Tu aquam aufugisse dicito, si quis petet. *Q. Catulus ap. Gell.* 19, 9. Aufugit mi animus. *Appul. Apol. ad f.* Aufugere ad aliquem. P. Cum accusativo. *Cic. N. D.* 2, 43. ex *Arat.* Andromeda aufugiens aspectum moesta parentis. [*Hdf.* ex *codd.* nonn. scripsit: *Andromede fugiens*, quia in nullo loco certa est haec cum *accus. constructio.* *Orell.* tamen retinuit: *Andromeda aufugiens.*] Al. *leg. haud fugiens.* *Prop.* 1, 9, 30. assiduus aufuge blanditias. Al. *leg. effuge.* [*V. intpp.* ad h. l.] *Petr. Sat.* 81. Aufugi iudicium. Al. *leg. au fugi.* *Hyg. fab.* 258. Quae sol, ne pollueretur, aufugit. *Inpp. Acad. et Honor. Cod.* 3, 23, 1. Ab his, quos aufugit, comprehensus.

AUGAZO, onis, m. qui splendet, ab ἀγάζω, splendo. Cognomen Romanum. *Inscr. ap. Marin. Frat. Arv.* p. 21. M. Tuccius Augazo. *F.*

AUGĒA, es, et Augēa, ae, f. Ἀυγία, Ἀυγία, A-laei Arcadis filia, et Minervae sacerdos, ex qua Hercules Telephum genuit: sed mox neglectam cum partu, arcaeque inclusam mari exposuit. Illa Minervae beneficio Cariae litoribus appulit, ubi a Teuthrante rege benigne excepta, et in uxorem ducta fuit, educato etiam Telepho filio. Ejus mentio fit ab *Or. Her.* 9, 49., *Sen. Herc. Oct.* 366. et a *Serv. ad Ecl.* 6, 72. P. [**Item* Horarum una. *Hygin. fab.* 183. *B. A.*] P. [*Auge* est etiam cognomen Romanum: ab ἀύγη, *auge*, lux, splendor. *Inscr. ap. Murat.* 2066, 2. Juliae Nigri Libertae Aue matri suae. *F.*]

AUGĒAS. V. AUGIAS.

AUGENTER, adv. pro *valde* usurpatur a *Frontin. Limit. Goes.* 2. p. 308., ubi tamen alij aliter leg.

AUGĒO, es, auxi, auctum, a. 2. αὐζάνω, αὐζώ, majus facio, amplifico, crescere facio: habetque latissimam significationem, et tum ad res, tum ad personas refertur. [**De* originatione h. v. vide quae supra disputavimus sub **AUCTOR**. Simplicissimum videtur etiamnum, quod ibi e sententia *Schneideri, Buttmani*, aliorum, proposui, ut etymon αὐζώ esse statuamus. Prorsus autem, ut apud Graecos, augeo duplicem habet significationem; alteram intransitivam, i. e. crescere: alteram transitivam, i. e. crescere facio, amplifico. Hanc, quam antiquiorem puto, *Fore.* alteri postposuit. *V. sub f.*] *Nep. Att.* 12. Augere possessiones suas. *Cic. Rabir. Post.* 14. rem bonis et honestis rationibus. *Id. Rosc. Am.* 18. et agris et urbibus et nationibus rempublicam. *Suet. Ner.* 3. classem. [**Tuc. A.* 2, 6. augebatur in speciem ac terrorem classis alacritate militum. *Id. H.* 4, 35. turres et vallum, i. e. plures addebat. Nam, quomodo exponunt, i. q. firmare esse non potest. *Id. Aug.* 37. numerum. [**Id. Vesp.* 16. auxisse tributa provinciis, nonnullis et duplicasse; h. l. non ad multitudinem, sed ad magnitudinem refer.] *Id. Caes.* 65. iter. *Id. Claud.* 33. vocem, i. e. intendere. [**Sed* apud *Ennd. Ner.* 20. augere vocem est i. q.

fortiorem reddere.] *Stat. Th.* 6, 937. vires. *Cic. Att.* 11, 22. alicui dolorem. *Id. Flacc.* 12. molestiam. *Id. Off.* 2, 20. Munus suum verbis non augere, sed extenuare. *Id. Amic.* 9. Consuetudo auget benevolentiam. *Id. Att.* 10, 14. Augere animum alicujus, h. e. animum addere. [**Pariter* ut genit. ita dativo (alicui) in hac formula utuntur; exempla collegerunt *Gron.* et *Drak.* ad *Liv.* 7, 7, 4.] *Stat. Th.* 10, 23. animos, h. e. sumere animos et fiduciam. *Cic. Coel.* 19. Vitium ventris et gutturis non minuit aetas, sed auget. *Ter. Eun.* 3, 1, 46. Augere suspicionem. *Caes. B. G.* 5, 57. opinionem. *Id. B. C.* 2, 31. alicui licentiam. Et *ib.* alicui spem. *Vell.* 2, 130. dignitatem alicujus. *Suet. Tib.* 10. auctoritatem. *Id. Aug.* 21. gloriam. *Id. Cal.* 17. laetitiam. P. *Augere aliquem aliqua re* est instruere, ornare, rem aliquam alicui adiacere, qua instructor, major, clarior, honoratior fiat. *Cic. Har. resp.* 27. Eodem tempore et suscipimur in lucem, et hoc coelesti spiritu augemur. *Id. Agr.* 2, 26. Augere aliquem divitiis. *Tac. A.* 13, 18. amicos largitione. *Id. Agr.* 6. Augeri filia. [**V. Walch.* ad h. l. et *Ejusd. emend. Liv.* p. 34.] *Cic. N. D.* 2, 39. Aer in nubes cogitur, humoremque colligens terram auget imbribus, h. e. instruit et fecundat. *Id. Phil.* 11, 14. Augere aliquem commodis. *Id. Off.* 1, 1. Quorum alter te scientia augere potest, altera exemplis. *Id. Phil.* 14, 6. Idem dies me celebrissima populi R. gratulatione auxit. *Id. Sen.* 6. Senectus augetur consilio, ratione, sententia. *Id. Har. resp.* 26. et *Phil.* 9, 6. Augeri honore aliquo. *Tac. A.* 12, 26. Augetur Agrippina cognomento Augustae. *Id. ib.* 1, 3. Augere aliquem nominibus imperatoris. *Vet. Poeta ap. Cic. Fin.* 2, 4. Tanta laetitia auctus sum, ut mihi non constem. P. *Augere aliquem absolute.* *Cic. Fam.* 7, 17. Te augendum atque ornandum putavi. *Suet. Claud.* 12. In semet augendo parvus atque civilis, h. e. in recipiendis honoribus. *Pl. Men.* 3, 3, 27. Dii me equidem omnes adjuvant, augent, amant, h. e. provehant ad ea, quae opto, compotem voti faciunt. [**Docet Goerenz.* ad *Cic. Fin.* 1, 16, 51. Ciceronem saepe verbo addito, quo sensu *augere* sit intelligendum, explicare. Hoc saepe saepe fit. Sed apud argenteae aetatis scriptores saepissime absolute reperitur hoc modo, ac tantum orationis tenor significationem declarat. *Plin. Pan.* 24. solum ergo te commendat auctusque temporis spatium, i. e. argustiorum, clariorem reddit. *Id. ib.* 26. quos nisi larga manu fovet, auget, amplectitur. *Augeat*, sc. beneficiis. — Apud *Or. Her.* 3, 30. Auxerunt blandae grandia dona preces, h. e. donis additae sunt preces, quo plus illa valerent. Et in malam partem. *Ter. Heaut.* 4, 1, 15. Augeri damno, h. e. damnum pati, damno affici. *Pl. Stich.* 1, 1, 54. moerore. P. *Augere aliquid* saepe significat verbis amplificare. *Cic. Or.* 1, 21. Eloquentes est, qui mirabilibus et magnificentibus augere potest atque ornare quae velit. *Id. Or.* 36. Augere et amplificare res. *Id. Brut.* 12. Rem augere laudando, vituperando affligere. *Auct. ad Her.* 2, 6. Augere atrocitatem peccati. *Quint.* 9, 2. affectus. *Id. ib.* 4. sententias. [**Plin. Pan.* 38. Augeo Principis munus, quum ostendo etc., i. e. ejus magnitudinem ostendo.] P. *Augere aliquem* interdum est laudare, ornare, verbis extollere. *Cic. Part.* 6. Cum aut augendi alterius aut minuendi sui causa, alia dici ab oratore, alia existimari videntur. P. [*Augeat tibi Jupiter annos*, sollemnis fuit acclamatio populi R. imperatoribus suis. *Tert. Apol.* 35. De nostris annis tibi Jupiter augeat annos. *Inscr. ap. Marin. Frat. Arv.* p. 651. Saepe de nostris annis augeat tibi Jupiter annos. *Or. Fast.* 1, 613. Augere imperium nostri ducis, augeat annos. *F. *Dictum* hoc est a poeta cum allusione ad nomen *Augusti*, de quo in *vss.* antecedd. agit.] P. Est etiam verbum sacrorum. Itaque *augere aram* est aliquid arae imponere sacrificii causa. *Pl. Merc.* 4, 1, 11. Aliquid cedo, qui hanc vicini nostri aram augeam. *Sic Virg. A.* 9, 407. Si qua tuis unquam pro me pater Hirtacus aris Dona tulit, si qua ipse meis venatibus auxi. *Id. ib.* 8, 284., *ib.* 11, 50. et alibi, eadem ratione *cumulare aras* dixit. *Arnobius* quoque hoc sensu usus est vocibus *auctifico*, *augmen* et *augmentum*. Huc etiam referuntur *Macto* et *Mactus*. Quod vero addi solet ex *Suet. Aug.* 96. *augere hostias*: eo loco solum significat augere et multiplicare hostiarum numerum. [**Fiebat* enim interdum, si hostia non adiceret, ut plures mactarent, donec fausta reperiretur. *Id.* appellabant *augere hostias.*] P. Ponitur et pro gignere, ut in **AUCTOR** dictum est. *Lucr.* 5, 323. Nam quodcumque alias ex se res auget alitque, Deminui debet, recreari, cum recipit res. P. Interdum neutrorum more usurpatur et significatione passiva pro *crescere*; ita tamen, ut accusativus aliquis intelligatur. [**Quomodo* hoc vel cur? Nihil suppleendum est.] *Sall. fr.* 1. *Hist. in or. Phil.* c. *Lepid.* §. 7. Ignoscendo populi Romani magnitudinem auxisse. *Cato ap. Gell.* 18, 12. Eodem convenae complures ex agro accessitavere: eo res eorum auxit. *Lucr.* 2, 1163. pereunt fetus, augentque labores. *Augens* idem quod *auctus* ap. *Catull.* 64, 324. O decus exi-

mium magnis virtutibus augens? h. e. auctum. [**V. de his locis et intransitiva in iis vi Duker.* ad *Liv.* 3, 6, 3. coll. *Drak. ib.* Etiam Graeci suo voc. active et neutraliter utuntur.] P. *Auxim, is, it*, olim dictum est pro *augeam, as, at*, conjunctivi praesenti, vel, ut alii volunt, pro *auxerim, is, it*, per syncopen. *Liv.* 29, 21. *referens antiquam precatio-nis formulam:* Divi, divaeque, vos precor quaeque, uti quae in meo imperio geruntur, ea vos omnia bene juvetis, bonis auctibus auxitis etc. P. [**Confunduntur* a librariis *augere* et *agere*, V. intpp. ad *Liv.* 3, 2. coll. 27, 9. — et *augere*, *Drak.* ad *Ennd.* 4, 51. — et *urgere*. *Id. ib.* 34, 62. Saepissime commutantur *auxerunt* et *hauserunt* et reliquae formae perfecti, V. *Cort.* ad *Lucan.* 1, 218. *Burm.* ad *Or. Trist.* 1, 11, 16. *Drak.* ad *Sil.* 9, 230. et quos ibi laudat.]

AUGESCO, is, n. 3. αὐξάνωμαι, augeor, cresco. *Cic. Sen.* 15. Uva succo terrae et calore solis augecens. *Id. N. D.* 2, 10. Semina temperatione caloris et oriri et augecere. *Id. ib.* 19. Animantes aluntur et augecunt. *Liv.* 27, 17. Hostium res tacitis incrementis augecunt. *Ter. Heaut.* 3, 1, 14. Quotidie magis augecunt aegritudo de filio. *Sall. Jug.* 38. in f. Animi augecunt. *Tac. H.* 2, 34. Flumen augecens. *Id. ib.* 4, 1. Augecens licentia. *Id. ib.* 61. Augecens superstitione. [**Plin. Pan.* 57. non (vocat) consulatus ipse? qui sibi tuis humeris attolli et augecere videtur.] Adde *Lucr.* 2, 76. et alibi.

AUGIAS et Augēas, ae, m. Ἀυγίας, Solis et Naupidames Amphidamentis filiae filius, Eliensium rex, qui bubile habuit tria millia boum capiens: quod cum per triginta annos expurgatum non fuisset, foedoque tam alte congesti stercoreis odore regioni pestilentiam intulisset, ab Hercule uno die purgatum fuit, immisso illac Alpheo vel Peneo fluvio; vel, ut alii dicunt, utroque. Reddita itaque regioni salubritate, cum Augias pactam Herculi mercedem negaret, ab ipso interfectus fuit. *Hyg. fab.* 30., *Serv.* ad *A. 8*, 300. et *Sen. Herc. Fur.* 246. Hinc factus est proterbio locus *Augiae stabulum purgare*: quod significat rem agere valde difficilem et immensi laboris. *Sen. Apocol.* Tu scis, quantum illic miseriarum pertulerim, cum caudicos audirem et diem et noctem: in quos si incidisses, valde fortis licet, maluisses cloacas Augiae purgare. *Plin.* 17, 9, 6. tradit Augiam in Graecia primum agros stercore laetificare excogitasse: divulgasse vero Herculem in Italia. *Hyg. fab.* 14. Augiam numerat inter Argonautas. [**Apud Appul. de orthogr. fr.* 33. genitivus scribitur *Augei* pro *Augiae*, quasi nominativus sit *Augeus*, disyllabon. *Beier.*]

AUGIFICO, as, a. 1. idem quod augeo. *Enn. ap. Non.* 2, 61. Quid fit seditio? tabesne an numeros augificat suos?

AUGILAE, arum, populi Aethiopiae. *Mela* 1, 4. et 8. *Augylae* audiunt *Plin.* 5, 4. et 8. *B. A.*

AUGINOS, i, herba, communiore vocabulo hyoseyamos appellata: ita dicta a splendore floris: ab ἀύγη, splendor. *Appul. Herb.* 4.

AUGINUS, i, Liguria mons. *Liv.* 39, 2. *B. A.*

AUGITES, ae, m. αὐγίτης, nomen cujusdam gemmae, ita dictae a splendore: nam ἀύγη splendorem significat. *Plin.* 37, 10, 54.

AUGMEN, inis, n. αὐζήσις, augmentum, incrementum. *Lucr.* 6, 607. Augmen aequoris. *Id.* 5, 1306. Addere alicui augmen. Et *ib.* 680. cum noctes augmina sumunt. *Id.* 3, 269. perfectum corporis augmen, h. e. moles corporis. P. Aliam hujus vocis notionem V. in **AUGMENTUM**.

AUGMENTARIUS, a, um, adj. ἀυζητικός *Gloss. Gr. Lat.* *B. A.*

AUGMENTO, as, a. augmentum do, augeo. *Firmic. Math.* 5, 6. Ut thesaurus suos augmentent.

AUGMENTUM, i, n. αὐζήσις, ἐπαύσις, incrementum. *Plin.* 37, 6, 21. Augmentum fulgoris. *Claud. IV. Cons. Honor.* 495. Impia continui cessant augmenta tributi. *Pompon. Dig.* 30. l. 8. Augmentum fundi. *Ulp. ib.* 2, 13, 8. Augmentum aut diminutio. *Pallad.* 13, 6. Augmentum lunae. *Appul. Dogm. Plat.* 1. Multiplicatis augmentis. Adde *Symm. ep.* 7, 112. et *Mamertin. Gratiar. act.* ad *Julian.* 15. P. Est etiam nomen libi, quo in sacrificiis ara augetur. *Arnob.* 7. p. 231. [**In* ed. *Harald.* (p. 289.) legitur *augmina.*] V. **AGUMENTUM**. P. Apud *Pallad.* l. c., item apud *Ulp. Dig.* 26, 7, 8. ad f. in quibusdam libris legitur *augmentum*.

AUGUR, ūris, m. αἰωνοσόπος, qui avium volatum aut cantum, item pastum et tripudium observat, et ex iis futura divinat. Multus fuit augurum et usus et honos apud Romanos, praesertim post insigne illud experimentum auguralis scientiae ab Accio Navio datum, de quo *Liv.* 1, 36. Nam tanta inde sacerdotio augurum accessit auctoritas, ut nihil postea belli domique Romani gererent, nisi prius per augures Deorum voluntatem explorassent. Itaque eorum collegium Romae institutum fuit, quod primo ex tribus constabat; deinde paulatim usque ad quindecim, et fortasse etiam plures auctum est. Eorum officium erat Deorum mentem

ex avibus explorare: de prodigiis, somniis, oraculis responsa dare; quae ad expiationes procuratio- nesque prodigiorum pertinebant, curare, edicere; vatum libros exponere et alia, quae in lege augu- rali apud Cic. Leg. 2, 8, et 9. leguntur. Tanta autem fides eorum dictis habebatur, ut si quid af- firmarent a Diis non probari, id agere summa es- set religio. Itaque comitia eorum monitis, proelia- que (si eundem in hostes esset; non vero si ag- gressus hostis repellendus) in aliud tempus differe- bantur; abdicabant se magistratus, etiam summi, si vitio creatos dixissent etc. V. Cic. l. c. c. 12. [*Agitur h. l. de augurum auctoritate, i. e. pote- state, cujus regiam originem attingit Cic. Div. 1, 40. extr. ubi V. Hottinger. Exemplum ejus narrat Liv. 4, 31. Amplissimi sacerdotum collegium appel- lat Cic. Div. 3, 10, 29. — Vulgo dicuntur augu- res cooptari; aliter Liv. 25, 2. augur creatus. q.] Si quis iis non parvisset, capitale erat. Sacerdo- tium nunquam amittebant, tametsi iudicio aliquo damnati fuissent; sed usque ad mortem retinebant. Utebantur assidue trabea, gestabantque coronam in capite. Augurium capturi in loco puro sub mediam noctem, sereno coelo stantes, ac lituo templum seu circulum in coelo designantes tamdiu expectabant, donec aves a dextra, aut sinistra advolantes aut addicerent, aut vetarent. V. Rosin. l. 3. c. 8. et 9. Pitisc. in Lex. Antiq. Rom. et alios. Cic. Phil. 2, 32. Augures nuntiationem solum habent; magistratus etiam inspectionem. Et ib. 33. Confecto negotio bonus augur alio die, in- quit. Ov. Met. 12, 18. Augur veri Calchas. P. [Augures etiam in coloniis et municipiis erant decem numero. Cic. Agr. 2, 35. Huc (Capuam) isti decemviri cum quingentos colonorum ex lege Rulli deduxerint, centum decuriones, decem augures, sex pontifices constituerunt. Praeterea Bar- tol. Borghesius in Giorn. Arcad. T. 3. p. 61. probat, augures fuisse etiam Fabrateriae, Spoletii, Brun- dusii et alibi. F.] P. Dicitur etiam augur qui- cumque rem aliquam divinatur. Ov. Nuc. 79. Est etiam, par sit numerus, qui dicat, an impar, ut divinitas auferat augur opes. Stat. Th. 3, 6. Pes- simus in dubiis augur timor. P. Augur imaginis nocturnae apud Ov. Am. 3, 5, 31. est nocturni visi seu somni interpretis. P. Cum feminin. nominibus; est enim communis generis, ut Prob. in Cathol. p. 1455. et Phocas ib. p. 1695. docent. Hor. Od. 3, 17, 12. augur annosa cornix. Stat. Th. 9, 629. sinque augur cassa futuri.

AUGURA pro auguria, ut sit a recto augurum, i. n. usurpavit Accius ap. Non. 8, 35. Ejus verba ita leguntur ex emendatione Vossii. Pro certo ar- bitrator sortes, oracula, adytus, augura. [At Bo- the legendum putat: oracula, adytus, augurum. F.]

AUGURACULUM, i. n. οἰωνοῦ τόπος, locus, in quo augures auspicantur. Paul. ex Festo: Augu- raculum appellabant antiqui, quam nos arcem di- cimus: quod ibi augures publice auspicarentur. V. ARX.

AUGURĀLIS, le, adj. ad augures seu ad augu- ria pertinens, οἰωνικός, οἰωνοτικός. Cic. Div. 1, 33. Augurales libri, h. e. quae de augurum arte tractant. Id. Brut. 77. Auguralis juris peritus. Id. Fam. 7, 26. Auguralis coena, h. e. quae dabatur ab augure, quo primam die eam dignitatem susci- piebat. V. ADITIALIS. Suet. Gr. 12. Sacerdotio augurale. Liv. 10, 7. Insignia auguralia. Gell. 6, 6. Augurale verbum. P. Augurale, lis, absolute. Tac. A. 2, 13. Noctē coepit, egressus augurali, per occultam et vigilibus signata etc. Id. ib. 15, 30. Structam ante augurale aram subdita face accendit. Augurale est locus in castris prope praetorium, vel potius ipsius praetorii pars dextra, ubi imperator auspiciā captabat. Nisi malis per augurale totum ipsum praetorium significari, ut ab ea parte, quae sanctior erat, et auspiciis (quae solibus erant imperatoris) dicata, denominatum sit. Hinc Quint. 8, 2. Cum res communis pluribus, in uno aliquo habet nomen eximium: ut carmen fune- bre proprie naenia et tabernaculum ducis, augu- rale. Al. male leg. augustale. P. Apud Sen. Tranq. 11. a med. ponitur augurale pro insignibus augurum: et praecipue pro lituo, quod est claris- simum auguratus insigne, inquit Cic. Div. 1, 17.

AUGURATIO, onis, f. οἰωνοποιΐα, οἰωνοποίησις, actus augurandi, auspicium. Cic. Div. 2, 30. Quae tandem ista auguratio est ex passeribus? P. Item augurium, seu disciplina augurandi. Lact. 2, 16. Eorum inventa sunt astrologia et haruspicina et auguratio.

AUGURĀTO, adv. capto augurio, auspicato, αὐ- οῦτος. Augurato aliquid agere, est capto prius rite augurio et Diis approbantibus. Liv. 1, 18. Sicut Romulus augurato in urbe condenda regnum ade- ptus est.

AUGURĀTORIUM, ii, n. locus seu aedificium augurii capiendis destinatum. Inscr. ap. Grut. 128, 4. Imp. Trajanus Hadrianus cos. III. auguratorium dilaps. a solo pe.... Fortasse est illud idem au- guratorium, quod a P. Victore de regionibus Urb. R. in regione decima ponitur. Lips. ad Tac. A. 2, 13. affert locum Hygini, a Schelio emendatum Tom. I.

ad Hyg. p. 52. Auguratorium parte dextra praetorii ad viam principalem adponemus, ut dux in eo augurium recte capere possit: parte laeva tri- bunal statuitur, ut augurio accepto insuper ascen- dat, et exercitum felici auspicio adloquatur.

AUGURĀTRIX, icis, f. quae auguratur. Paul. ex Festo in Lingulaca. Lingulaca genus piscis vel mulier auguratrix. Quidam leg. garrulatrix. [Hieron. in Isaj. 16, 57. Quod verbum Hebraicum אַגְוּרָה, nos juxta Symmachum in auguratricem vertimus, quod scilicet semper Jerusalem, quae est mater audientium, idololatriae dedita fuerit. F.]

AUGURĀTUS, a, um, adj. Augurata res dicitur, de qua augurium rite captum est. Cic. Vat. 10. In Rostris, in illo, inquam, augurato templo ac loco etc. [*Id. Phil. 13, 5, 12. auguratus locus.]

AUGURĀTUS, us, m. dignitas et officium augu- ris. Cic. Div. 1, 17. Lituus iste vester; quod clarissimum est insigne auguratus. Et ib. Scientia auguratus. [Inscr. ap. Jo. Labusium, Ara antica in Hainburg. p. 5. T. Fl. T. F. Serg. Probus ob honorem auguratus T. Fl. Probi fil. sui. F.] P. Item augurium, praedictio. Tert. Anim. 26.

[AUGURĀLIS, e, adj. idem quod auguralis. Not. Tir. p. 92. Auguralis. F. *Appul. de nol. aspir. §. 8. avis auguralis.]

*AUGURĀNA, ae, f. oppidum Segeda sic cognomi- natum. Fuit autem Segeda in Hispania Baetica. Plin. 3, 1. B. A.

[AUGURĀNA, i, m. illustre Minuciorum cogno- men in Fastis Capitol. ab auguratu accepto, ut ex eorum nummis apud Morell. Fam. Rom. lituo au- gurali insignitis satis constat. Ad gentem quoque Gennicam aliasque pertinet. F.]

[AUGURĀNALIS, le, adj. idem quod augura- lis. Not. Tir. p. 70. Augurionalis. F.]

AUGURĀNIUM, ii, n. οἰωνοποιΐα, οἰωνοποίησις, si- gnum et divinitus rei futurae: et proprie ea, quae sit ex avium volatu, pastu, tripudio: latiore autem significatione ea, quae ex fulminibus, fulguribus, tonitribus, item ex ceteris animalibus aliisque re- rum signis capitur. His enim creditum est Deo- rum voluntatem circa actiones humanas significari. Ex volatu avium capiabant Romani augurium prosperum quidem, si a sinistra parte auguris advo- lassent: adversum autem, si dextera. (V. OSCEN, PRAEPES et ALES.) Ita ex fulmine laevo laetum, ex dextero triste augurium esse putabant. (V. LAE- VUS et SINISTER.) Si pulli avide pascerentur, felicia portendi, si contra, adversa existimabant. (V. TRIPUDIUM.) Similiter a laeva vel dextera parte coeli auditum tonitruum, occursus quadru- pedis cujuspiam ominosus aut laeti, inter felicia vel infelicia auguria habebantur. V. Rosin. l. 3. Antiq. Rom. c. 9., ubi plura de his [*et Clav. Cic. ed. Schütz.] Varr. L. L. 5, 6. Augures augurium agere dicuntur, cum in eo plura dicant, quam faci- agere. Cic. Off. 3, 16. Cum in arce augurium au- gures acturi essent. Suet. Aug. 95. Capere augu- rium. Or. Trist. 3, 1, 36. dare alicui. Flor. 1, 5. Experiri aliquid augurio. Plin. 7, 56, 57. Auguria ex avibus invenit Car, a quo Caria appellata: ad- jecit ex ceteris animalibus Orpheus. [*Aur. Vict. V. Ill. 1, 4. quam (urbem) Romulus augurio vic- tor, quod ipse XII, Remus VI vultures viderat, Romam vocavit. Voluit h. l. esse intpp. pro au- spicio. V. infra.] P. Augurium salutis quid sit, V. in SALUS. P. Sumitur etiam pro quocumque indicio, divinatione, praesensione rei futurae. Cic. Phil. 2, 35. O mea frustra semper verissima au- guria rerum futurarum! Id. Tusc. 1, 15. Sed ne- scio quomodo inhaeret in mentibus quasi saeculo- rum quoddam augurium futurorum. Plin. 28, 6, 19. Auguria valetudinis ex urina. Id. 21, 10, 31. Thymum augurium mellis est. Ov. Her. 17, 234. Fallitur augurio spes bona saepe suo. P. Aliquan- do accipitur pro praedictione prosperae rei. Tac. Agr. 44. Augurio votisque ominari aliquid. P. Item pro interpretatione augurii. Or. Met. 1, 395. Conjugis augurio quamquam Titania mota est. P. Item pro scientia augurii. Virg. A. 9, 328. de Rhannete augure: Sed non augurio potuit depel- lere pestem. Flor. 1, 5. Attius Navius, vir sum- mus augurio. P. Item pro munere ac dignitate au- guris. Virg. A. 12, 393. acri quondam cui captus amore Ipse suas artes, sua munera laetus Apollo, Augurium citharamque dabat, celeresque sagittas. Suas artes dixit, quia Apollo auguriorum Deus et augurum praeses habitus est, ut Serv. ad A. 3, 20. docet. Etiam Hygin. augurium alicui dare hoc sensu dixit fab. 19. P. Inter augurium et auspi- cium non unum tradi solet discrimen. Quidam do- cent augurium esse, quod ex avium garritu seu cantu capitur: auspicium, cum ex avium pastu aut volatu. Sed nulla profecto differentia est. Nam utraque vox passim de utroque dicitur a scriptori- bus. Serv. ad A. 1, 402. tradit hoc interesse, quod augurium et petitur et certis avibus ostenditur; auspicium qualibet avi demonstratur et non peti- tur: hoc ipsum tamen speciem augurii esse. Id. ad ib. 3, 20. auspiciā ait esse omnium rerum, au- guria certarum. Nam auspicari cuius etiam pere-

gre licere; auguria agere, nisi in patriis sedibus, non licere. Hinc putarunt alii, illud statui posse, ut augurium diceretur, quod in urbe capitur, au- spiciū, quod in agro. Denique Non. 5, 30. scribit auspicium esse avium inspectionem et quod ex volatu avium significetur et vocibus: augurium au- tem rerum omnium conjecturas prudenter ac dili- genter amplecti. Fortasse unum aliquod horum discriminum verum est (licet nullum sit perpetuum). Nam aliquando hae duae voces a scriptoribus, tan- quam inter se diversae, adhibentur. Cic. Div. 1, 47. Quibus nulla videbatur in auguriis aut auspi- ciis praesensio aut scientia veritatis futurae. Varr. L. L. 6, 2. Dicitur templum locus augurii aut au- spicii causa quibusdam conceptis verbis finitus. Enn. ap. Cic. Div. 1, 48. Dant operam simul au- spicio augurioque. P. Cum dixit Pl. Asin. 2, 1, 15. Quantum ex augurio auspicii intelligo; per augurium interpretationem auspicii intellexit, ea ratione, qua Ovid. supra allatus. Possis etiam hoc modo interpretari: quantum intelligo ex augurio, quod ex avium spectione cepi: nam auspicium proprie spectionem avium significat.

AUGURĀNIUS, a, um, adj. Jus augurium est au- gurandi scientia. Cic. Fam. 3, 9. Cognitionem ju- ris augurii consequi cupio. Gell. praefat. Paucula remotiora super augurio jure et pontificio. Adde 6, 6. P. [Est etiam cognomen Romanum. Inscr. ap. Grut. 947, 4. L. Metius Augurius. F.]

AUGURO, as, avi, atum, a. I. οἰωνοποιΐα, ὀ- οῦνοποιΐα, augurium capio, auguror. Cic. Leg. 2, 8. Sacerdotes vineta virgetaque et salutem populi au- guranto. P. Passive L. Caes. ap. Prisc. 8. p. 791. Certaque res augurantur, οἰωνοσκοποιῦνται. P. Translate est divinare, conjicere, praesentire. Cic. fr. ap. Non. 7, 7. Praesentit animus et augurat quodammodo, quae futura sit suavis. Id. ib. Cui utinam vere auguraverim. Virg. A. 7, 273. hunc illum poscere fata, Et reor et (si quid veri mens augurat) opto. Enn. et Pacuv. ap. Non. l. c. Propemodum animus conjectura de errore ejus au- guratur. Val. Fl. 3, 356. Augurare sibi annos longos. P. Apud Pl. Cist. 4, 2, 26. Oculis investi- gans astute augura, h. e. circumspice diligenter in omnem partem, ut augures faciunt, cum augurium ex avibus volantibus expectant. P. Inter auguro et auguror ponit Servius (ad l. c. Virg.) hoc di- scrimen ex Plinio in lib. dub. serm., quod auguro dicamus, cum praesagio mentis futura colligimus: auguror vero, cum futura veris captamus auguriis. Sed tum ex modo allatis exemplis, tum ex iis, quae in voce sequenti afferemus, satis apparet, id aut verum aut perpetuum non esse.

AUGUROR, aris, atus sum, dep. I. οἰωνοποιΐα, ὀοῦνοποιΐα, augurium ago, et ex eo futura praedico. Cic. Div. 1, 33. Calchas ex passerum numero belli Trojani annos auguratus est. Id. Fam. 6, 6. Au- gurari alicui ex altis involatu, e cantu sinistro oscinis, ex tripudiis etc. Id. Div. 1, 15. Augu- rari vere. P. Translate est quovis modo futura praedicere, conjicere, ominari, existimare, judi- care. Cic. Tusc. 1, 40. Augurari alicui mortem. Id. Mur. 31. Quantum ego opinione auguror. Id. Or. 1, 21. Ego enim, quantum conjectura augu- ror, non despero, fore etc. Id. Verr. 2, 2, 6. Ex nomine istius, quid in provincia facturus esset, perdidicere homines augurabantur. Caes. ad Cic. post ep. 16. l. 9. ad Att. Recte auguraris de me (bene enim tibi cognitus sum) nihil a me abesse longius crudelitate. Curt. 10, 5. Augurari aliquid mente. Id. 4, 4. Macedones, iter monstrasse eam, augurabantur. Or. Pont. 3, 4, 79. Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas: Hac ego contentos auguror esse Deos. [*Et cum accusativo: Tac. H. 1, 50. erant qui Vespasianum et arma Orientis au- gurarentur.] P. [Partic. Augurans ap. Plin. 6, 3, 35. Motu ejus (canis) imperia augurantes: Augu- randus ap. Cic. N. D. 2, 64. Aves quasdam rerum augurandarum causa esse natas putamus. F.] P. De discrimine inter auguror et auguro V. v. praec. in f.

AUGUSTA, ae, f. Ex quo Romani imperatores honoris causa Augusti nominari coeperunt, eorum quoque uxores Augustae dictae sunt: cujus rei tes- timonia in nummis et lapidibus passim exstant. Neque solum uxores, sed et matres aliquando, filiae, sorores, etc. ut videre est apud Tac. A. 15, 23. et H. 2, 89. [*V. de hoc cognomine Schwarz. ad Plin. Pan. 84, 6.] P. Multae etiam urbes Au- gustae vocatae sunt, quia vel Augusti Caesaris jussu et auspiciis conditae, vel ab ipso coloniae in eas deductae, vel ab suis earum civibus, aut ab ex- ternis principibus in honorem ejus ita nominatae: quae a Graecis Σεβαστὰ dicuntur. P. [*Sunt au- tem hae: Augusta Praetoria, urbs Salassorum in Italia fuit. Plin. 3, 5. et 17. P. Augusta Taurinorum, Italiae transpadanae civitas, hodie Turino vel Turin. Plin. 3, 17. Tac. H. 2, 66. P. Augu- sta Rauracorum, urbs olim florentissima, totius gentis caput, ad sinistram Rheni ripam. Plin. 4, 17. Tab. Pent. Colonia Rauriaca et Rauricum di- cta, ab ipsismet incolis (V. in Rauraci), combu- sta tempore Julii Caesaris. Caes. B. G. 1, 5. Hodie jacet in ruinis, restante tantum nomine Augst,

vel, quod magis Italicum, *Osta*. P *Augusta Emerita*, urbs Lusitaniae, hodie *Merida* in Estremadura. *Plin.* 4, 22. P *Augusta Trevirorum* vel *in Treveris*, Galliae Belgicae oppidum fuit, hodie *Trier*. *Mela* 3, 2. *med.* P *Augusta Vindelicorum*, celeberrima ac pervetusta Germaniae superioris urbs, nunc *Augsburg*. *Anton. Itin.* V. *Vindelicorum*. P *Augusta Suessionum* vel *Suessonum*, urbs Galliae Belgicae, hodie *Soissons*. *Anton. Itin.* P *Augusta Ausciarum*, urbs Galliae Aquitanicae, dicta et *Climberrum*, vulgo *Ausch* vel *Auch*. *Caes. B. G.* 3, 27. *Plin.* 4, 19. *Mela* 3, 2. P *Augusta Gaditana* vel *Augusta Julia Gaditana*, dicta est urbs Gaditana seu Gades, Graecis *Γαδύρα*, quod J. Caesar et Augustus coloniam hanc diversis temporibus deduxissent. Vulgo est *Cadiz*. *Plin.* 4, 22. P *Augusta Gemella*, urbs Hispaniae Baeticae, dicta et *Tucci*. *Plin.* 3, 1. P *Augusta Firma*, aliud oppidum Hispaniae Baeticae. V. *Astigi*. P *Augusta Noa*, oppidum Hispaniae Tarraconensis, in regione Arevacarum. *Plin.* 1. l. et c. 3, 5. Ptolemaeus nomen corrupte scribit *Νοδαργουάρα* pro *Νοαργουάρα* vel *Νέα Αργουάρα*. P *Augusta Vagiennorum*, Liguriae urbs, hodie, ut nonnullis placet, *Saluzzo*. *Plin.* 3, 5. P *Augusta Tricastinorum*, in Gallia Narbonensi fuit. *Id.* 3, 4. P *Augusta Bracarum*, vel ut est in *Inscr.* ap. *Grut.* p. 156. n. 3. *Bracara Augusta*, oppidum Bracarum vel Bracarorum. Propinqui autem sunt Durio Bracari populi. *Plin.* 4, 20. P *Augusta Veromanduorum*, Galliae Belgicae civitas fuit, nunc *S. Quentin*. *Anton. Itin.* P *Augusta Dacica*, oppidum Dacorum, non procul a Zarnigethusa. *Inscr.* ap. *Grut.* p. 437. n. 1. P *Augusta Treba*, nunc *Trevi*, oppidum prope fontes Anienis. *Frontin. de aquaed.* p. 247. Fuit et *Augusta* oppidum in Cilicia Trachea. *Plin.* 5, 27. *Augustopolis* audit *Notit.* ap. *Cellar.* P *Julia Augusta*. V. *Parma*. B. A.]

AUGUSTALE, is, n. tabernaculum ducis in castris. Legitur apud *Quint.* 8, 2., ubi tamen alii rectius *augurale* reponi malunt. V. AUGURALIS.

AUGUSTALIANUS, a, um, adj. *Impp. Theod. et Valent. Cod. Theod.* 11, 5, 3. Augustalianum officium, h. e. Praefecti Augustalis. Sic Augustalianum iudicium, *ib.* 24, 6.

AUGUSTALICUS, a, um, adj. qui augustalitate jam functus, ut quinquennialicus, qui quinquennialitate, aedilicis, qui aedilitate functus est. *Inscr.* ap. *Fabrett.* c. 6. n. 163. Ob quarum dedicationem heredes ex testamento ejus decurionibus singulis X IIII., augustalicis X III., plebei intra murum habitantibus X II., liberis omnium eorum dimidium dederunt. Lapis habet *augustalicis* pro *augustaliciis*, gemino scilicet I ex more veterum Latinorum in unum contracto; hic vero *augustalicus* illum significat, qui augustalitate fungebatur, tum etiam qui functus jam fuerat. [Haec refinit et auxit *Furl.*; nam *Forc.* habebat AUGUSTALICUS laudata *Inscr.* ap. *Fabr.*]

AUGUSTALIS, le, adj. ad Augustum pertinens. *Tac.* A. 1, 15. et 54. Augustales ludi, h. e. in honorem Augusti instituti, qui in vet. quodam Calendario ap. *Grut.* 133. in mense Octobri. *Augustalia* absolute appellantur. *Id.* *ib.* 54. et *Suet. Claud.* 6. Sodales Augustales, h. e. sacerdotes viginti et unus a Tiberio instituti, quibus postea quatuor supra numerum adjecti, qui sacra curarent in honorem Augusti inter Deos relati. *Tac.* A. 2, 83. *Sacerdotes Augustales* appellat, et *H.* 2, 95. absolute *Augustales*. P [Schol. *Porph.* ad *Hor. Sat.* 2, 3, 281. Ab Augusto Lares, i. e. Dii domestici in compitis positi sunt; ex libertinis sacerdotes dati, qui Augustales sunt appellati. — Eadem fere tradit *ib.* *Aron.* Sed jure cum *Heind.* ad h. l. dubites, an vera tradiderint. Certe aliunde non constat, fuisse *Augustales*, quales ab illis fuisse perhibentur.] P Etiam in coloniis ac municipiis Augustalium collegia instituta fuere ad eundem finem: in quibus sex primo nominati, *Seviri Augustales* dicebantur, creabanturque a decurionibus. Postea cum ad multo plures excrevisset, in plura collegia partiti sunt, nempe juvenum ac seniorum, quibus distincti VI. Viri praerant. De his mentio fit in *Petr. Sat.* 30. et in quamplurimis antiquis inscriptionibus, quarum multas affert *Noris.* in *Cenotaph. Pis. dissertat.* l. c. 6., ubi etiam refellit eorum opinionem, qui Augustales fuisse magistratus, non sacerdotes arbitrati sunt. V. ibi plura erudite disputata. [At constat, Augustales primo fuisse institutos in municipiis et coloniis, uti Romae, in honorem Augusti et sacris iisdem faciendis praefectos, mox progressu temporis medios fuisse (ut Romae equites inter senatum et populum) inter decuriones et plebem et novum ordinem civium ex his constitutum, ideoque etiam ipsos equestrem ordinem fuisse appellatos. Id patet ex *Inscr.* ap. *Grut.* 431, 1. Sex. Ligurius Sex. Fil. Galeria Marinus Curator Civium Romanorum provinciae Lugdunensis, Quaestor, Iviralib. ornamentis suffragio sanctissimi ordinis honoratus, Ivir. designatus ex postulatione populi ob honorem perpetui pontificatus dat, cujus doni dedicatione decurionibus X. V., ordini equitri IIII. viris Augusta-

libus negotiatoribus viniis X. IIII., et omnibus corporibus Lugduni licite coentibus X. II., item ludos Circenses dedit. L. D. D. D. F.] P *Augustales* etiam dicti sunt milites ab Augusto ordinariis juncti, ut docet *Veg. Mil.* 2, 7. P Denique Praefectus Augustalis dictus est praefectus Aegypti, quia, lege ab Augusto lata, datum est ei imperium ad similitudinem proconsulis, ut *Ulp.* loquitur *Dig.* 1. t. 17. qui est *De officio Praefecti Augustalis*. Qua de re exstat etiam testimonium *Tac.* A. 12, 60. P Hic idem vir spectabilis Augustalis vocatur *Cod.* 10, 31, 57. et 59.

AUGUSTALITAS, atis, f. dignitas sodalis. *Inscr.* ap. *Grut.* 215, 2. Subire onus augustalitatis. *Alia ib.* 354, 7. Decernere alicui honorem augustalitatis. P Dicta est etiam aliquando Augustalitas dignitas praefecti Aegypti. Ita enim accipienda videtur in *Cod. Theod.* 13, 11, 11. V. AUGUSTALIS.

[AUGUSTAMNICA provincia in Aegypto, a Nilo, quem Augustum amnem vocavere, appellata. *Amnian.* 22, 16. Tres provincias Aegyptus fertur habuisse temporibus praeceps, Aegyptum ipsam et Thebaidem et Libyam, quibus duas adjecit posteritas, ab Aegypto Augustamniam et Pentapoliā a Libya sicciore dissociatam. In Augustamnica Pelusium est oppidum nobile, et Cassium, et Ostracine, et Rhinocolura. F.]

AUGUSTANEUS, a, um, adj. Augustanus. Legitur apud *Var. Auct. Limit.* p. 265. *ed. Goes.*

AUGUSTANUS, a, um, adj. ad Augustum pertinens. *Tac.* A. 14, 15. de Nerone: Tunc primum conscripti sunt equites Romani, cognomento Augustanorum, aetate ac robore conspicui, etc. Videntur hi iidem fuisse, qui memorantur a *Suet. Ner.* 20. P *Augustana colonia* ab Augusto deducta. *Ulp. Dig.* 50, 15, 1. Berytensis colonia Augustana. *Torrentin.* et *Haloander* habent *Augustiana*. Eadem lectionis varietas habetur in lapidibus quos V. in AUGUSTIANUS. P [*Augustani dicebantur incolae Augustae Asturicae, quae hod. *Astorga*. *Plin.* 3, 1, et 3, 5. et generaliter cujusvis oppidi cui nomen Augustae, Augustani appellati. P *Augustana castra*, locus fuit, forte oppidum, *Vindeliciae*. *Anton. Itin.* B. A.]

AUGUSTATUS, a, um, adj. In *Papiriano jure* apud *Macr. Sat.* 3, 11. In templo Junonis Populoniae augustata mensa est, h. e. dedicata, consecrata, et veluti augusta facta. Ita legit cum aliis quibusdam *Turneb.* l. 18. c. 4., sed plerique alii *augusta*.

AUGUSTE, adv. *σεμνός*, rite, augurato, sancte, religiose. *Cic. N. D.* 2, 24. Liber, quem nostri majores auguste sancteque cum Cerere et Libera consecraverunt. Et *ib.* 3, 21. Deos omnes auguste saetateque venerari. *Id. Brut.* 21. Non quod de religione dici possit augustus.

AUGUSTEANUS, a, um, adj. ad Augustum pertinens. *Frontin. Colon.* p. 140. *Goes.* Ager limitibus Augusteanis pro parte assignatus. V. v. seq.

AUGUSTEUS, a, um, adj. *Αὐγουστέος*, ad Augustum pertinens. *Suet. Claud.* 11. Curram elephantorum Augusteo similem decernendum curavit. *Al. leg. Augustino.* [ita *B. Crus.*] al. *Augusto*. *Frontin. Colon.* p. 119. 121. et 122. *Goes.* Augustei termini, h. e. rotundi ad modum columnae, ita dicti quia Augustus eos recensuit, ut in *Gloss. Rigalt.* exponitur. *Id. ib.* p. 121. Ager lege Augustae assignatus. P *Augusteum*, i, est aedes in honorem Augusti dicata. In *Cenot. Pis. C.* et *L. Caesar.* Pisis in Foro, in Augusteo scrib. adfuer. Q. Petilius, etc. V. *Noris. ibi dissertat.* l. c. 4.

AUGUTIANUS, a, um, adj. Augustanus. *Suet. Ner.* 25. Sequentibus curram ovantium ritu plausoribus, Augustianos militesque se triumpho ejus clamitantibus. (V. AUGUSTANUS.) *Frontin. Colon.* p. 1. 106. et 139. *Goes.* Augustianum bellum. *Inscr.* ap. *Grut.* 599, 7. Praepositus velariorum domus Augustanae. Ita *Gruter.*, at *Gudius* in ipso lapide *Augustianae* se vidisse testatur, ut et in alio in quo habetur *Praepositus Opificibus domus Augustianae*. V. AUGUSTANUS.

AUGUSTINUS, a, um, adj. V. AUGUSTEUS. P *Augustini, orum*, dicuntur ab *Aggen. Urb.* p. 72. *Goes.* habitatores Coloniae Augustae. P D. Aurelius Augustinus, Africanus ex Tagaste oppido, scriptor sanctissimus et eloquentissimus floruit sub finem saeculi Christi IV. et initio V.

AUGUSTO, as, a. 1. augustum ac venerabilem reddo. *Arnob.* 6. p. 201. Jamdudum istos videretis Deos, quos exterior levitas lenocinia fulgoris augustat, laminarum flatilium esse crates, etc.

*AUGUSTOBONA, ae, oppidum Galliae Celticae sive Lugdunensis, hodie *Troyes*, ut credibile est. *Anton. Itin.* P *Ptolemaeo* est *Αὐγουσθόβωνα* (*Cod. Pal.* habet *Αὐγουσθόβωνα*). P De quantitate paenultima V. *Vindobona*. B. A.

*AUGUSTOBRIGA vel Augustobrica, ae. f. Hispaniae Tarraconensis oppidum, ad Tagum flumen. *Anton. Itin.* P Item aliud, inter Numantiam et Turiasonem. *Anton. Itin.* B. A.

[AUGUSTOBRIGENSIS, se, adj. ad Augustobrigam pertinens, quam *Plin.* 4, 22, 35, inter Lusi-

taniae urbes recenset, quaeque nunc *el Pedroso* vocari putatur. *Augustobrigenses*, ium sunt incolae illius urbis apud *Eund. ib. Inscr.* ap. *Murat.* 1030, 7. Flaviae Rufinae Augustobrigensi. F.]

*AUGUSTODUNUM, i, oppidum Galliae Celticae sive Lugdunensis, in regione Aeduorum, hodie *Autun*. *Mela* 3, 2. *Tac.* A. 3, 43. B. A.

*AUGUSTOMAGUS, i, Galliae Belgicae oppidum, in regione Silvanectensium, hodie *Sentis*. *Anton. Itin.* B. A.

*AUGUSTONEMETUM, i, oppidum Galliae Aquitanicae, in Arvernorum regione, hodie *Clermont*. *Tab. Pent.* B. A.

*AUGUSTOPOLIS, V. Augustus. P Fuit et Augustopolis, *Αὐγουσθόπολις*, urbs Phrygiae Majoris. *Notit. Episc.* B. A.

*AUGUSTORITUM, i, *Αὐγουσθόριον*, oppidum in Gallia Aquitanica, quod alii de *Poitiers* hodie intelligunt, alii melius de urbe Lemovicum praecipua, *Limoges* vulgo dicta. *Anton. Itin.* B. A.

[AUGUSTULUS, a, um, diminutivum Augusti. Cognomen Romanum. *Inscr.* ap. *Donat.* 472, 2. Terentiae Augustulae. F.]

AUGUSTUS, a, um, adj. *σεβαστός, σεμνός, ἱερός*, proprie dicitur de loco augurato, sacro, religioso, sancto; vel ab *augeo*, vel ab avium gestu gustuve, quibus auguria captantur, ut docet. *Suet. Aug.* 7. Augustus potius vocaretur, quod loca quoque religiosa, et in quibus augurato quid consecratur, augusta dicantur, ab *auctu* (i. e. a verbo *augere*), vel ab avium gestu gustuve. [Ultima vv. *Wolf.* putat esse assuta ex *Festo*.] *Or. Fast.* 1, 609. Sancta vocant augusta patres: augusta vocantur Temppla, sacerdotum rite dicata manu. Hujus et augurium dependet origine verbi; Et quodcumque sua Juppiter auget ope. [Utroque loco verior est illa derivatio, qua h. v. originem esse putant *augeo*, ut diserte docet *Gramm. ined.*, laudatus ab *Osann.* *Auct. Lex. gr.* p. 182. s. v. *antonomastice*. Ab *augeo*, *inquit*, habetur *augustus* quilibet Rom. imperator, ab *augendo* imperium, unde et antonomastice Octavianus dictus est Oct. Augustus, quasi super omnes alios auxit Rom. imperium. — Adjectivum autem *augustus*, a, um, idem ille satis mire derivari vult ab *ave* et *gusto*!) *Augustus* igitur (ut ab *ango* fit *angustus*) est is, qui splendore quodam, majestate, amplitudine, religione, insignis est; ac dicitur pariter et de locis et de personis.] *Cic. Dom.* 53. Ara consecrata in loco augusto. *Accius* ap. *Non.* 4, 330. Ut omnes omnibus faustis augustam faventiam adhibeant, h. e. religiosam. *Virg. A.* 7, 153. Augusta ad moenia regis, h. e. augurio consecrata, ut et *Servius* exponit. *Enn.* ap. *Varr. R. R.* 3, 1. Augusto augurio postquam inclyta condita Roma. *augustum augurium* potest etiam exponi magnum et propitium, quo quis bono aliquo augetur. P Generatim pro venerabili, magno, majestate pleno, quales sunt religiosae res et sacrae. *Cic. N. D.* 1, 42. Eleusina sancta illa et augusta. *Id. Tusc.* 5, 13. Ex hoc Platonis quasi quodam sancto augustoque fonte nostra omnis manabit oratio. *Virg. A.* 7, 170. Tectum augustum, ingens, centum sublime columnis. *Id. G.* 4, 228. Sedes apum augusta, h. e. nobilis, et quasi majestatis plena, ut *Servius* explicat. Nam, Esse apibus partem divinae mentis, et haustus Aetherios, dixere quidam, ut *ib.* 220. habetur. *Suet. Ner.* 1. Juvenes gemini augustiore forma. *Lic. Praef.* Miscendo humana divinis primordia urbium augustiora facere. *Id.* 1, 8. Cum cetero habitu se augustiorem, tum maxime licitoribus duodecim sumptis fecit. *Or. Met.* 9, 279. de Hercule inter Deos relato: majorque videri Coepit et augusta fieri gravitate verendus. *Stat. Silo.* 4, 8, 20. Ausoniae pater augustissimus urbis. *Plin. Pan.* 60. Augustissimum tribunal consulium. P *Augustus* honoris causa appellatus est a senatu Octavius Caesar post devictos triumphatosque undique R. imperii hostes, clauso Jani templo, firmataque per orbem pace A. U. 717., ipso VII., M. Hispanio Agrippa III. cons., cum quibusdam centibus, Romulum appellari oportere, quasi et ipsum conditorem Urbis, praevaluisse Munatii Planci sententia, ut *Augustus* potius vocaretur, non tantum novo, sed etiam ampliore cognomine, ut ait *Suet. in ejus Vita* 7., ut scilicet jam tum, dum colit terras, ipso nomine ac titulo consecraretur, ut ait *Flor.* 4, 12. *in f.*, et *ὡς καὶ πλείον τι, ἢ κατὰ ἀνθρώπους, ὦν*, ut est apud *Dion.* l. 53. Ejus deinde successores et ipsi *Augusti* sunt appellati, eorumque uxores *Augustae*: quin crescente adulatione, *semper Augusti*, ut est apud *Auct. Pan.* ad *Maximian.* et *Constantin.* cap. 1. et apud *Symm.* ep. 2, 30. et alibi. P Mensis quoque Sextilis in ejusdem Octavii honorem *Augustus* dictus est, quia eo mense primum consulatum inierat, tres triumphos in Urbem intulerat, Aegyptum in ditionem populi R. redegerat, finemque imposuerat bellis civilibus, ut est in ipso senatusconsulto hac de re lato, quod a *Macr. Sat.* 1, 12. *ad f.* refertur. Adjective. *Juven.* 3, 9. Augustus recitantes mense poetas. *Mart.* 12, 68. Augustis redit Idibus Diana. *Plin.* 2, 47, 47. Ante calendas Augustas. Adde

Colum. 11, 2. et *Inscr. ap. Grut.* 731, 3. P De iis, quae ad Caesarem Augustum pertinent. [*Hac vi praecipue in nummis frequentatur.] *Or. Pont.* 2, 5, 18. et *Vell.* 2, 126. Pax Augusta, h. e. ab Augusto parata. *Or. Pont.* 2, 2, 76. Domus Augusta. Et *ib.* 1, 2, 117. Augustae aures. Et *ib.* 4, 5, 10. Forum Augustum, h. e. ab Augusto aedificatum in regione Urbis octava, cum aede Martis ultoris, ut est apud *Suet. in ej. Vita* 29. quod forum inter magnifica Urbis opera *Plin.* 36, 15, 24. n. 1. recenset. *Or. Trist.* 3, 8, 13. Augustum numen. *Mart.* 7, 39. Augusta aula, h. e. Domitiani. P Augusta aqua dicta est, quam Augustus in supplementum Marciae perduxit, et in ipsam Marciam immisit, ut est apud *Frontin. aquaed.* 12. et in *Monum. Ancyr. ap. Grut.* 232. P Alia est Augusta aqua ab eodem Romam perducta, quae ex Alsetino lacu concipiebatur. *Frontin. ib.* 11. V. ALSIETINUS. P Apud *Plin.* 15, 30, 39. et 17, 10, 11. dicitur *augusta laurus*, quae amplissima est et arbore et folio, baccis gustata quoque non asperis: *regia* etiam ob id appellata. P Via Augusta (ab auctore nominata) in Faliscis fuisse dicitur, et per Anniam in Flaminiam desisse. V. ANNIA. P Augusta charta vocata est ea, quae, officinis Romam translatis, lota ibi diligentius et retractata est, tenuitque aliquandiu principatum, donec sub Claudio melior excogitata est. Antea *hieratica* dicebatur, religiosi tantum voluminibus dicata. *Plin.* 13, 12, 23. P Praeterea Augustum dictum est genus marmoris sub Augusto in Aegypto repertum. *Id.* 36, 7, 11. Idem marmor *Isid. Orig.* 16, 5. appellat *Augusteum*. V. TIBERIUS, a, um. P Inter varia ficorum genera *augusta* enumerat *Macr. Sat.* 2, 16., et fortasse intelligit ficos virides biferas, quas Augustus maxime appetebat, ut narrat *Suet. in ejus Vita* 76. P *Historia Augusta* est historia Augustorum. *Vopisc. Tac.* 10. Cornelius Tacitus scriptor historiae Augustae. P Comp. *Augustior* et *Sup. Augustissimus*. V. supra.

*AUGYLAE. V. AUGILAE. B. A.
 AVIA, ae, f. *ἀγία, ἄγία*, patris, vel matris meae mater. [*Proprie adject. est *avius*, a, um ab *avus*, *Supple uxori*] *Pl. Truc.* 4, 3, 34. Matres duas habet, et avias duas. P Metonymice *Pers.* 5, 92. Dum veteres avias tibi de pulmone revello, h. e. inveteratas et diu conceptas animo opiniones, quas vel ab avia puer didicisse videri potes. P Est etiam nomen cujusdam herbae. *Colum.* 6, 14. *ad f. ex Celso*. Herba, quae vocatur avia cum sale trita et imposita. P Si divinare quis velit, non absurde dicere possit, aviam esse eandem ac *senecionem*, quam ita appellarunt Latini, quod vere canescat, et ob id ipsum Graeci *ἡριόγγορα*. Juvat hanc conjecturam *Appul. Herb.* 74., ubi tradit, senecionis flores a Graecis *ἰατρικὸς* vocari, a nobis *avos* dici posse. *Pontedera Antiq. Graec. Lat.* p. 542. *aviam* apud *Colum.* dictam putat errore librarii, quae apud *Plin.* 22, 14, 16. *lamia* seu *lamium* appellatur. [At *Schneiderus* neutrum probat. F.]

[AVIANUS, i, m. ad aves pertinens. Cognomen Romanum. M. Aemilii Aviani meminit *Cic. Fam.* 13, 21. *Inscr. ap. Grut.* 4, 4. Avianus Aug. Lib. F.]
 AVIARIUM, ii, n. *ἀγρονομία*, locus conclusus, in quo aves altilles custodiuntur et aluntur: de quo multa *Varr. R. R.* 3, 3, et 5., ubi docet hoc nomine primum significatam esse eam villae partem, quae et gallinis et columbis alendis assignata erat: postea ita dictum esse locum, in quo alebantur delicatiores aves, ut turdi, pavones et hujusmodi, ad luxum coenarum. *Colum.* vero 8, 1. tradit, *aviaria* appellari etiam piscinas, in quibus nantes volucres servantur, ut anates, anseres: quamvis haec loca proprium insuper nomen habeant. *Cic. Q. Fr.* 3, 1, 1. Nihil ei restabat praeter balnearia et ambulationem et aviarium. *Plin.* 10, 50, 72. Aviaria primum instituit inclusis omnium generum avibus M. Laenius Strabo, equestris ordinis, *Brun-dusii*. Eadem narrat *Varr. R. R.* 3, 5. P *Aviaria* etiam dicuntur cubilia avium in nemoribus. *Virg. G.* 2, 430. Sanguineis inculta rubent aviaria baccis.

AVIARIUS, a, um, adj. ad aves pertinens. *Varr. R. R.* 3, 5. Pro pariete rete aviarium est objectum.
 AVIARIUS, ii, m. *ἀγρονομός*, qui aviarii curam gerit. *Colum.* 8, 3. de gallinariis: Aviarius subinde debet speculari aut incubantis aut parturientis fetus. *Inscr. ap. Murat.* 971, 6. Priscus L. Varl Ambiboli aviarius altiliarius, h. e. qui altilia curat et facit, qui et *factor avium* dictus est.
 [AVICANTUS, i, m. nomen cujusdam numinis vel fontis apud Gallos, prope Nemausum, quem nunc *Vistre* appellari affirmat *Jos. Bimardius* ad *Inscr. Murat. Prolegom.* T. 1. p. 54. Laribus Aug. sacrum, et *Minervae*, *Nemauso*, *Urniae*, *Avicanto* T. Cassius T. L. Felicio exs voto. F.]

AVICELLĀ. V. AUCELLĀ.
 AVICULĀ, ae, f. *ὀρνίθιον, ὀρνιθίσκιον*, parva avis. *Gell.* 2, 29. Aviculae nidulus. *Appul. Met.* 11, p. 260, 21. Aviculae canerae. P Quidam putarunt esse etiam diminutivum ab *avia*, afferentes illud *Cic. Flacc.* 36. *in f.* Festivus filius aviculae

minime suspiciosae, etc., sed ibi legendum est *avicularae*.

AVICULĀRIUS, ii, m. idem quod aviarius, ap. *Apic.* 8, 7.

AVIDĒ, adv. *ἐπιθυμητικῶς, ἀγριότητος, ἰζύως*, cum aviditate, cupide. *Petr. Sat.* 111. Avide replere se cibo. *Suet. Cal.* 18. Hilarius et avidius vesci. *Plin.* 17, 2, 2. Avide esurire. *Cic. Sen.* 8. Graecas litteras sic avide arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens. *Id. ib.* 20. Avide appetere aliquid. *Liv.* 23, 18. Avidius immergere se in voluptates. *Cic. Phil.* 14, 1. Avidissime expectare aliquid. *Id. Att.* 12, 41. Avide sum affectus de fano, h. e. vehementer cupio, ut fanum fiat. *Liv.* 34, 15. Extra ordinem avidius procurare. *Id.* 28, 27. Avide credere. *Curt.* 3, 6. Avide intueri aliquem. *Petr. Sat.* 22. Avidius rixari.

AVIDITAS, atis, f. *ἐπιθυμία*, cupiditas, desiderium. *Cic. Sen.* 14. Senectus mihi sermonis aviditatem auxit, potionis et cibi sustulit. *Plin.* 20, 16, 65. Aviditas ad cibos. *Cic. Fin.* 3, 2. Inexhausta aviditas legendi. *Id. Off.* 2, 11. Ad divitias plerique inflammata aviditate rapiuntur. *Id. Q. Fr.* 1, 1, 16. Infinita aviditas gloriae me tenet. *Tac. H.* 1, 52. Aviditas imperandi. P Speciatim ponitur pro nimia pecuniae aviditate. *Pl. Merc. prol.* 29. Inhaeret etiam aviditas, desidia, injuria. P Item pro appetentia cibi. *Plin.* 23, 1, 7. Uvae in ollis servatae et os et stomachum et aviditatem excitant. *Id. ib.* 8, 75. Amygdalae aviditatem faciunt. *Id.* 20, 7, 26. Lactuca in cibis aviditatem incitat inhibetque eadem. [*Et in specie pro nimia cibi appetentia, pro intemperantia dicitur. *Bentl. ad Hor. Sat.* 1, 4, 126. comparat *Cels. praef.* Aegrorum enim, qui sine medicis erant, alios propter aviditatem primis diebus protinus cibum assumisse.] P In plurali numero. *Plin.* 11, 6, 5. Alveum illinum amarioribus succis contra aliarum bestiarum aviditates. *Id.* 20, 21, 84. Adeo malvae Veneri nascuntur, ut senem uncaulis aspersum genitali, feminarum aviditates augere ad infinitum Xenocrates tradat.

AVIDITER, adv. avide. *Appul. Met.* 4. [*p. 145, 27. *Elm.* e cod. Pal. Sic etiam ed. *Oud.* p. 251. illos invasisse aviditer (pocula); dulcedine potionis capto hausisse etc.] Aviditer ingurgitare merum. *Arnob. sub init. l.* 5. Invadere aviditer pocula.

AVIDUS, a, um, adj. *ἄπειρος, ἐπιθυμητός*, cupidus, vehementer appetens: ab *aveo*. [**P. Crinit.* de hon. discipl. l. 2. c. ult. cum *Verrio Flacco* a non *ridendo* derivat, propter nimiam cupiditatem. Satis ridicule.] *Ter. Eun.* 5, 4, 16. Avidus cibi. [*Praecipue de aegris, (etiam absolute *avidi* dicuntur) qui intemperantiores sunt. V. *Hdf.* ad *Hor. Sat.* 1, 4, 126. coll. *ib.* *Bentl.* et ad *Od.* 2, 13, 32. Perperam explicat h. l. *Cort.* ad *Sall. Jug.* 35, 3.] *Justin.* 9, 8. vini. *Liv.* 22, 21. Hispanorum inquieta avidaque in novas res ingenia. *Ter. Eun.* 1, 2, 51. Ejus frater aliquantulum ad rem est avidior. *Cic. Phil.* 5, 8. Avidus in pecuniis locupletum. *Plin.* 7, 55, 56. Avidus nunquam desinere. *Or. Met.* 10, 472. cognoscere amantem. *Lucan.* 6, 696. Et Chaos innumeros avidum confundere mundos. *Cic. Manil.* 3. Avidus laudis. *Id. Marcell.* 8. Avidissimus gloriae. *Id. Or.* 29. *in f.* Aures avidae et capaces. *Or. Her.* 4, 15. Avidus ignis. *Id. Trist.* 1, 11, 31. Rapina avida. *Mart.* 1, 50. Avida sitis. *Plin.* 14, 22, 28. Avidi oculi. *Lucr.* 4, 595. Humanum genus est avidum nimis auricularum, h. e. habet aures avidas audiendi. P Cum dativo, *Tac. H.* 1, 7. Servorum manus subitis avidae. P Speciatim ponitur pro nimis cupido pecuniae. *Cic. Rosc. Com.* 7. Callidum imperitum, liberalis avidum fraudavit. [**Hor. Od.* 1, 28, 18. avidi nautae. Cf. *Bentl.* et *Burn.* ad *Quint. Decl.* 1. p. 3.] *Pl. Pers.* 2, 3, 14. Triparcos homines, vetulos, avidos, aridos. *Id. Trin.* 4, 1, 6. Avidis moribus esse. *Id. Aul. prol.* 9. Avido ingenio esse. P [*Absolute etiam ponitur pro gloriae avidus. Aliis exemplis hunc usum illustrat *Walch.* ad *Tac. Agr.* 22. nec per alios gesta avidus interceptit. *Cort.* ad *Sall. Jug.* 35. *avidum* explicat *avidum vitae*. Sed perperam. V. supra.] P In illo *Lucr.* 5, 201. quantum coeli tegit impetus ingens, Inde avidam partem montes, silvaeque ferarum Possedere, etc., *avidam partem* interpretari possumus vastam, ingentem: quia avidus magna appetit [**Sic Eichst.* in *ind. s. h. v.*: nisi malis esse hypallagen et *avidam partem* dici, hoc est avide occupatam. Al. leg. *aliam*, al. *habitant*. Similiter apud *Eund.* 2, 1064. et 5, 471. *avidum complexum aetheris* intelligunt nonnulli vastum, ingentem. P [*Confunduntur a librariis *avidus* et *avidus*, V. *Cort.* ad *Lucan.* 2, 71. coll. *Gron. Diatr.* p. 406. ed. *Lips.* ibique *Hand.*]

AVIENUS, i, m. Rufus Festus Avienus poeta patria, ut multi putant, Hispanus, ut alii, Italus, multa scripsit, e quibus adhuc supersunt Metaphrasia Arati et Periegeses Dionysii Alexandrini, Fabulae aliquot Aesopi (quamquam has *Flavio Aviano* alii merito tribuunt), et quaedam alia minutiora. Vixit Theodosii Junioris, Marciani et Leonis Thracis temporibus, Macrobbii fere aequalis (qui

eum in Saturnalibus suis loquentem inducit), post initium saeculi Christi quinti: scripsitque, ut illis temporibus, adeo eleganter et Latine, ut dignus videri possit, qui inter superioris aetatis scriptores referatur.

AVILLAS, agnas esse recentis partus, scribit *Paul. ex Festo*. [At legendum *anillas*, quod pro *ovillas* est: ductum enim videtur ab *ἀγρες*, quasi *anillas* sit pro *arnillas*. F.]

*AVINENSE OPPIDUM fuit in Africa Propria, s. Zeugitana, Avina etiam, ut credibile, vel Avinum nuncupatum. *Plin.* 5, 4. ubi *Avinense* lectionem omnium MStorum esse testatur *Hard. Hermolaus* mavult *Avittense*, ut sit Avitta oppidum. *Avinense oppidum* putat *Hard.* idem esse quod *Vinense*, sc. Vinam *Antonini*. B. A.

[AVIOLĀ, ae, m. Cognomen Romanum, diminutivum ab *avis*. Apud *Suet. Claud.* 45. mentio est M. Acilii Avioli, qui consul fuit cum M. Asinio Marcello an. U. C. 807., a Chr. n. 54. F. P *Alius Acilius Aviola, Tiberii in Gallis legatus, de quo *Tac. A.* 3, 41. Hic consularis ille quibusdam esse creditur, qui in rogo revixit. *Val. Max.* 1, 8. *Plin.* 7, 52. P Alius, curator aquarum publicarum sub Vespasiano et Domitiano Imperatoribus, cui *Frontinus* in eo munere se successisse scribit. P Alius, Consul cum Cornelio Pansa, an. U. C. 874. sub Adriano. P Alius denique, Consul cum T. Q. Flaminio, an. U. C. 603. B. A.]

*AVIONES, um, populi Germaniae borealis. *Tac. G.* 40. B. A.

[AVIPES, edis, comm. gen. idem quod alipes, qui pedibus velocibus, instar avis alis praeditus est. *Serenus ap. Capell.* 5. p. 169. Peritavit (*corrige perit*, abit) avipedis animula leporis. Eundem versum procelesmaticum afferunt, omisso auctoris nomine, *Terent.* p. 2415. et *Victor.* bis p. 2546. et p. 2595. Alii perperam leg. *alipedis*. F.]

AVIS, is, f. *ἄγρις, ἰδός*, volucris omnis, quae ova parit et pennis praedita est. Itaque hoc nomine veniunt etiam gallinae, anates, anseres. Hinc *Paul. Dig.* 32. l. 63. docet, avibus legatis, anseres, phasianos et gallinas et aviaria deberi. Hinc etiam liquet, minus late patere *avis* vocem, quam *volucris*. Nam apes, vespae, muscae, papilioes, *volucres* quidem sunt, non tamen *aves*. Quamquam hoc discrimen non est perpetuum. *Varr.* enim *R. R.* 3, 16. apes aves appellat. *Cic. Dio.* 2, 70. de *aquila*. Ista enim avi volat nulla vehementius. *Hor. A. P.* 13. Serpentes avibus gementur, tigribus agni. P De variis avium volandi rationibus fuse et curiose *Plin.* 10, 38, 54. P Quia vero *aves* habent praecipuum in auguriis locum, *bona avis* pro nomine, *adversa et mala* pro malo ponitur. *Or. Fast.* 1, 513. Este bonis avibus visi natoque patrique. *Liv.* 6, 12. Dii, qui secundis avibus in prolium miserint. *Pl. Epid.* 2, 2, 2. Avi sinistra exire. *Hor. Od.* 1, 15, 5. Mala ducis avi domum etc. *Vetus Poeta ap. Cic. Dio.* 1, 16. Adversa avi solve. P *Alba avis* proverb. de re admodum rara et fausta. Paucae enim eo colore aves sunt. *Cic. Fam.* 7, 28. Quasi avem albam videntur bene sententem civem videre. P In illo *Pl. Poen.* 5, 2, 15. Quenam illaec avis est, quae huc cum tunicis advenit? *avis* dicitur tunicatus homo et in tunica habens manicas alarum instar. P In ablativo sing. potest et *ave* dici sine reprehensione, ut *Varr. L. L.* 7, 37. et *Prisc.* 7. p. 765. docent: quamquam *Charis* 1. p. 96. id negare videatur. *Varr. L. L.* 6, 5. Ave sinistra. *Or. Am.* 2, 6, 62. Ora fuere mihi plus ave docta loqui.

*AVISIO, onis, portus Liguria, inter portum Herculis Monoeci et Nicaeam. *Anton. Itin.* B. A.

AVISPEX, aspiciis, qui aves inspicit auguriis captandis. V. EXTISPICUS.

AVITE, adv. ab avo. *Tert. adv. Valent.* 39. Dominus Jesus filius hominis avite pronuntiatus. Al. aliter leg.

AVITIUM, ii, n. grex avium, quemadmodum *servitium* servorum turbam significat. *Appul. Flor.* sub f. Tam pulchra ales, quae ex omni avitio longe praecellit.

*AVITTENSIS, se, adj. ad Avittam, sive Abittam pertinens, Byzacena in Africa urbem, ultra Sisaram paludem ad meridiem sitam, *Ptol.* et *Tab. Pent.* cognitam. *Plin.* 5, 4, 4. Oppida libera triginta: ex quibus intus Avittense, Abziritanum. V. AVINENSE oppidum. B. A.

AVITUS, a, um, adj. *προγονικός*, qui ab avis et majoribus nostris ad nos pervenit. *Cic. Agr.* 2, 30. Paternae atque avitae possessiones. *Id. Fam.* 13, 34. Avitum mihi hospitium est cum *Lysone*. *Id. Tusc.* 1, 19. Patria atque avita philosophia. *Prop.* 2, 19, 23. Sanguine avito nobilis. *Id.* 4, 11, 29. Avita tropaea. *Tac. A.* 2, 38. Avita nobilitas. *Justin.* 1, 1. Avitus gentium mos. *Or. Met.* 6, 239. aviti nominis heres. *Id. ib.* 650. sedens solio sublimis avito. *Liv.* 1, 6. Avitum malum regni cupido. *Or. A. Am.* 696. Avitum merum, h. e. vetus, quasi ab avis conditum. P De brutis animalibus. *Colum.* 6, 37. Ubi asina et onagro natus admittitur equae, quidquid ex eo provenit, pater-

nam formam et modestiam, fortitudinem celeritateque avitam refert. Adde 7, 2. ad f.

AVIUS, a, um, adj. *ἄσπετος, ἄσπετος*, qui est sine via vel a via remotus. *Hor. Od. 1, 23, 2.* Avii montes. *Virg. G. 2, 328.* Avia tum resonant avibus virgulta canoris. *Fell. 2, 55.* Solitudines aviae. *Sall. Jug. 58.* Nocturnis et aviis itineribus Metellum sequitur. [**Liv. 9, 19.* avia commeatibus loca gravis armis miles timere potest, i. e. in quae commeatu vehi non possunt, inaccessa. q.] P Substantive. *Auct. ad Her. 4, 21.* Hunc avium dulcedo ducit ad avium. *Virg. A. 2, 736.* namque avia cursu Dum sequor et nota excedo regione viarum. *Fell. 2, 75.* Avia iterum. *Tac. A. 6, 21.* Per avia ac derupta praecire. *Id. ib. 2, 15.* Avia Oceani, Et *ib. 68.* saltuum. *Id. ib. 13, 37.* Armeniae. P *Avius* etiam dicitur, qui a via recedit. *Virg. A. 11, 810.* Continuo in montes sese avius abdidit altos, Occiso pastore, lupus. P Translate. *Lucr. 2, 81.* Avius a vera longe ratione vagaris. *Id. 3, 464.* Quin etiam morbis in corporis avius errat Saepae animus, dementit enim, delirique fatur. *Sil. 12, 493.* inquit nunc avia coepto consilia, h. e. quae a coepto abducunt.

AULA, lae, f. *αὐλή* in Graecorum aedificiis est idem quod atrium, seu locus sub dio in aedibus. Docet enim *Vitr. 6, 10,* ubi de eorum aedificiis disserit, mesaulas dici itinera inter eorum peristyllia et hospitalia, quod inter duas aulas media sunt interposita, hoc est per quas ab uno ad aliud atrium transitur. Hoc sensu *Virg. A. 3, 353.* Illos porticibus rex excipiebat in amplis: Aulai in medio libabant pocula Bacchi, pro aulae. Sic terrae, pictae et alia. Et quia domus principum utpote amplior ceteris, plures aulas seu atria habere solet, factum est, ut *aulae* nomine a Latinis appellaretur et per metonymiam ipsi principum ac regum servi et ministri. *Hor. Od. 3, 11, 16.* janitor aulae Cerberus, h. e. regiae Plutonis domus. *Id. ib. 2, 10, 7.* caret invidenda Sobrius aula. *Cic. Fam. 15, 4.* Rex sine tumultu ac sine armis, omni auctoritate aulae communita, regnum cum dignitate obtinuit. *Sen. Ira 2, 33.* Rarissimam rem in aula consequi, senectutem. *Tac. A. 2, 43.* Divisa et discors aula erat, tacitis in Drusum aut Germanicum studiis. *Id. ib. 6, 43.* Potiri aula, i. e. in aula sibi auctoritatem comparare. *Suet. Ner. 6.* Esse inter ludibria aulae. *Lucan. 8, 494.* exeat aula, Qui volet esse pius. P *Aula regia* erat locus in scenae medio ceteris ornatus, quod regum (praesertim in tragicis) domicilium referebat. *Vitr. 5, 7.* Graeci *βασιλειον* dicunt et *οίκον ἑρδωζον*. P *Virgilius* aulam vocat sedem et cellam regis apum, *G. 4, 201.* ipsae regem, parvosque Quirites Sufficiunt, aulasmae et cerea regna refingunt. P Antrum etiam hac voce significari quidam putant, afferuntque illud *Virg. A. 1, 144.* illa se jactet in aula Aeolus et clauso ventorum carcere regnet. Et *Sil. 6, 216.* Jamque ubi feralem strepitu circumtonat aulam etc., ubi de antro loquitur, in quo immanis serpens degebat. Verum aptius dicemus, aulam serpentis locum, in quo caedibus et veneno quodammodo regnat. P Significat etiam septum animalium, caulam, stabulum, tum apud Graecos, teste *Polluce l. 1, c. 12.* et *l. 9, c. 4.* et aliis, tum apud Latinos. *Prop. 3, 11, 39.* vacuum pastoris in aulam Dux aries saturas ipse reduxit oves. *Petr. Sat. 119.* Tigris aurata gradiens vectatur in aula, h. e. in cavea. V. locum et *Burm. notas.* *Gratius* quoque in *Cygn. 167.* aulam vocat septum, ubi custodiuntur canes venatici. P *Aulae* etiam dicuntur, si *Servio* credimus ad *A. 9, 60,* septa in sacris aedibus et in tribunalibus, quae turbas prohibent. P Est praeterea *aula* vas illud, quod frequentius *olla* dicitur. Facile enim *au* in *o* longum vertitur, ut a *caudex codex*, a *plaustrum plostrum* etc. *Cato R. R. 86.* Postea in aulam indat et aquam puram coquatque. *Pl. Curc. 2, 3, 89.* Poculum grande, aula magna. *Id. Cas. 4, 1, 16.* Aulas pervortunt, ignem restinguunt aqua. Adde in *Aul. saepe* et in *fr. Amphitr. ap. Non. 15, 1.* [**V. Gronov. ad Gell. 17, 8. init.*]

AULAEA, ae, f. *αὐλαία*, idem quod *aulaeum*. *Curt. 8, 5, 21.* Cum post *aulaeam*, quae lectos obduserat, staret. [At *Oud. ad Appul. Met. 5, 356.* ex probabili conjectura scribendum putat: *Postaulaea*, quae lectis obduserat. F. **Sic ed. Zumpt.*]

AULAEUM, i, n. *αὐλαίον, περιπέτασμα, τὸ περιστερώμα*, velum intextum et picturatum, quo parietes aedium teguntur, lecti et mensae insternuntur, peripetasma, peristroma: ita dictum, quod illo aulae ornari solent. *Serv. ad Virg. G. 3, 25.* docet, *aulaea* dicta esse a Latinis ab aula Attali regis, in qua primum hujusmodi vela inventa sunt, cum ejus hereditatem populus Romanus adiit: quod etiam *Varro* indicat apud *Non. 14, 4.* [**Cum Servii loco cf. Hesych. et Suidas s. v. Αὐλαία.*]

USURPATUR saepius in plurali numero, quam in singulari. *Curt. 9, 15.* Lectis circumdare *aulaea*, purpura auroque fulgentia. *Virg. A. 1, 701.* *aulaeis* jam se regina superbis Aurea composuit sponda. *Hor. Sat. 2, 8, 54.* *Aulaea* suspensa. *Prop. 2, 23,*

46. Porticus *aulaeis* nobilis Attalicis. P De sipario, quo scena obtegitur. *Cic. Cacl. 27.* Scabilla concrepant, *aulaeum* tollitur. *Phaedr. 5, 7.* *Aulaco* misso. *Op. Met. 3, 111.* ubi tolluntur festis *aulaea* theatris. *Hor. A. P. 154.* Si plausoris eges, *aulaea* manentis etc. *Juven. 14, 262.* ergo omnia Florae, Et Cereris licet et Cybeles *aulaea* relinquo, h. e. ludos, Floralia, Cerealia etc. P De toga picta et sinuosa, *Juven. 10, 38.* et pictae *Sarrana* ferentem Ex humeris *aulaea* togae.

*AULANIUS Evander, sculptor. *Plin. 36, 5. A. A.*

AULAR, aris, n. *aulae* vel alterius vasis operculum, *πῦμα*. *Varr. R. R. 3, 15.* Cum *aular* impositum est in doliis, fiunt pingues. Ita *Scalig.* ex conjectura emendat: nam editi fere omnes habent cum *cumulativum*: [at *Pontedera* legit cum *affatum positum est. F.*]

*AULARIUS, i, m. *Aulicus*, palatinus. *Gloss. Isid. B. A.*

AULAX, aëis, *αὐλαξ, αἰος, ἦ*, Graece est sulcus, qui aratro fit in agro. *Auson. ep. 10, 9.* Et si *Pierias* patitur *lirare* sorores, Nunquam ipse torquet *aulax*; *aulax* accusativus est Graecae positionis, et in pluribus optim. editionibus Graece legitur. V. AULIX. P [Fuit etiam cognomen Romanum. *Inscr. ap. Murat. 2077, 5.* *Stenniae Veneriae C. Sentius Aulax uxori. F.*]

*AULERICI, orum, populi Galliae Celticae sive Lugdunensis, supra Carnutes habitantes, a Sequana in Armorica usque peninsulam extensi. *Caes. B. G. 2, 34.* In tria genera divisi erant, *Eburovices*, *Diablintes*, *Cenomanos*. Antiquum nomen *Aulericorum* etiam a *Liv. 5, 34.* in Gallis invasoribus Italiae numerantur. *Aulerci Eburovices* nominantur a *Caes. B. G. 3, 17.* *Plin. 4, 18. B. A.* [**Apud Ptol. Ἀὐλιχοὶ Ἐβουρωαῖοι.* Inde corrupto nomine dicti *Ebrovici*, h. *Evreux*, *Dep. de l'Eure, en Normandie.* Caput eorum olim erat *Mediolanum*.] *Aulerci Diablintes* memorantur a *Ptol.*, simpliciter *Diablintes* dicti *Caes. ib. 3, 9. B. A.* [**Apud Plin. Diablindi, Ptol. Diablintae.* Caput eorum fuit *Noedunum s. Nudionnum*, h. *Atençon, Dep. de la Sarthe.*] *Aulerci Cenomani* agnoscuntur a *Caes. B. G. 7, 75. Plin. 4, 18.* [**Hodie Dep. de la Sarthe.*] *Aulerci Brannovices*, qui hodie *le Briennois* incolunt. Meminit *Caes. B. G. 7, 75. B. A.*

AULETES, tae, m. *αὐλητής*, idem ac *tibicen*: ab *αὐλός*, tibia. Legunt quidam *perperam* apud *Cic. Mur. 5.* AULOEDUS. P *Auletes* cognomine dictus est *Ptolemaeus* pater *Cleopatrae*, quod tibia adeo delectaretur, ut eam palam sonare, choraulae more, eum non puduerit, ut narrat *Strabo l. 17.*

*AULETICA, ae, f. i. herba eadem ac *chamaemelon*. *Appul. Herb. 23. B. A.*

AULETICUS, a, um, adj. *αὐλητικός*, ad tibiam pertinens, quae Graece *αὐλός* dicitur. *Plin. 16, 36, 66.* *Orchomenius* calamus est continuo foramine pervius, quem *auleticum* vocant: hic tibiis utilior.

AULICOQUUS, a, um, adj. qui in aula, seu olla coquitur. *Paul. ex Festo in Aulas:* *Aulicoqua* exta, quae in aulis coquebantur, dicebant, id est elixa. Al. leg. *aulicoctia* vel *aulicocia*.

AULICUS, a, um, adj. *αὐλικός*, ad aulam seu domum principis pertinens. *Suet. Dom. 4.* *Aulicus* apparatus. *Id. Ner. 45.* *Luctatores aulici.* *Id. Oth. 2.* *Libertina aulica.* P *Aulici, orum*, sunt servi et ministri *aulae*. *Nep. Dat. 5.* *Aulicorum* invidia. *Suet. Cal. 19.* *Aulici* interiores. Adde *Mamertin. Gratian. act. ad Julian. 11.* et *19.* P *Aulicus* est etiam id. qui *auleticus*. *Capell. 9, p. 314.* *Ischiadas* quis nesciat expelli *aulica* suavitate?

[AULINUS, i, m. ad aulas pertinens. Cognomen Romanum. *Inscr. ap. Grut. 874, 4.* *Ti. Julius Aulinus. F.*]

AULIS, is et idis, f. *Αὔλις*, regiuncula saxosa Boeotiae, e regione Chalcidis urbis Euboeae, cum urbe et portu capaci. Huc Graecos convenisse ferunt, deliberandi causa, bellumne Trojani inferendum esset. Hinc locus *Aulis* nominatus est, ab *αὐλός*, castra, tentorium. *Virg. A. 4, 425.* Non ego cum Danais Teucrorum excindere Gentem *Aulide* juravi. *Lucan. 5, 236.* ad iniquam classibus *Aulin*.

[AULIUM, ii, n. id. quod *aulaeum*. *Not. Tir. p. 172.* *Aulium. F.*]

AULIUM, ii, n. parva aula seu olla. Afferunt quidam locum *Catonis* apud *Varr. R. R. 2, 4.* In Italia in scrobes terna atque quaterna millia *aulia* succidia. At *Scalig.* monet legendum a *vila* pro *villa*: nam antiqui non geminabant consonantes. [Verum nihil inde extricas, cum locus corruptissimus sit. F.]

AULIX, icis, m. videtur idem esse, quod *aulax*. *Veget. Vet. 1, 56. sub f.* In sicco aequalique solo digeritur creta ad similitudinem stadii, quod *aulicibus* asperius sit. Et *moz.* In quo spacio cum equus frequentissime exerceri coeperit, in illos *aulices* necessario offendit, et ungulas impingit. [At *Schneiderus aulax* utrobique reposuit, Graecam vocis *αὐλαξ* derivationem secutus, V. AULAX. F.]

*AULOCRENE, es, *Αὐλοῦ κρήνη*, mons Phrygiae Majoris, unde *Maecander* exoritur. *Plin. 5, 29.* Ibi fuit et vallis *Aulocrenae* appellata. *Id. ib.* Regio circumjacens *Aulocrene* dicitur ab *cod. 16, 44. B. A.*

AULOEDUS, i, m. qui alicui tibias inflanti vocem accommodat, *αὐλοῦδος*: ab *αὐλός*, tibia. *Cic. Mur. 13.* Ut ajunt in Graecis artificibus, eos *auloedos* esse, qui *citharoedi* fieri non potuerint. Ita *Manut.* edidit, et ita legit *Quint. 8, 3.* hunc eundem locum referens: at *Victorius* *perperam* *auletas*. [**Jul. Valer. res gest. Alex. M. 1, 66.* Uni *tibicinum* forte consilium subit aptare tibias, et melos quam posset flebile canere; tunc *auloedus* ille manibus extensis etc. *B. A.*]

*AULON, onis, (ab *αὐλόν*, vallis, convallis,) locus, forte vallis vel regio (alii de monte intelligunt) Calabriae, contra Tarentinam regionem, vini ferax. *Mart. epigr. 13, 125, 1.* *Baccho* fertilis *Aulon*, ubi al. leg. *Felix vitibus Aulon*. *Hor. Od. 2, 6, 10.* Et *amicus Aulon* Fertilis *Baccho*. Notandum *Serv. ad Virg. A. 3, 553.* et *Acronem*, Schol. ad *Hor. l. c.* *Aulonem* pro monte accipere. P Item oppidum Peloponnesi, in Elide. *Plin. 4, 5.* P *Aulon Cilicius*, fretum illud appellatum, quod *Ciliciam* a Cypro separat. *Plin. 5, 31.* P *Aulon* vel *Aulonia*, Corinthiorum colonia in Macedonia. *Plin. 4, 5. B. A.*

[AULULA, ae, f. diminutivum *aulae*, parva olla. *Appul. Met. 5.* *Lucernam* claro lumine praemicantem subde aliquo claudentis *aululae* tegmine. Ita habent optima edd., ac praecipue *Oud.*, quod profecto rectius est, quam *aulae* vel *aulaeae* vel *aulaeae*, quae duo postrema procul dubio mendosa sunt. F.]

AULULARIA, ae, f. titulus comoediae *Plautinae*, in qua inducitur senex avarus *aulam*, seu *olla* habens auri plenam. Ipsa vox est ab *aulula* diminutivum ab *aula*.

AULUS, i, m. praenomen est Latinum, quod passim reperitur in Romanorum civium appellationibus, ut *A. Postumius Albus*, *A. Hostilius Mancinus*. In libello de nominibus Romanorum (quem alii *Valerio Maximo*, alii *C. Tito Probo*, alii *Julio Paridi*, alii alii tribuunt) dicuntur *Auli*, qui *Diis athenibus nati sunt*. Alii censent, ita dictos esse ab *aulis*, id est ollis faciendis. P Est etiam *aulus* piscis quidam e pectinum genere: ita appellatus a similitudine tibiae, quae Graece *αὐλός* dicitur. *Plin. 32, 9, 39.* [**Kammuschel.*]

AUMARIUM, ii, n. *Petr. fr. p. 868. Burm.* In *aumarium* memet conjeci. *Fulgent. De prisco serm. in f.* interpretatur locum secretum publicum, sicut in theatris, aut circo: v. c. *latrinam publicam*. Alii leg. *aumatium* eodem sensu. *Turneb. l. 26, c. 10.* suspicatur legendum *automatium*, ut locus significetur theatri, vel circo, ubi erant machinae, quae *automata* a Graecis vocantur. Alii putant corruptum esse ex *armarium*.

*AUNIOS, i, insula Galliciae Hispanicae adjacentis, hodie ex sententia *Hard. Blydones*. *Plin. 4, 20. B. A.*

*AVO, onis, fluvius Hispaniae Tarraconensis, in Groviorum vel Graviorum regione. *Mela 3, 1. post med. B. A.*

AVOCAMENTUM, ti, n. *ἀπορροπή*, id, quod ab aliqua re *avocatur* et *abstrahitur*. *Plin. ep. 8, 23.* Omnia mihi studia, omnes curas, omnia *avocamenta* exemit, excussit, eripuit dolor. Et *ib. 5.* Admittere *avocamenta* doloris. Adde *Pan. 82.* et *Appul. Apol.*

AVOCATIO, onis, f. actus *avocandi* et *abstrahendi* ab aliqua re. *Cic. Tusc. 3, 15.* *Levitationem* aegritudinis in duabus rebus ponit, *avocatione* a cogitanda molestia, et *revocatione* ad contemplandas voluptates. [**Cf. intpp. ad Auct. ad Her. 3, 2.*] *Senec. ep. 56. ante med.* Quae me sine *avocatione* circumstrepunt. [**Zerstreuung.*]

AVOCATOR, oris, m. qui *avocat*. *Tert. Carn. Christ 5. in f.* Nec mortuorum suscitator, sed vivorum *avocator*.

AVOCATRIX, icis, f. quae *avocat*. *Tert. Anim. 1.* Vis perniciosissima, omnis veritatis *avocatrix*.

AVOCATUS, a, um, part. ab *avoco*, alio vocatus, abstractus. *Liv. 4, 61.* Pars tribunorum ad *Volscum* *avocata* bellum. *Tac. A. 3, 37.* Solus et nullis voluptatibus *avocatus*, moestam *vigilantiam* et *malas curas* exerceret.

AVOCO, as, avi, atum, a. i. *ἀποκαίω, ἀπορροπῶμαι*, ab aliqua re *revoco*, *abstraho*, *abduco*, *averto*: ex a praeposit. et *voco*, as. *Cic. Phil. 2, 10.* Nihil praetermissi, quin *Pompejum* a *Caesaris* conjunctione *avocarem*. *Id. Rosc. Am. 32.* Quos jam aetas a *proeliis* *avocabat*. *Id. Senect. 5.* *Senectus* *avocat* a *rebus* *agendis*. *Id. Phil. 2, 45.* Ne metus quidem te a *foedissimis* factis potest *avocare*. *Id. Har. resp. 9.* *Deterrere* atque *avocare* animos a religione. *Id. Fin. 1, 1.* *aliquem* a *philosophia*. *Id. Balb. 26. in f.* *aliquem* a *contentione*. *Id. Leg. 2, 4.* *Vocare* ad *recte* facta et *avocare* a *peccatis*. [**Liv. 1, 6.* quum *pubem Albanam* in *arce* *praesidio* *armisque* *obtinendam* *avocasset*, i. e. *sevocasset* *prodicionis* causa. Cf.

Gron. Similiter Quint. Decl. 357. p. 749. ibique Burm.] Quint. 6, 5. ad f. Avocare iudicem in aliam quaestionem, h. e. a re proposita ad aliam avertere. Senec. ep. 56. ante med. Animum cogo sibi intentum esse, nec avocari ad externa. [Liv. 37, 9. Ad Antiochum multitudinis animos avocantibus. F.] Senec. Consol. ad Polyb. 36. sub f. Luctum suum intempestivis avocare lusibus. P Translate. Cic. Acad. 1, 4. Avocare philosophiam a rebus occultis, et ab ipsa natura involutis, et ad vitam communem adducere. Id. Or. 14. Avocare controversiam a propriis personis et temporibus. P Avocare concionem ab aliquo magistratu est concionem a magistratu, qui eam advocavit, abducere. Messala apud Gell. 13, 15. Consul ab omnibus magistratibus et comitiatum et concionem avocare potest. P Cum dativo. Id. ib. sub f. Nec avocare alius alii posset, si concionem habere vellet. P Avocare se esse delectare et tempus fallere. Arnob. 7, p. 215. Parvuli pusiones, ut abstineant a ploratibus, passercolos, pupulos, equuleos, panes accipiunt, quibus avocare se possint. [*Graec. ad Auct. ad Her. 3, 2. avocant, inquit, quae animam a curis et sollicitudinibus abducunt, res iucundae aut studia. Cf. Vomanus in Anthol. Burm. 3, 51. Oblectat hortus, avocant, pascit, tenet etc. Cf. Spalding. ad Quint. 10, 3, 23. ubi Frotcher. comparat Plin. ep. 9, 36, 2.] P Avocare aquam apud Paul. Dig. 39, 2, 26. est ab una in aliam partem derivare et abducere. Ita enim ibi legitur in opt. edition. Torrentini. Nam Holland. habet evocare. P Avocare factum alicujus pro revocare, efficere, ut factum non sit. Ulp. ib. 5, 6. P Pro revocare, recipere, auferre ab aliquo. Scaev. Dig. 22, 3, 6. Ut partem ejus, quod in fraudem datum esset, posset avocare. Pompon. ib. 19, 1, 3. Avocare possessionem. P Cum dativo personae. Paul. Dig. 35, 2, 1. a med. Si legatarius possessionem nactus est, et non potest avocari ei res etc. P [*Permutantur passim a librariis avocare et advocare. Cf. Drak. ad Sil. 9, 86. et quos laudat.]

AVOLO, as, avi, atum, n. i. ἀετῶνα, volando fugio, evolo. Cujus Dig. 41, 1, 5. Pavones, qui ex consuetudine volare et revolare solent. P Translate est celeriter fugere. Virg. A. 11, 712. avolat ipse, Haud mora, conversisque fugax auferitur habentis. Cic. Att. 9, 10. Experiar certe, ut hinc avolem. Id. Fin. 2, 32. Fluit voluptas corporis et prima quaeque avolat. Liv. 1, 57. Citatis equis avolant Romam. Id. 3, 61. Avolat deinde ad equites. Utroque loc. al. avolant. Utraque lectio proba. [*Illud praefert Drak., quem V.]

AURA, ae, f. αἴρα et αἴρα, aer lenis et placide spirans. Graeca quidem vox, sed usu Latina facta. Plin. ep. 5, 6. Semper aer spiritu aliquo movetur: frequentius tamen auras, quam ventos habet. Virg. A. 2, 726. Et me, quem dudum non ulla injecta movebant Tela, neque adverso glomerati ex agmine Graji, Nunc omnes terrent auras. Adde Plin. 2, 45, 45. P Aeris auras saepe dixit Lucret., ut 1, 207, 2, 203, 3, 753, 6, 1225. etc., sic auras aeris non semel, ut 5, 502. et 4, 931. et Virg. A. 5, 520., qua loquendi ratione ostenditur, auram proprie significare aerem spirantem et se moventem. Nam ut multi Graeci etymologi docent, est aura ab αἴω, spiro, vel ab αἴρα, aer, et αἴω, fluo. [*Illud verius.] Isid. Orig. 13, 11. Agitatus aer auram facit. Ov. Met. 15, 246. tenuatus in auras, Aeraque humor abit. P Sumitur tamen saepe generativum pro aere aut vento. [*V. Burm. ad Quint. 12, 10. p. 1103. Ac de vehementiori etiam vento dici probat Drak. ad Sil. 9, 501. et Heins. ad Ov. A. A. 2, 650.] Virg. Ecl. 9, 53. Omnes ventosi ceciderunt murmuris auras. Id. G. 4, 171. taurinis follibus auras accipiunt, redduntque. Id. A. 3, 356. auras Vela vocant tumidoque inflatur carbasus austro. Hor. Od. 1, 2, 48. Ocyor aura. Senec. Med. 304. de navigantibus: Animam levibus auris credere. Id. Oedip. 599. Trahere auras, h. e. spiritum ducere. Virg. A. 1, 550. et ib. 2, 339. Vesci aura, h. e. vivere. Sic ib. 1, 391. Auras vitales carpere. Et Quint. Proem. 6. Auram communem haurire. Virg. A. 6, 194. Dirigere cursus per auras. Sic ib. 4, 357. Deferre aliquid per auras. P In auras, ad auras, sub auras est in altum, per aera. Virg. A. 4, 176. Attollere se in auras. Id. G. 2, 291. Tendere ad auras. [*Id. A. 6, 554. stat ferrea turris ad auras, i. e. alta; et ib. 561. qui tantus plangor ad auras.] Id. G. 3, 109. Assurgere in auras. Id. A. 3, 422. Erigere fluctus sub auras. Senec. Agam. 854. Fugere in auras. Virg. G. 2, 47. de arboribus: Sponte sua quae se tollunt in luminis auras, h. e. crescant. [*Cf. Bentl. ad Hor. Od. 1, 22, 18.] P Ferre aliquid sub auras apud Eund. A. 2, 158. est vulgare, manifestare. Sic reddere ad auras, in apertum educere, ib. 259. Contra fugere auras est diem hominesque vitare, abdere se. Id. A. 4, 388. Apud Eund. G. 4, 86. venire ad auras superas est ab Inferis in nostrum orbem ascendere. Ferre auras est aeri et coelo assuescere. Virg. G. 2, 422. de oleis: Ut semel haeserunt arvis auras-

Tom. 1.

que tulerunt. P In illo Ejsud. G. 3, 251. si tantum notas odor attulit auras: Servius monet, hypallagem esse, pro, si auras odorem apportaverint notum. Nam aura est, quae odores diffundit, et pro odore ponitur. Id. G. 4, 415. et liquidum ambrosiae diffundit odorem, Quo totum nati corpus perduxit: at illi Dulcis compositis spiravit cribibus aura. Adde Val. Fl. 5, 589. Sic Mart. 3, 65. Quod de Corycio quae venit aura croco. [*Aliis exemplis docte hunc usum illustrat Heins. ad Ov. Met. 15, 394.] Stat. Th. 10, 46. pingueque ab ovis aurae. [*Dicitur vero etiam de ingrato et insalubri halitu vel spiritu, de ingratis odoribus, qui aerem inficiunt. Burm. ad Quint. supra laudavimus. Adde Eund. ad Ov. Trist. 3, 8, 23. nec coelum nec aquae faciunt, nec terra nec aurae.] P Interdum aura significat tenue quiddam et varium ex aere et lumine aut colore vel odore resultans. Virg. A. 6, 204. Discolor unde auri per ramos aura refudit. [*V. Heyn., qui similia comparat.] Servius huc trahit illud Hor. Od. 2, 8, 24. tua ne retardet Aura maritos, h. e. splendor et pulchritudo. Hic plerique intelligunt odorem ex corpore puellae emissum, quo aliam mulierem maritos ad se alliceret, ducta nempe metaphora a juvenis. [*Omnino. V. intpp. ad h. l. Talia enim non ad nostrum sensum iudicanda sunt. Pertinet igitur hic Hor. locus ad superiora.] Item mixtum quid ex aere et calore. Varr. ap. Non. 4, 33. Simul ac languido corpore solis calidior visa est aura. Et pro flatu, qui expirat ab animalibus. Ov. Fast. 5, 507. Ipse genu posito flammam exsuscitat aura. [*Non tantum de animalium flatu, sed etiam de halitu sive spiritu hominum; de anima, ut Prop. 2, 20, 73. Si modo clamantis revocaverit aura puellae, ubi multis explicat Burm., quem V. Adde Heins. ad Val. Fl. 3, 108. Ad idem redit, si cum Ruhk. intelligis de sono vocis; quicquid enim aliquo modo ad sensum accidit, generativum apud poetas aura dicitur. Ita explicat Burm. ad Prop. 3, 8, 26. auram viae vicinae vel de strepitu turbae concurrentis, vel de cantu, tibi et convivii hilaritate.] P Similiter pro percussu vocis, quae echo dicitur, quia medio aere fit. Prop. 1, 20, 50. Sed illi nomen ab extremis fontibus aura refert, [*ubi cf. Broukh.] P Translate. Ov. Pont. 2, 3, 25. En ego non paucis quondam munitis amicis, Dum flavit velis aura secunda meis, h. e. dum prospera utebar fortuna: ducta translatione a navigantibus secundo vento. Liv. 3, 37. Captare auram libertatis. Id. 42, 39. Levi aura spei objecta, h. e. spe instar auras aspirante. Virg. A. 7, 646. Ad nos vix tenuis famae perlabitur aura, h. e. tenuis rumor. Cic. Mur. 17. Totam opinionem parva nonnunquam commutat aura rumoris. Id. Sext. 47. in f. Quem neque periculi tempestas, neque honoris aura potuit unquam de suo cursu dimovere. Id. Verr. 2, 1, 13. Sperat, sibi auram posse aliquam afflari voluntatis assensionisque etc., h. e. favorem. Adde Hor. Od. 1, 5, 11. Hinc aura popularis est favor et plausus vulgi. Cic. Har. resp. 20. in f. Sulpicium longius, quam voluit, popularis aura provexit. Virg. A. 6, 817. jam nimium gaudens popularibus auris. Liv. 3, 33. Omnis popularis auras captator. Id. 42, 30. Esse aurae popularis, h. e. popularem esse, populo placere, studere. [*Id. 22, 26. aura favoris popularis; pro quo vulgo dicunt: aura popularis. Cf. 30, 45. Sine hoc adjectivo legitur apud Eund. 6, 11. criminando Patres, alligando ad se plebem, jam aura, non consilio ferri. q.] P Genitivus aurai pro aurae soluta diphthongo per diaeresim. Virg. A. 6, 747. atque aurai simplicis ignem. P Auras etiam pro aurae legit Servius apud Eund. A. 11, 801. nihil ipsa, nec auras etc., atque hanc esse antiquam lectionem asserit. Nam apud majores ductum fuisse aliquando genitivum singularem a Graeco αἴρας αἴρας. Sic Sall. dixisse custodias pro custodiae: et familias pro familiae adhuc in usu esse, junctum nominibus pater, mater. Veteres tamen codices MSS. habent aurae, teste Pierio, et sic passim in editis quoque legitur. P [*Confunditur h. v. a librariis c. v. hora, V. quos laudat Drak. ad Sil. 15, 67. — et auris, cf. Id. ib. 10, 366. — et umbra, ib. 13, 524. — et ira, Burm. ad Ov. A. A. 1, 373.]

AURAMENTUM, i, n. αὐραμένον Gloss. B. A. AURARIUS, a, um, adj. ad aurum pertinentens. Pl. Bacch. 2, 2, 51. Negotium hoc ad me pertinet aurarium, h. e. efficiendi aurum, seu invenendi pecuniam. Plin. 34, 13, 34. Auraria fornax, h. e. in qua aurum purgatur. Id. 37, 12, 74. Auraria metalla. Et Varr. ap. Non. 6, 41. Auraria statera. P In Cod. 10, 47, 10. dicitur aurarius canon praestatio pecuniae, quae a mercatoribus et negotiatoribus conferebatur principi; quae auraria pensatio appellatur ib. 11, 61, 2. et auraria absolute Cod. Theod. 12, 6, 29. P Est etiam auraria absolute, aurifodina. Tac. A. 6, 19. Publicare aurarias alicujus. P Item femina in auro negotiaria. Inscr. ap. Murat. 964, 1. Marcia T. F. Severa auraria et margaritaria de via sacra. P Aurarius, ii, est faber aurarius. Inscr. ap. Grut. 12,

6. Pro S. Imperatoris Colleg. Aurariorum L. Calpurnius D. D. P Aurarii praeterea sunt fautores, si Servio credimus ad A. 6, 817., ducta appellatione ab aura populari.

AURATA, ae, f. αὐρατός, piscis, ita dictus, quia aurata habet supercilia: quem tamen quidam negant eum esse, quem nos orata (Goldfisch) dicimus. Nominatur a Cels. 2, 18. et 28., Plin. 9, 16, 25. et Mart. 13, 90. P Scribit idem Plin. 32, 5, 16. iis, qui mel venenatum comederint, auratam pro antidoto esse. P Quidam C. Sergius civis Romanus, quod hoc pisce admodum delectaretur, cognominatus est Aurata, (ut legitur apud Cic. Or. 1, 39.) seu Orata, au in o converso, ut est apud Plin. 9, 54, 79., itemque apud Maer. Sat. 2, 11., ubi addit, ex simili causa etiam Muraenas appellatos fuisse. Aliam causam Oratae appellationis affert Fest. in ORATA. V.

AURATHIS, le, adj. aureus. Solin. 15. ad f. Mares punctillis ad gratiam interlucentibus aurathis pulvisculus variat.

AURATOR, oris, m. Vet. Gloss. αὐρατοῦς. B. A. AURATORIA, ae, f. αὐρατοῦς, inductio auri in rem aliquam. Quint. 8, 6, 28. Quia non est nisi pars auratura. Al. leg. aurata. [*Illud Spald. praefert.] P Servus ab auraturis est in veteri Inscr. ap. Grut. 583, 4. M. Ulpio Aug. Lib. Dionysio, qui fuit ab auraturis etc.

AURATUS, a, um, adj. αὐρατωμένος, auro obductus, inauratus. Cic. in Senat. 11. Currus auratus. Id. Parad. 6. ad f. Aurata tecta in villis. [*Similia collegit Gron. diatr. p. 395. ed. Lips.] P Item universim auro ornatus. Liv. 9, 40. Aurati milites, h. e. scuta habentes auro caelata. Virg. A. 12, 536. Aurata tempora, h. e. tecta galea aurata. Ov. A. Am. 2, 299. Aurata est; ipso tibi sit pretiosior auro, h. e. induta vestibus auro intextis. Prop. 3, 11, 57. Auratos lacertos gerere. Juven. 6, 122. de Messalina: Tum nuda papillis Constitit auratis, h. e. monili auro collum et mamillas ornata. [*Ov. Fast. 2, 310. aurato sinu, i. e. veste auro sparsa sive distincta, acu picta.] P Interdum est id. quod aureus. Catull. 61, 5. Auratum optantes Colchis avertere pellem, h. e. vellus aureum arietis Phryxae. Ov. Met. 5, 52. ornabant aurata monilia collum. [*Claud. II. Cons. Stilich. 226. Auratos Rhodiis imbres, nascente Minerva, Indulsisse Jovem perhibent. P Item aureum colorem habens. Plin. 37, 10, 66. Gemma nunc sanguineis, nunc auratis guttis. P Comp. Auratior legitur apud Tert. Idol. 6. in f. Saginatorem et auratorem et majorem hostiam caedere. P [*Confunduntur a libr. auratus et auratus. Cf. Burm. ad Ov. Met. 15, 620.]

AUREA, ae, f. frenum. Paul. ex Festo docet, aureas dictos esse frenos, quibus eorum aures religabantur: quod confirmat etiam in sequenti voce AUREAX; ubi addit oreas seu orias dictas, quibus eorum ora coercebantur. Nonnulli videntur aurea, et oria unum et idem esse, et eo modo dici, quo plaustrum ploustrum, caudex codex, et similia, ut annotavit Salmas. ad Vopisc. Carin. 19. Nemo enim fortasse putet, frenos eorum aures unquam inditos; [at constat antiquitus aures equos regi solitos, ut postea freno in os indito. V. AURIGA. F.]

AUREATUS, a, um, adj. Sidon. carn. 9, 396. in castris hedera ter aureatus, h. e. decoratus, ornatus.

AUREAX, auriga, ab aurea, frenum. Paul. ex Festo. In Gloss. Philox. exponitur αὐρατός, quae vox et de equite, et interdum etiam de equo ipso dicitur. In Gloss. Isid. Aureax, equus solitarius. V. AURIGA et CELES.

AURELIA, ae, f. Αὐρηλία, familia Romae in primis celebris, a Sabinis, Festo auctore, oriunda, cui locus publice designatus erat, in quo Soli sacra faceret. Olim Auselia dicebatur, ut Valesia, Papisia pro Valeria, Papiria. Putarunt autem nonnulli, teste eodem Festo, a sole nomen habuisse, qui Graece ἥλιος dicitur. Alii derivant ab ausum, quod Sabinorum lingua significat aurum, ut idem Festus docet in voce Aurum. [At praestat sententia Viscont. qui in Mus. Pio-Clem. T. 4, p. 185. edit. Mediol. putat, gentem Aureliam nominis originem ducere ἀπὸ τοῦ ἄραυα ἢ αἴρα, ab aures agitandis, h. e. ab aurigandi peritia. V. AUREA et AURIGA. Hinc in duobus nummis illius gentis apud Morell. Famil. Rom. Numism., et in alio Aureliopolitarum Lydiae apud Vaillant. Numism. Imp. Gr. p. 67. videre est duos centauros, in alio vero Imp. M. Aurelii Antonini in Mus. Odesch. quatuor itidem centauros currui junctos. V. CENTAURUS.] P Fuit etiam nomen proprium matris C. Julii Caesaris. Suet. Caes. 74. P Item nobilis scorti tempore Ciceronis, ejus meminit Fam. 9, 22. P Denique hoc nomen tribuitur quibusdam urbibus, quarum praecipua est in Gallia Celtica ad Ligerim fluvium, nunc Orleans. V. Geographos.

AURELIANENSIS, se, adj. Aurelianensis urbs apud Sidon. ep. 8, 15. est Aurelia in Gallia Celtica nunc Orleans dicta, quam ferunt conditam ab Au-

reliano Imperatore. *Inscr. ap. Murat. 1031, A. P. Metilio P. F. Pak Tertullino civi Aurelianoensi.*

AURELIANUS, i, m. unus ex Romanis Imperatoribus, cujus vitam scripsit *Vopiscus*. P Adjective *Aureliani sodales* dicti sunt sacerdotes instituti ad similitudinem *Augustalium*. V. *Capitolin. M. Anton. philos. 7. in f.* P *Balneum Aurelianum* legitur in *Inscr. ap. Grut. 178, 3.* ex liberalitate M. Aurelii exstructum. P [**Aurelianorum civitas* est quae hodie *Orleans*. *Notit. Lugdun. Senon.* apud *Cellar. B. A.*]

AURELIUS, a, um, adj. deductum ab *Aurelio*, quod est nomen Romanum. *Aurelia Via* dicta est ab *Aurelio viro consulari*, qui eam stravit. Duplex fuit, vetus et nova; ut colligitur ex *Inscr. ap. Grut. 457, 6.* Vetus incipiebat a porta *Janiculensi*, cui deinceps substituta fuit ea, quae nunc *porta di S. Pancrazio* appellatur, et per *maritima Etruria* ducebat *Pisas*, mox *Arelate* usque: nova a *porta* itidem *Aurelia* nuncupata, quae fuit ante *Hadriani sepulcrum*, nunc *Castel S. Angelo*, quatuor ab *Urbe* mill. pass. veterem *viam Aureliam* pertingebat, eo nempe loci, ubi nunc est *Valcanuta*. Hujus viae meminit *Cic. Cat. 2, 4.* et *Phil. 12, 9.* Multa de eadem disserit *Fabrett. Dissert. 1. de aquis et aquaed. n. 92.* [**Plura et his accuratius descripsit addiditque. F.*] P *Aurelia aqua* eadem fuit ac *Trajana*, quae a *Sabatino agro* ad *summum Janiculum* et *Transiberinam regionem* deducta fuit: sic dicta, quia per duo fere passuum millia secus *viam Aureliam* deferebatur: vel, ut alii volunt, appellata est a *L. Aurelio* qui consul fuit *A. U. 630.* et eam deduxisse creditur. V. *Fabrett. l. c.* P *Aurelia lex* *judicialis* denominata est a *C. Aurelio Cotta* praetore, qui eam tulit *M. Licinio Crasso*, *Cn. Pompejo Magno* *cons. an. U. C. 684.* ut *judicia*, quae penes solos *senatores* erant, inter *senatores* et *equestrem ordinem* et *tribunos aeriarios* communicarentur. *Ascon. in Divin. Verr. 3.* P *Alia* fuit de *tribunis plebis*, lata a *C. Aurelio Cotta*, qui consul fuit cum *L. Octavio* *an. U. C. 679.* quae *permissum est tribunis plebis*, ut ad alios quoque magistratus *capessendos* accederent: quod antea lege a *Sulla* *dictatore* lata, *facere prohibebantur*. *Ascon. in Orat. pro C. Cornel. majestatis reo.* P *Forum Aurelium* fuit oppidum *Etruriae*, ut quidam putant, *medium inter Centumcellas* et *Cosam*. *Cic. Cat. 1, 9.* [**Forum Aurelii* appellatur in *Anton. Itin. B. A.*] P *Aurelium tribunal*, cujus meminit *Cic. ad Quirit. 5, Sext. 15.* et alibi, fuit in foro: putantque nonnulli factum fuisse ab eodem *Aurelio*, qui legem *Aureliam* *judicialiam* tulit. De hoc tribunali intelligendus est ille etiam locus *Cic. Cluent. 34.* *Gradus illi Aurelii* tum novi, quasi pro *theatro* illi *judicio aedificati* videbantur. Adde *Flacc. 28.*

AURELIUS, ii, m. *Sextus Aurelius Victor*, *Afer* vulgo creditus, sub *Constantino Imperatore* floruit, hoc est medio saeculo *Christi IV.* *ignobili* quidem loco, tenuique *patre* ortus, sed propter *virtutem* ad *amplissimos honores* promotus. Putatur autem esse is, cujus meminit *Ammian. 21, 10.* *Ei* tribuitur *libelli De origine gentis Romanae, De Viris illustribus, et De Vitis Caesarum* ab *Augusto* usque ad *decimum consulatum Constantii*: in quibus apparet *stilus*, ut *illa aetate*, *satis nitidus et elegans*, et ab *Africanorum salebris omnino remotus*. Auctor vero *Epitomes de vita et moribus Imp. Rom.*, quae eodem *Sexti Aurelii Victoris* nomine inscribitur, *junior certe est priore*, et *diverso etiam dicendi genere* utitur, quin aliquando *ab illo* dissentit. De utroque *plura Vossius de histor. Lat. Martini Hanckius de Rom. rer. Scriptorib., Andr. Schott. in praef. ad Sext. Aur. Vict. et alii, [*ut Schoell. et Bähr. in hist. litt. Romm.]*

AUREOLUS, a, um, adj. *ζωρόλης, ὁ, ζωρότης, ἡ, ζωρότης*, auri colorem referens: diminut. ab *aureus*. *Varr. R. R. 3, 9.* *Galli salaces, lacertosi, rubenti crista, rostro brevi, collo vario, aut aureolo.* Adde *Colum. 9, 3.* P *Item auro constans.* *Pl. Epid. 5, 1, 34.* *Anellus aureolus.* *Id. Rud. 4, 4, 122.* *Ensiculus aureolus.* *Catull. 2, 12.* *Aureolum malum.* P *Et auro ornatus.* *Prud. aequi orsq. 9, 196.* *Tecta corusca super rutilant De laquearibus aureolis.* *Lucil. ap. Non. 18, 3.* *Aureolus cinctus.* P *Translate ponitur pro formoso, pulcro.* *Catull. 61, 166.* *Transfer omine cum bono Limen aureolos pedes.* P *Et pro pretioso, eximio, praestanti.* *Cic. Acad. 4, 44.* *Est enim non magnus, verum aureolus, et ad verbum ediscendus libellus.* *Id. N. D. 3, 17.* *Aureola oratiuncula.* P *Aureolus, i, absolute, (subaudi. nummus) idem est q. aureus, licet diminutivum ab eo sit.* *Mart. 12, 36.* *Aureoli manu crepantes.* Adde *5, 19.*

AURESCO, is, n. 3. *aureum colorem sumo.* *Varr. L. L. 6, 5.* *Aurora dicitur ante solis ortum, ab eo, quod ab igne solis tum aureo aer aurescit.*

AUREUS, a, um, adj. *ζωρόλης*, qui est ex auro. *Pl. Amph. 1, 1, 104.* *Patera aurea.* *Virg. A. 4, 139.* *Aurea fibula.* *Or. Met. 2, 107.* *Aureus axis erat, temo aureus, aurea summae Curvatura rotae,*

radiatorum argenteus ordo. P *Aureus nummus* et absolute *aureus, i*, est pecunia ex auro. *Plin. 33, 3, 13.* *Aureus nummus post annum LXII. percussus est, quam argenteus, (nempe an. U. C. 547. M. Livio Salinator, C. Claudio Nerone cons.) ita ut scrupulum valeret vicenis sestertiis; quod efficit (lucris) in libras, ratione sestertiorum qui tunc erant, sestertios noningentos. Post haec (nempe intra annos U. C. 700. et 705., ut probavit *Letronne Considerations sur l'évaluation des monnaies Grecq. et Rom. p. 76.*) placuit X. XL. signari ex auri libris: paulatimque pondus imminuere principes; minutissime *Nero (corrigere vero) ad XLV. h. e. ad quintam et quadagesimam partem librae.* Ex quo *Plinii* loco patet, an. U. C. 547., ante Chr. 207., *Romae primum nummos aureos percussos fuisse pondere scrupulari, qui, licet auri scrupulum tunc Romae vulgo quaternis denariis, sive sestertiis sedecim valeret, ut affirmat Id. 19, 1, 4. Quaternis denariis scrupula byssi permutata quondam, ut auri, reperio; tamen vicenis sestertiis permutabantur; ac proinde, cum auri libra scrupulis CCLXXXVIII. constet, his quater in se ductis fit summa sestertiorum MCLII., quibus si demperis sestertios CCLII. in monetae eundem manupretium insumendos, reliqui erunt sestertii noningenti, quos lucri fecit republica in singulas auri libras. Hi vero nummi signati sunt numero XX. (nempe sestertiorum) duplares XXXX., et triplares LX., ratione habita ad scrupulare pondus; verum intra spatium temporis, quod est inter an. 700. et 705. U. C., nummi aurei XL. tantum percussi sunt ex singulis libris, quemadmodum ex eisdem denarii argentei LXXXIV.; deinde subsecuti imperatores ita eorum pondus paulatim imminuerunt, ut *Plinii* tempore, nempe *Vespasiano imperante*, XLV. ex singulis libris percuterentur. *Cic. Phil. 12, 8.* *Cum aquilae primipili nummos aureos daret, de meis bonis se dare dixit.* *Suet. Cal. 42.* *Super aureorum acervos volutari.* *Id. Dom. 7.* *Addidit et quartum stipendium militi, aureos ternos.* P *Hinc aureus* sumitur pro numero *XXV.* in illo *Mart. 10, 24.* *vitae tribus aureis peractis, h. e. annis LXXXV. aetatis completis.* Alii tamen aliter explicant. V. *AREA.* P *Dicitur etiam denarius aureus.* *Petr. Sat. 33.* *Pro calculis albis ac nigris aureos argenteosque habebat denarios.* *Plin. 34, 7, 17.* *Lysippum solitum ex manipretio cujusque signi denarios seponere aureos singulos.* *Id. 37, 1, 3.* *Indicatus sex aureis denariis smaragdus.* *Id. 33, 3, 13.* *denarium aureum idem omnino esse ac nummum aureum.* Alii vero *denarium aureum* ideo appellatum recte putant, quod apud *Graecos* *drachmam unam auri (h. e. aureum) decem argenteis valeret, ut constat ex Liv. 38, 11.* *Pro argento si aurum dare mallet, darent convenit, dum pro argenteis decem aureus unus valeret.* *Plura de his V. apud Gronov. de Pecun. Veter., Sperling., Hotoman. et praecipue apud Letronne Considerat. sur l'évaluation des monnaies Grecq. et Rom. [*Plurima ex his addidit F. ex iis, quos dixit, libris.]* P *Aurea corona* donabantur apud *Romanos* *militibus*, qui in acie strenue pugnando victores fuissent. *Inscr. ap. Mur. 310, 1.* *Donato bello Dacico donis militariibus, corona murali, vallari, classica, aurea.* *Liv. 7, 37.* *Consul P. Decium, praeter militaria alia dona, aurea corona et centum bobus, eximioque uno albo opimo auratis cornibus donat.* P *Est etiam aureus id. q. inauratus, auro ornatus.* *Cic. Phil. 2, 34.* *Sedere in sella aurea.* *Virg. A. 1, 496.* *Aurea cingula.* P *Item auri colorem habens.* *Virg. G. 1, 431.* *Aurea Phoebe.* *Id. A. 2, 488.* *Aurea sidera.* *Plin. 37, 5, 20.* *Aureus color.* *Virg. A. 8, 659.* *Aurea caesaries.* *Id. Ecl. 3, 71.* *Aurea mala, h. e. poma ea, quae vulgo aurantia dicimus, ut quidam putant.* *Mart. 3, 60.* *Aureus turtur, h. e. pinguis: pinguedo enim aureum colorem refert.* P *Translate ponitur pro eximie pulchro, nitenti, splendido.* *Virg. A. 10, 16.* *Venus aurea.* *Or. Amor. 2, 18, 36.* *Aureus Amor.* [**Cf. Broukh. ad Prop. 2, 2, 34.*] *Mart. 11, 81.* *Litus aureum, h. e. pulchrum, amoenum.* *Manil. 5, 383.* *Olor aureus, h. e. nitidissimi splendentisque candoris.* *Nisi malis eodem sensu hic aureum dici, quo sidera aurea a Virg. Nam Manil. de Olore sidere loquitur.* P *Praeterea aurea dicuntur quae optima sunt; sicut aurum est optimum et praestantissimum metallorum.* *Hor. Od. 2, 10, 5.* *Aurea mediocritas.* *Id. ib. 4, 2, 23.* *Aurei mores.* *Virg. Ecl. 4, 9.* *Gens aurea.* *Id. A. 6, 794.* *Aurea saecula.* *Or. Met. 1, 89.* *Aurea actas.* *Hor. Epod. 16, 64.* *Aureum tempus.* *Albinos. 2, 23.* *Sic illi vixere, quibus fuit aurea Virgo, h. e. Astraea.* *Tibull. 1, 7, 64.* *iras aurea vincit anus, h. e. optima, et quae auro contra non est cara, ut Pl. Epid. 3, 3, 30.* *loquitur. Huc pertinet et illud Hor. Od. 1, 5, 9.* *Qui nunc te fruitur credulus aurea: Qui semper vacuum, semper amabilem Sperat, h. e. credens, te esse moribus aureis et fide stabili.* P [**Non raro in aureus (ea, eis, ei) posteriores syllabae per synizesin pronuntiandae sunt, maxime in clausula versus, ut Virg. A. 5, 352. 8, 553. Or. Met.***

7, 150. ibique *Heins.* Sed etiam ab initio versus, ut *Virg. A. 1, 698.* *Aurea composuit sponda.*]

AURICHALCUM et Orichalcum, ci, n. *ὀρχηχάλκος.* *Serv. ad A. 12, 87.* docet ex auctoritate *Lucretii*, cum primum homines silvas incendissent, nullarum adhuc rerum periti, terram fertilem omnium, ex incendii calore desudasse metalla, in quae orichalcum pretiosius visum fuisse, quod et splendorem auri et aeris duritiam possideret. Quibus verbis significare videtur hanc vocem hybridam esse, conflata nimirum ex Latino *aurum*, et Graeco *χαλκός*, aes. *Festo* autem magis placet, totam Graecam esse, ab *ὄρος*, mons, et *χαλκός*, aes, quod in montuosius locis inveniatur. Sed valde ambigitur, quodnam metalli genus hac voce intelligatur. Et quidem *Servius* videtur innuere, orichalcum esse mixturam aeri, auri et argenti igne percolati et in unum commixti. Quae si ejus sententia est, frustra *Lucretii* auctoritatem interponit, qui *5, 1240.* et sqq. docens, qua ratione metalla primum reperta sint, nullam orichalci aut similis mixturae mentionem facit. Alii putarunt esse non casu, sed a natura productum metallum, quod ex auro et aere constaret: sed hujusmodi mixturam exstare, negat *Aristot.*, ut *Scalig. in advot. ad Festum* testatur. *Plin. 34, 2, 2.* enumerat inter varia aeris genera, et praecipuum bonitatem admirationemque diu obtinuisse dicit: sed longo jam tempore non reperiri, effeta tellure. Ex quibus intelligimus, putasse *Plinium* nativum ac fossicium fuisse: simulque discimus, qualemque illud fuerit, in maximo pretio ab antiquis fuisse habitum. Hinc *Pl. Curc. 1, 3, 45.* *Auro contra cedo modestum amatorem: a me aurum accipe. Pa. Cedo mihi contra aurichalco, cui ego sano serviam.* *Id. Mil. 3, 1, 64.* *Cedo tres mihi homines aurichalco contra cum istis moribus.* Adde *Ps. 2, 3, 22.* P *Successit in idem nomen metalli genus facticum, quod nos Messing appellamus. Fit autem ex aere et cadmia seu cadmea, ut Festus docet in Cadmea, et nos diximus in Aes. Cic. Off. 3, 23. sub f.* Si quis aurum vendens, orichalcum se putet vendere. *Suet. Vit. 5.* *Proque auro et argento stannum, et aurichalcum supposuisse.* *Plin. 37, 9, 42.* *Chrysolithi perspicuae funda includuntur: ceteris subijcitur aurichalcum, h. e. bractea tenuis ex aurichalco.* P *Videtur etiam aliquando esse genericum metalli nomen.* *Virg. A. 12, 87.* *auro squalentem alboque orichalco Circumdant loricae humeris, h. e. argento.* *Hor. A. P. 202.* *Tibia non, ut nunc, orichalco juncta, etc. h. e. metallo ferruminata.* P *Postremum hunc hujus vocis usum confirmat etymon Festi ab ὄρος, et χαλκός, utcumque a Virgilio et Horatio interpretentur. Nam qui aurichalcum scribere maluerunt, eo fortasse decepti sunt, quod crederent, metallum hoc ex auro fieri: de quo V. *Voss. Etymol. et Spanhem. ad Callim. Hymn. Pallad. v. 19.* P *Per synecdochen.* *Val. Fl. 3, 60.* *ecce super foribus Bellona reclusis Nuda latus, passuque movens orichalca sonoro, h. e. tubani ex aurichalco. Alii intelligunt arma, quibus induta erat.* *Stat. Th. 10, 658.* *ipsa insanire videtur Sphinx galeae custos, visoque animata cruore Emicat eligies, et sparsa orichalca resident, h. e. armorum ornamenta.* P [**Adjective Aurichalcus, a, um.* *Marcian. Jctus l. 45. ff. de contrah. emt.* Si vas aurichalcum pro auro vendisset ignorans, tenetur, ut aurum, quod vendidit, praestet. Sic etiam in cod. *Flor. B. A.*]*

AURICHALCUS, a, um, adj. V. voc. praec. in f. B. A.

AURICILLĀ et Oricillā, ae, f. diminut. ab *auricula*. *Catull. 25, 1.* *molliori cuniculi capillo, Vel anseris medullula, vel imula oricilla, h. e. ima parte auriculae, quae mollissima est. Ita legit et interpretatur Scaliger. V. AURICULA.* Est autem oricilla dictum pro *auricilla* eo modo, quo *auricularius oricularius, plaustrum plostrum, caudex codex*, etc.

AURICULATOR, oris, m. *faber qui igne aurum purgat.* *Inscr. ap. Murat. 976, 6.* *C. Silius Alexander auriculator.*

AURICOLOR, oris, m. et f. *ζωρόχρους*, aureum colorem habens. *Juvenc. in Euang. de bapt. Chr. 1, 359.* *Scinditur auricolor coeli septemplex aethra.*

AURICOMANS, antis, m. et f. adj. *ζωρόχρους*, comam habens auri coloris. *Auson. Edyll. 6, 11.* *En crocus auricomans et murice pictus Adonis.*

AURICOMUS, a, um, adj. *auricomans*. *Val. Fl. 4, 92.* *Sol auricomus.* *Sil. 3, 608.* *Batavus auricomus [*i. e. coma rutila. V. intpp. ad Tac. G. 4, 2.]* *Virg. A. 6, 141.* *Auricomus fetus arboris, h. e. ramus aureus.*

AURICULĀ, ae, f. *ὄψ, ὀψός*, membrum, quo quo animal audit: et primo ac proprie significat exteriorem auris partem. *Cic. Q. Fr. 3, 4.* *Auriculam alicui mordicus auferre.* *Suet. Aug. 69.* *Auriculae rubentes.* *Pl. Asin. 3, 3, 78.* et *Poen. 1, 2, 163.* *Sine, te prendam auriculis, sine, dem savium.* *Plin. 20, 9, 40.* *Auriculas fractas curare.* Adde *11, 37, 50.* P *Proverbium est auricula infima mollior, de homine valde remisso ac leni in agendo, non acri, non iracundo.* *Cic. Q. Fr. 2,*

15. Tu quemadmodum me censes oportere esse in republica, et in nostris inimicitis; ita et esse et fore auricula infima scito molliorem. Apud *Amian.* 28, 12. usurpatur de eo, qui levis est ingenii et valde mobilis. Huc etiam pertinet, quod attulimus ex *Catullo* in *AURICILLA*, ubi *inula oricilla mollior* dicitur homo mollis ingenii et effeminati. P Sumitur etiam *auricula* generatim pro tota aure. *Auct. ad Her.* 4, 10. Cui etiam nunc paedagogi lites ad auriculas versarentur. *Mart.* 3, 28. Garrere alicui in auriculam. *Lucr.* 4, 595. Humanum genus est avidum nimis auricularum, h. e. cupidum audiendi. *Pers.* 2, 29. qua tu mercede Deorum Emeris auriculas, h. e. obtinueris, ut tibi faciles aures Dii praeberent. P Etiam *auricula* dictum est, ut *oricularius* pro *auricularius*. *Trogus* ap. *Plin.* 11, 52, 114. Oricularum magnitudo loquacitatis et stultitiae nota est. *Fest.* in *Orata*. Aurum rustici orum dicebant, ut auriculas oriculas. P [Fuit etiam cognomen Romanum. *Inscr.* ap. *Murat.* 1281, 1. Q. Pullius Q. F. Auricula. F.]

AURICULARIUS, a, um, adj. *ωριζός*, ad auriculas pertinens. *Ulp. Dig.* 50, 13, 1. Medici, qui alicujus partis corporis, vel certi doloris sanitatem pollicentur; ut puta, si auricularius, si fistulae, si dentium. V. **ORICULARIUS**. P [*Substantive *Auricularius*, i, m. *Vulgat. Sam.* 2, 23, 23. Fecit eum David sibi auricularium, i. e. consiliatorem. *Vet. Gloss. Διακουστής*, Auricularius. B. A.]

AURICULO sive **ORICULO**, onis, m. qui magnas auriculas habet, ut Naso et Mento, qui magno praeditus est naso et mento. Cognomen Romanum. *Inscr.* ap. *Grut.* 1067, 9. L. Calvisius P. F. Oriculo. Hic *Oriculo* est pro *Auriculo*. V. **AURICILLA**. F.]

AURICULOSUS, a, um, adj. *Δρυός* *Vet. Gloss.* B. A.

AURIFER, a, um, adj. aurum ferens aut producens, *χρυσόφορος*. *Plin.* 4, 22, 35. Tagus auriferis arenis celebratur. *Id.* 5, 1, 1. Auriferum nemus. *Flor.* 4, 12. Regio aurifera. *Sil.* 4, 639. Aurifera arbor, h. e. aurea poma ferens in hortis Hesperidum. Et 16, 25. Aurifera arva, h. e. Hispania, in qua Tagus aurifer. *Tibull.* 3, 3, 29. Lydius aurifer annis, h. e. Pactolus.

AURIFEX, icis, m. *χρυσουργός*, *χρυσοποιός*, *χρυσοτέκτων*, faber aurarius. *Cic. Verr.* 2, 4, 25. Cum vellet sibi anulum facere, aurificem jussit vocari, et ei palam aurum appendit. *Id.* *Or.* 2, 38. Quae non aurificis statera, sed quadam populari trutina examinantur. *Inscr.* ap. *Grut.* 258, 7. Collegium aurificum. P In alia inscriptione *ib.* 639, 1. scriptum est *aurifex*.

AURIFICINA, ae, f. Aurificis taberna. *Gloss. Cyrill.* B. A.

AURIFICUS, a, um, adj. deauratus. *Inscr.* ap. *Grut.* 67, 2. T. Vibius Zoticius VI. Vir Augustal. Liberum Patrem cum rediniculo aurifico, et thyrsos, et cantharo argenteis P. II. S. $\frac{2}{3}$ (h. e. pondo bilibri, semisse, et duabus uncis) testamento poni jussit. F.]

AURIFLUUS, a, um, adj. aurum fluens. *Prud. adv. Symm.* 2, 604. Quos Tagus aurifluus, quos magnus inundat Iberus.

AURIFODINA, ae, f. *χρυσωρυχτήρ*, locus ubi aurum effoditur. *Plin.* 33, 4, 21. Lex censoria Ictimulorum aurifodinae, Vercellensi agro.

AURIFUR, uris, m. *χρυσοκλέπτης*, qui aurum furatur. *Pl. Poen.* 5, 5, 55. Et mihi hic aurifur est. Alii *auri fur* divisim scribunt.

AURIGA, ae, m, *ήρτοξος*, qui in curru sedens equos habena regit. [Etymon vocis repetendum ab *auris* et *ago*, nam primi homines, antequam frenum equorum ori inderent, equos auribus huc illuc ductabant, inde appellati centauri *ἐπὶ τοῦ ζευγῆτος ἐπὶ αὐγα*. V. **CENTAURUS** et **AUREA**. F.] *Virg. A.* 12, 624. In faciem soror conversa Metisci Aurigae, currumque et equos et lora regebat. *Or. Met.* 2, 327. Phaethon curru auriga paterni. *Id. Amor.* 3, 12, 37. hunc eundem absolute *aurigam* vocat. P Cum nominibus femininis. *Virg. A.* 12, 918. Nec curru usquam videt aurigamque sororem. Adde *Prisc. init. lib.* 6. P Speciatim aurigae dicti sunt, qui in ludis Romanorum equis, seu curribus insidentes cursu certabant. Cujus rei summum erat studium fervensque vincendi contentio: ipsaque aurigandi ars magna diligentia addiscebatur: victores summis honoribus affliciebantur, non secus ac qui apud Graecos Olympia vicissent. Quatuor autem erant in Circo aurigarum factiones a colore vestis, quo earum aurigae utebantur, appellatae, *Prasina*, *Veneta*, *Russata*, *Alba*, quibus Domitianus duas addidit *Auratum* et *Purpuream*, ut *Suet.* narrat in ejus *Vita* 7. V. **FACTIO**. *Cic. fr.* ap. *Non.* 4, 154. Ut auriga e curru trahitur, operitur, eliditur. *Suet. Cal.* 54. Sed et aliorum generum artes studiosissime et diversissimas exercuit: Thrax et auriga, idem cantor atque saltator. *Inscr.* ap. *Fabrett.* cl. 6. n. 26. M. Aurelius Mollicius Tatanus natione verna, qui vixit annos XX. m. VIII. d. VII., qui vicit palmas n. CXXXIII. Sic in Russeo LXXXIX., in Prasino XXXII., in Veneto n. V., in albo n. VII. praemia XXX. V. OVUM. P Est etiam *auriga* signum coeleste,

Graeco nomine *Heniochus*, constans stellis, secundum *Hygin.* XI., secundum alios XIV., secundum alios XXVII. aut XXXI., quarum praecipua est in sinistro ejus humero et *capella* appellatur; deinde duae in sinistra manu, quas *hodos* vocant. Situm est in Lactea via, inter Perseum et Geminos, dextrum pedem habens super sinistram Tauri cornu. Fabulantur esse Erichthonium, qui primus quadrigas invenisse fertur: et ob id fingitur lora tenens et verber. *Hygin. Astron.* 3, 12. *Cic. N. D.* 2, 43. ex *Arat.* Auriga Sub laeva Geminorum obductus parte feretur. *Colum.* 11, 2. Quarto non. Octobr. Auriga occidit mane. P Aliquando sumitur pro equite, qui solitarium equum insidet et regit. *Auct. Pan. ad Pison.* 49. Sic auriga solet ferventia Thessalus ora Mobilibus frenis in aperto flectere campo, Qui modo non solum rapido permittit habenas Quadrupedi, sed calce citat, etc. P In illo *Virg. A.* 12, 85. Circumstant proprii aurigae, manibusque lacessunt Pectora plausa cavis, et colla comantia pectunt: *aurigae* sunt agasones et curatores equorum, ut et *Servius* adnotavit. P De gubernatore navis. *Or. Trist.* 1, 14, 16. Aurigam video vela dedisse rati. P Adjective *Tert. Spectac.* 9. Merito et aurigis coloribus Idololatriam vestierunt. Al. leg. et *aurigas coloribus Idololatriae vestierunt*.

AURIGALIS, le, adj. ad aurigam pertinens. *Edict. Dioclet.* p. 26. Corrigiam aurigalem X duobus. F.]

AURIGANS, antis, auro collucens. *Jul. Valer. res gest. Alex. M.* 1, 58. extr. Aquae quoque aurigantem colorem. B. A.

AURIGARIUS, ii, m. qui in circo aurigatur. *Suet. Ner.* 5. Mercede palmarum aurigarios fraudare. *Torrentius* suspicatur, significari hoc loco non ipsos aurigas, sed eorum ministros, nimirum qui ornandi instruendique eos curam gerebant, ut *auriga* apud *Virg. A.* 12, 85. [At constat, *aurigarios* fuisse eosdem atque *aurigas*: nam ex *Inscr.* ap. *Donat.* 225, 3. Q. Vivius Volscinius Proc. Colleg. Aurigarium III. Factionis. F.]

AURIGATIO, onis, f. *διεργεία*, *ἀρμαγελασία*, actus aurigandi. *Suet. Ner.* 35. Ex aurigatione sero reversus. P Translate. *Gell.* 7, 8. Delphini amantiss, et pueri non abhorrentis consuetudines, lusus, gestationes, aurigationes.

AURIGATOR, oris, m. qui aurigat. *Inscr.* ap. *Grut.* 340, 3. M. Vipsanio Eroti aurigatori, etc. Alia apud *Reines.* cl. 10. n. 12. Collegium aurigatorem. *Avien. Phaenom. Arat.* 405. Aurigatorem par sit quoque cura videre, h. e. Aurigam sidus coeleste.

AURIGENĀ, ae, comm. gen. ex auro genitus, auri filius. *Or. Met.* 5, 250. Hactenus aurigenae comitem Tritonia fratri, etc. h. e. Perseo filio Danae, quam Jupiter imbris aurei figura delapsus matrem fecisse dicitur. Adde *Sidon. carm.* 6, 14.

AURIGER, a, um, adj. id. q. aurifer. *Cic.* vultens quaedam *Homeri* carmina *Dir.* 2, 30. Aurigeris Divum placantes numina tauris, h. e. aurata habentibus cornua, ut in victimis ornandis mos fuit. *Val. Fl.* 8, 110. Aurigera arbor, h. e. in qua suspensum erat vellus aureum.

AURIGINEUS, a, um, adj. auriginis colorem habens, ut *aurigineus color* apud *Coel. Aurel.* 2, 11. B. A.]

AURIGITANUS, a, um, adj. ad Aurigam pertinens (*Liv.* 24, 42. *Aurigin* vocat) oppidum Hispaniae Baeticae, nunc *Jaen*. *Inscr.* ap. *Grut.* 407, 3. Q. Fabius Ficulus VI. vir Aurigitan. F.]

AURIGINOSUS, a, um, adj. *αὐριγενής*, qui auriginem patitur. *Gloss. Gr. Lat.* B. A.

AURIGO, as, avi, atum, a. *ἀραζέτωρ*, *ήρτοξέωρ*, currum et equos rego. *Plin.* 33, 5, 27. Visum est Neronis principis spectaculis arenam circi chryscolla sterni, cum ipse concolori panno aurigaturus esset. *Suet. Ner.* 24. Aurigavit quoque plurifariam: Olympis vero etiam decemjugem. P Translate *Gell.* 14, 1. Si homines nihil sua sponte faciunt, sed ducentibus stellis et aurigantibus.

AURIGO, iginis et **AURIGINOSUS**. V. **AURUGO**, **AURUGINOSUS**.

AURIGOR, aris, dep. 1. idem quod *aurigo*, as. Translate *Varr.* ap. *Non.* 2, 14, et 4, 322. Asse vinum, asse pulmentarium, sed eo quo natura aurigatur, non necessitudo, h. e. moderatur ac regit, ut et *Non.* exponit. Al. leg. *sed edas quo natura*, etc. Alii *sed ita quo*, etc. [Muretus *Var. Lect.* 1. 7. c. 5. fortasse sagacius ita legit: *sed eas quo natura aurigatur necessitudo*. F.]

AURILÉGULUS, li, m. *χρυσολόγος*, qui aurum legit. Dicti sunt *aurileguli*, qui aurum inter arenas, ubi abundabat, scrutabantur: item generatim quicumque in metallis auri effodiendi causa laborant. *Impp. Valent. et Theodos. Cod.* 11, 6, 5. et *Cod. Theod.* 11, 19, 9. et *Paulin. Nolan. carm.* 17. ad *Nicet.* 269.

AURINGIS, is, oppidum Hispaniae Baeticae, quod et *Oringis* dictum. *Liv.* 24, 42. B. A.

AURINIA, ae, f. oppidum Etruriae, postea dictum Saturnia; ejus incolae *Aurinini* appellabantur, postea autem Saturnini. *Plin.* 3, 5. P Item fatidica mulier, superstitione a Germanis olim culta. *Tac. G.* 8. B. A.

AURINUS Deus. V. AESCULANUS.

AURIPIGMENTUM, i, n. *ἀσθηζόν*, genus est arsenici flavum colorem et auro similem habentis, quo pictores quoque utuntur. Ex eo aurum fieri posse, parvi tamen ponderis, *Plin.* 33, 4, 22. docet. *Vitr.* 7, 7. Auripigmentum, quod *ἀσθηζόν* Graece dicitur, foditur in Ponto. Adde *Cels.* 5, 5.

AURIS, is, f. *οὖς*, *ὠτός*, et in plural. num. *Aures*, ium, *αὐτιά*, membrum duplex in capite animalis utrinque positum, quo sonus et voces percipiuntur. [Quibusdam dicta videtur ab *aura*, quam in audiendo recipit. *Lactant.* vero *De opif. Dei* 8. Auribus est inditum nomen a vocibus hauriendis, unde *Virg. A.* 4, 359. *Vocemque his auribus hauri*; aut, quia vocem ipsam Graeci *αὐδή* vocant ab auditu, per immutationem litterae, aures velut aures sunt nominatae. At potius *auris* ducenda ab *αἰσθ.*, *αἰσθός*, auris, dialecto nempe Laconum pro *αὖς*, *αὐτός*, qui *ὄ* pro *ε* utebantur. Hinc *αἰσθός* apud *Suidam* et *Hesych.* sunt lepores, ut qui auriti vocantur. V. **AURITUS**. F.] *Cic. N. D.* 2, 56. Et aures, cum sonum percipere debeant, qui natura in sublime fertur, recte in altis corporum partibus collocatae sunt. *Id. Sull.* 11. Erigere aures, h. e. attente audire. Sic *Ter. Andr.* 5, 4, 30. arrigere. *Id. Ph.* 5, 6, 29. Admovere aurem. Et *Cic. fr. Acad.* ap. *August. c. Acad.* 3, 7. Admovere aures huc et illuc. *Id. Or.* 1, 50. et *Ter. Hecyr.* 3, 3, 3. Accipere auribus, h. e. audire. Sic *Plin. ep.* 4, 19. excipere. *Ter. Hecyr.* 3, 5, 32. Sermo accessit ad aures meas. *Nep. Mil.* 3. Pervenit ad aures. *Liv.* 38, 53. et 40, 8. Praebere alicui aurem. [*Quomodo ab hoc differat *praebere aures* docet *Quint.* ad *Suet. Cal.* 22.] *Pl. Bacch.* 4, 9, 72. Dicere alicui operam aurium. *Cic. Att.* 1, 4. Dare aures suas alicui, h. e. praebere se auditorem. Sic *Arch.* 10. in f. dedere. *Id. Or.* 2, 84. in f. Ferire aures, h. e. imbuiere honestis sermonibus. *Id. ib.* 1, 90. Implere aures populi. *Id. ib.* 3, 67. Aures surdae ad fortia consilia. *Cic. Cluent.* 24. Dicere alicui, quod sit dignum auribus alicujus, h. e. dignum quod audiatur. *Curt.* 4, 10. a med. Parcere auribus alicujus, h. e. reticendo ea, quae auditu gravia essent. *Pl. Cist.* 1, 120. Obtundere aures. *Tac. A.* 11, 32. Adire aures alicujus, h. e. convenire alloquendi causa. *Id. ib.* 4, 69. vitare, h. e. colloquia hominum. *Vell.* 2, 130. Apud aures Deorum queri. *Caes. B. C.* 2, 27. Servire auribus alicujus, h. e. loqui ad voluntatem, adulari. Et eod. sensu *Trebon.* ad *Cic. Fam.* 12, 16. Noli putare, mi Cicero, me hoc auribus tuis dare. *Cic. Or.* 51. Capere aures, h. e. delectare, tenere, jucunda auditu proferendo. Adde *Phaedr. prol.* 2, 6. P *In aurem, in aure, ad aurem dicere aliquid secreto* et submissa voce alicui alloqui. *Hor. Sat.* 1, 9, 9. in aurem dicere nescio quid puero. *Juven.* 11, 59. pultes Coram aliis dicentem puero, sed in aure placentas. *Cic. Fin.* 2, 21. Admonere alicui ad aurem. *Id. fr. ad Maer. Sat.* 3, 12. In aurem Pontius, Scipio, inquit, vide quid agas. Adde *Mart.* 1, 90. P *Aurem vellere* admonendi causa. *Virg. Ecl.* 6, 3. Cum canerem reges et proelia, Cynthius aurem Vellit et admonuit etc. Sic *aurem pervellere* ap. *Sen. Ben.* 4, 36. et *ep.* 94. Est enim, ut ait *Plin.* 11, 45, 103, in aure ima memoriae locus, quem tangentes antestamur. P *Frangere aures*, quod solebant facere ephelis magistri, sive exercitores in gymnasio. *Mart.* 7, 32. At juvenes alios fracta colit aure magister. P *Dormire in utramvis aurem*, *ἐν ἀγνώσεια ἢ ὄτι καθύπνου*, proverbio de summa alicujus securitate. *Ter. Haut.* 2, 3, 100. Ademptum tibi jam faxo omnem metum, in aurem utramvis otiose ut dormias. [*Adumbratus locus ex *Plocio Menandri*. Cf. *Gell.* 2, 23. B. A.] *Plaut.* dixit eodem sensu joculariter, in utramvis oculum conquiescere. *Ps.* 1, 1, 121. Eodem sensu *Plin. ep.* 4, 21. Nihil est, quod in dexteram aurem fiducia mei dormias. *dexteram aurem* dixit, quia nobilior est et quia in eam partem dormire arctius et commodius homines solent. P Translate *aures* sununtur pro judicio, quod fit de rebus auditis, praesertim in re litteraria. *Cic. Or.* 9. Atticorum aures teretes et religiosas. *Id. Brut.* 32. Haec oratio puerilis est locis multis: de amore, de tormentis, de rumore loci sane inanes: veruntamen nondum tritis nostrorum hominum auribus, nec erudita civitate tolerabiles. *Hor. A. P.* 386., si quid tamen olim Scripseris, in Metii descendat iudicis aures etc. *Mart.* 6, 1. Tergere libellum aure diligenti. P *Aures regiae*. V. **OTACUSTA**. P Per similitudinem *aures* in aratro sunt duo asses circa vomerem utrinque aptati, quibus sulcus latior fit et lira seu porca elatior. *Virg. G.* 1, 172. Binae aures, duplici aptantur dentalia dorso. [*V. *Voss.* ad h. l.] *Pallad.* 1, 43. aratra ita facta appellat *aurita*, et locis planis apta esse dicit. Nam iis sata celsiore sulco attoli, contra stationes humoris hiberni.

AURISCALPIUM, ii, n. *ὠροζυγίς*, instrumentum, quo scalpuntur et purgantur aures. *Mart.* 14, 23. cui titulus *Auriscalpium*. Si tibi morosa prurigne verminat auris, Arma damus tantis apta libidinibus. P Hoc instrumento utuntur etiam chir-

urgi ad eadem fere res, ad quas specillo. Scribon. Compos. 41. ad aurium dolorem. Injicere medicamentum per lanam et auriscalpium. Id. ib. 230. Uvam nimis jacentem sine periculo per auriscalpium lana involutum perunctam etc. Et ib. 228. ad haemorrhoidas. Sensim tentare auriscalpio averso: quam partem *zoclozor* Graeci vocant.

AURITULUS, a, um, diminut. ab *auritus*. Phaedr. 1, 11. de asello: hic auritulus clamorem subito totis tollit viribus. Al. aliter leg., sed nihil mutandum.

AURITUS, a, um, adj. *ὀρώεις* magnas habens aures. Virg. G. 1, 308. Auritosque sequi lepores. Or. Amor. 2, 7, 15. Auritus asellus. Adde Mart. 7, 86. P Hinc auritum absolute pro lepore dixit Avien. Phaenomen. Arat. 788. Quo pertinet illud Afran. ap. Macr. Sat. 6, 5, pron. ex persona Priapi: quod vulgo praedicant, aurito me parente natum, h. e. lepore patre natum, fortasse quia Priapus pulpa-mentum quaerere dicitur, ut est apud Ter. Eun. 3, 1, 36. Possis tamen auritum parentem interpretari asinum, ut creditur sit Priapus asini filius esse propter ingens peculium. P Ponitur etiam pro audiente, attento. Pl. Asin. prol. 4. Fac jam tu, praeco, nunc omnem auritum populum. Id. Mil. 3, 1, 14. Ne quis nostro consilio venator adsit cum auritis plagis, h. e. auribus venans et aucupans dicta nostra. Hor. Od. 1, 12, 11. de Orpheo: auritas fidibus canoris Ducere quercus, h. e. sensum audiendi habentis. Ita Sidon. carn. 16, 4. de Amphione: auritos crexit carmine muros. P Auritus testis est, qui de re audita testimonium dicit. Pl. Truc. 2, 6, 8. Pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem. P Auritas leges dixit Prud. Apoll. 835. h. e. auribus exceptas, auditas; vel verbis et voce prolatas et intimatas. P Auritus etiam dicitur ad similitudinem aurium factus. Plin. 10, 49, 70. Gryphes aurita aduncitate rostri. P Auritum aratrum quid sit V. AURIS.

AURIVOMUS, a, um, adj. ut Cassis aurivoma ap. Sil. 4, 518., h. e. cassis aurea fulgorem emittens. Alii leg. aurivoma, alii melius Aurunca. [Ita Drak.]

AURO, as, a. i. auro obduco, in auro: *ζυρόω*. Tert. Cor. mil. 12. Hinc auratur lamulis, unguentis delibuitur. Al. aliter leg. Agnoscit hoc verbum etiam Prisc. 8. p. 828., nullum tamen affert exemplum.

AURO, ontis, m. abrotonum. Plin. 17, 24, 37. n. 10. [Nec viscum prodest et cytisus, nec auro, quod halimon Graeci vocant. Harduin. legendum probat: et cytisus necatur eo, quod etc. B. A.]

AUROCLAVATUS, a, um, adj. aureis clavis ornatus, ut Auroclavatae vestes ap. Vopisc. Tac. 11. et Auroclavata tunica ap. Eund. Bonos. 15. P Scribitur et divisim auro clavatus.

AUROCLAVUS, a, um, adj. i. q. auroclavatus. Vet. Schol. in Juven. 6, 482., ubi al. leg. auriclavas. Yossius mavult auriclavas. Sed recte auroclavus edidit Cramerus. V. ad l. B. A.

AURORA, ae, f. *ἠώς, ἠώς*, initium diei, quo aer ab igne solis tum aurescit, ut ait Varr. L. L. 6, 5. Est autem vox fere poetica. Pl. Poen. 1, 2, 8. Nos usque ab aurora, ad hoc quod diei est, nunquam concessavimus. Virg. A. 3, 521. Jamque rubescebat stellis aurora fugatis. Plin. 11, 12, 12. Prima aurora folia arborum melle rosida inveniuntur. P In fabulis est filia Hyperionis et Aethrae seu Thiae, vel ut alii volunt, Titani et Terrae, uxor Tithoni filii Laomedontis (Sere. ad A. 1, 493. fratrem Laomedontis fuisse dicit), quem eximia ejus pulchritudine capta, rapuisse dicitur, et ex eo suscepisse filium Memnonem, qui postea ad Priamum missus auxilium causa, belli Trojani tempore, quamvis esset armis a Vulcano factis munitus, ab Achille occisus fuit; quem mater desere quotidie matutino rore dicitur. Porro Tithonus cum diu vixisset, jam decrepitu in cicadem conversus traditur. Dicitur etiam Aurora amasse Cephalum. (V. CEPHALUS.) Astracum quoque, unum ex Titanibus, ex quo ventos genuit, Argestem, Zephyrum, Boream et Notum. Quadrigis seu bigis roseis vehi fingitur, quas albi equi trahunt: et pro sceptro facem aut lampada habere. Virg. A. 4, 585. Tithoni croceum linqvens Aurora cubile. Id. ib. 6, 535. roseis Aurora quadrigis etc. Id. ib. 7, 26. Aurora in roseis fulgebat lutea bigis. P Pro populis Orientis, Claud. I. Cons. Stilich. 1, 154. totam pater undique secum Moverat Auroram. Sidon. carn. 2, 432. et Ov. East. 5, 160.

AURORANS, antis. Illuminans Gloss. Isid. B. A. AURORESCO, is, n. aurorae in modum fulgere. Adelhelm. de Virginit. 30. Cum Evangelii splendor auresceret.

AUROSUS, a, um, adj. aureum colorem habens, auro similis. Pallad. 1, 5. Aurosus pulvis. Lambrid. Elag. 31. in f. Aurosa arena. Veg. Veter. 2, 17. Aurosus color.

AURUGINEUS, a, um, auruginis colorem habens. Coel. Aur. Tard. 2, 11. Aurugineus color. Al. leg. dolor.

AURUGINO, as, n. i. aurugine laboro. Tert.

Anim. 17. Qui redundantia fellis auruginant, amara sunt omnia.

[AURUGINOSUS, a, um, adj. qui aurugine laborat. Appul. de orthogr. p. 137. ed. Maji. [apud Osann. fr. 41.] Augurinosus, cui color et oculi virentes. Adde Gloss. Isid. Auruginosus, arquatus. [Osann. addit p. 66. Varronis auctoritatem apud Tortellium de orthogr. (Venet. 1484. fol. 110. a.)] Utrobique tamen legitur *auruginosus*. F.]

AURUGO, uginis, f. *ἄρρογος*, morbus regius seu arquatus: ita dictus a colore auri, quo aeger inficitur, flava bile ad cutem sese effundente. Scribon. Compos. 110. Aurugo, quam quidam regium, quidam arquatam morbum vocant. Adde ib. 127. Varr. quoque hac voce usus est, si credimus Isid., cuius haec sunt verba Orig. 4, 8. Auruginem vero Varro appellari ait a pallore auri. Auruginem hoc loco alii legunt. Sic Appul. Herb. 85. Herba Sabina auruginem discutit. [Cf. interpp. ad Appul. de orthogr. §. 41.]

AURULA, lac, f. diminut. ab *aura*. Tert. Anim. 28. Quid si defectae jam traditionis superstites aliquas famae aurulas hausit? Hieron. ep. 34. ad Marc. n. 3. Graecarum quoque litterarum quandam aurulam ceperat. Alii leg. *auram*.

AURULENTUS, a, um, adj. aureum colorem habens. Prud. *aeqi orq.* 6, 49. Braeteolas trahibus sublevit, ut omnis aurulenta Lux esset intus, ceu jubar sub ortu.

AURUM, i, n. *ζυρόος*, metallum omnium pretiosissimum, quod unum nihil igne deperit, quinimo quo saepius arsit, proficit ad bonitatem. Ob id enim maxime praecipuum gratiam huic materiae esse, Plin. 33, 3, 19. scribit. Cic. N. D. 2, 60. Nos aeris, argenti, auri venas penitus abditas invenimus. Id. Fam. 9, 16. Quasi aurum igni, sic benevolentia fidelis periculo aliquo perspicui potest. Id. Tusc. 5, 21. Abacos ornare argento auroque caelato. Virg. A. 10, 527. Aurum factum et infectum. Id. ib. 6, 32. Effingere aliquid in auro. Plin. 33, 3, 19. Aurum nere ac texere. Ter. Ph. 1, 2, 18. Montes auri polliceri, proverb. notissimum. Sil. 1, 233. Concolor auro, h. e. pallidus. P *Auro contra* V. CONTRA. P De auro coronario, Tolosano etc. V. CORONARIUS, TOLOSANUS etc. P Quid sit *aurum maceratum* apud Pl. V. in COMICES, a, um. P Per synecdochen ponitur pro opere ex auro facto. Ter. Heaut. 3, 1, 43. Ancillae oneratae veste atque auro, h. e. monilibus, inauribus, anulis ceterisque hujusmodi ex auro ornamentis muliebribus. Juven. 1, 28. Ventilet aestivum digitis sudantibus aurum, h. e. anulum. Stat. Th. 5, 188. Vacuare aurum mero: h. e. poculum. (Adde Virg. A. 1, 743.) Id. Sil. 3, 4, 2. Aurum coronatum, h. e. pyxis aliudve aureum vas [in quo comae auro coronatae asservantur. V. Gron. diatr. p. 351. ed. Lips. — Mart. 4, 1, 5. Hic colat Albano Tritonide multus in auro, i. e. in corona aurea oleaginea.] Adde ib. 11. Virg. A. 4, 138. erines nodantur in aurum, h. e. veluti retiolium, quod colligit comas, quae Graece *χορδύλη* dicitur, ut Servius exponit. Id. A. 7, 279. de equis: fulvum mandunt sub dentibus aurum, h. e. frenum aureum. [Id. ib. 5, 817. jungit equos auro genitor, i. e. jugo aureo.] P *Seruus ab auro dicitur*, qui aureae suppellectilis curam habet. Inscr. ap. Grut. 582, 5. Philetaero Aug. lib. praepos. ab auro gemmato etc. (Adde aliam apud Don. cl. 17. n. 17., Et ib. 9. M. Ulpio Eridano Aug. l. ab auro escario praeposito etc. P Pro pecunia et divitiis. Pl. Anl. 4, 2, 4. et 10. Aula onusta auri. Cic. Att. 12, 6. Vide quaeso, ne qua lacuna sit in auro. Prop. 3, 11, 48. Aurum omnes, victa jam pietate, colunt. Auro pulsa fides, auro venalia jura, Aurum lex sequitur etc. Virg. A. 3, 56. quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames? Spartian. Sever. 12. Cum magnam partem auri per Gallias, per Hispanias, per Italiam imperator fecisset. P Pro auro aetate. Hor. Od. 4, 2, 39. quamvis redeant in aurum Tempora priscum. V. AETAS. P Item pro splendore, fulgore, qualis ab auro emicat. Val. Fl. 5, 369. saevo cum nox accenditur auro, Luciferas crinita faces. Et pro colore auri. Ov. Met. 9, 688. cum spicis nitido flaventibus auro. P Rustici dicebant *orum pro aurum*, ut *oricola pro auricula*. Fest. in Orata.

AURUNCA, ae, f. oppidum Campaniae, [cujus vestigia apparent in monte, qui S. Croce appellatur, ex iis nempe, qui Rocca Monfina constituunt: F.] conditum ab Ausone Ulyssis et Calypsus filio (Fest. in Ausonia docet) ubi Aurunci populi fuerunt. Patria fuit Turni poetae satyrici, temporibus Titi et Domitiani, qui fratrem habuit Scaevam Memorem, poetam tragicum, ut Vet. Juvenal. Scholiast. ad 1, 20. et Mart. 11, 10. docent. Hujus Turni etiam Rutil. meminit Hinc. 1, 604. Addit idem Scholiast., ex eodem illo oppido fuisse Lenium et Silium, itidem poetas satyricos. Juven. tamen l. c., ubi *magnum Auruncae alumnus* memorat, nullum horum intelligere videtur, sed Lucilium, qui Suesae, Auruncorum colonia, ortum habuit. V. v. seq. AURUNCUS, a, um, adj. ad Auruncum pertinens. Virg. A. 7, 206. Aurunci senes. Et ib. 795.

Auruncae manus. Vell. 1, 14. Suessa Aurunca, h. e. quae olim Auruncorum colonia fuit: postea a Romanis quoque deducta, [nunc Sessa. F.] P *Aurunci, orum*, sunt Auruncae populi. Plin. 3, 5, 9., Virg. A. 11, 318. P Docet Serv. ad A. 7, 227. hos Graece Ausones nominari. P [Auruncus fuit etiam cognomen Romanum originem gentis declarans in Postumo Cominio cos. an. U. C. 253. et 261. ex Anonymo Norisiano, aliisque Fastorum collectoribus. F.]

AUSCARIPEDA, ae, f. genus vermiculi pilosi, qui solet esse in fronde, cum multis pedibus. Varr. L. L. 6, 3. ad f. Scalig. in Conjectan. mallet *ascaripeda*.

*AUSCENSIS, se et

*AUSCUS, a, um, ad Auscos pertinens, Aquitaniae populum, quorum urbs nunc Auch, vel *Ausch*. Sidon. ep. 7, 6. Vasates, Convenae Auscenses. Mela 3, 2. Aquitanorum clarissimi sunt Ausci. Adde Plin. 4, 19, 33. Etiam Climberrum, urbs eorum capitalis, Ausci (olim Augusta) dicta est. Ammian. 15, 28. Inde Auscenses dicti ejus incolae. Sidon. l. l. — P Auscus fuit etiam cognomen Romanum. Inscr. ap. Murat. 789, 3. Aurelius Auscus. B. A. AUSCULANUS et AUSECULANUS. V. ASCULANUS.

AUSCULARI dicebant antiqui pro *osculari*: quod est os cum ore conferre. Festus. Hinc in quibusdam MSS. *Plauti* legitur *ausculari* Merc. 3, 3, 10. et 14. teste *Plauto*, *Taubm.* et al. P Sic *ausculum* pro *osculum* olim a priscis dictum est, teste Prisc. l. p. 562.

AUSCULTATIO, onis, f. *ἀκούσις*, actus auscultandi et dictis alicujus parendi. Pl. Rud. 2, 6, 18. Quid mihi seclero tibi erat auscultatio? P Item actus audiendi et aliena dicta ex insidiis aucupandi. Senec. Tranq. 12. Illud deterrimum vitium, auscultatio et publicorum secretorumque inquisitio.

AUSCULTATOR, oris, m. *ἀκούστης*, qui auscultat, auditor. Cic. Partit. 3. Causa auditorum genere distinguitur, nam aut auscultator est modo, qui audit; aut disceptator, id est rei sententiaeque moderator. P Item qui obtemperat. Appul. Met. 7. p. 195, 1. Pastor mandati dominici serus auscultator.

AUSCULTATUS, us, m. *ἀκούσις*, auscultatio, auditio. Appul. Met. 6. p. 178, 21. Nec auscultatu poenitendo diligenter instructa. Fulgent. Cont. Virg. Quae mensuralibus stipendiis grammatici distrahunt puerilibus auscultatibus.

AUSCULTO, as, avi, atum, a. i. *ἀκούομαι*, audio, aures admoveo. [Non tam *audire* significat, quam *audire velle*, *horchen*, (*lauschen*) quae est sententia Döderl. Syn. III. p. 294. Est igitur frequentativum. Quod noster addit, esse i. q. clam *audire*, hoc per se minime inest.] Cato ap. Gell. 1, 15. Ita est cupidus orationis, ut condeat qui auscultet. Hor. Sat. 2, 7, 1. Jamdudum ausculto et cupiens tibi dicere servus Pauca, reformido. [Hdf. ad h. l. observat, videri h. v. proprium esse servorum qui ad portam stantes ad dominorum jussa attendant: Gr. *ἰσάζουσι*,] Ter. Andr. 3, 3, 4. Auscultate paucis. Ch. Ausculto: loquere quid velis. Pl. Poen. 4, 2, 19. Nimis eum ausculto libens. Catull. 67, 39. Auscultare populum. P Aliquando est clam atque ex insidiis aliorum sermones excipere. Pl. Merc. 2, 4, 9. Omnia ego istaec auscultavi ab ostio. Id. Truc. 1, 2, 1. Ad fores auscultate, atque asservate aedes. Id. Poen. 4, 1, 6. Quid habeat sermonis, auscultabo. P Saepe plus est quam *audire*: significat enim non solum auribus accipere, sed etiam fidem habere dictis alicujus, eique aliquid praecipienti aut momenti obtemperare, obsequi, [I*ut nos *auf Jemand horchen*, quod majorem attentionem significat, quam simplex *audire* (*hören*).] Cato l. c. Auditis, non auscultatis, tanquam pharmacopolam: nam ejus verba audiuntur; verum ei se nemo committit, si aeger est. Pacuv. ap. Cic. Div. 1, 57. Istis qui linguam avium intelligunt, magis audiendum, quam auscultandum censeo. Cic. Rosc. Am. 36. Mihi auscultate: vide, ne tibi desis. Pl. Trin. 3, 2, 36. Nisi me auscultas, atque hoc, ut dico, facis. Ter. Ad. 5, 8, 12. Quid? tu autem huic, asine, auscultas? Adde Varr. L. L. 5, 8. ad f. et Caecil. atque Eund. ap. Non. 4, 36. P Passive impersonaliter. Pl. Merc. 2, 3, 127. Ad portum ne bitas, dico jam tibi. Ch. auscultabitur. P *Auscultare crimina* est audire et fidem habere criminibus de aliquo delatis. Pl. Ps. 1, 5, 12. P In illo Afranii, Videt ludos: hinc auscultavi procul, Nonius l. c. exponit *spectavi*: vereor ut satis apte: et alii leg. *huic auscultavi*.

*AUSELII dicebantur qui nunc Aurelii. Festus B. A. *AUSER, eris, Etruriae fluvius, prope Lucam, in Arnun influens. Plin. 3, 5. Hodie est *Usari*. Rutil. 1, 566. *Ausur* audit. B. A.

*AUSETANUS, a, um, adj. ad Ausam spectans. Fuit autem Ausa oppidum Hispaniae Tarraconensis, ad Iberum flumen. Liv. 29, 2. et 39, 5. Ausetanus ager. P *Ausetani, orum*, Ausae incolae. Caes. B. C. 1, 60. Plin. l. l. et 3. Liv. 21, 23. et 61. B. A.

AUSIM, is, it. V. in AUDEO.

AUSON, onis, m. filius Ulyssis et Calypsus, ut docent Fest. in Ausonia et Serv. ad A. 3, 171, quamquam hic ad A. 8, 328. dicat, Circes filium fuisse. Hic eam partem Italiae, in qua fuerunt Amyclae, Fundi, Cajeta, Formiae, Minturnae, Vescia, Cales et Ausona gentis caput, Ausoniam a se nominavit: quod nomen postea toti Italiae, quae Apennino finitur, datum est. Haec ex Festo in V. Ausonia et Plinio 3, 5, 9. Sed a. U. C. 419. a Romanis Ausonum exercitus fusus est et eorum urbs Cales vi capta, a. vero U. C. 440. ab eisdem tria illorum oppida Ausona, Minturnae et Vescia uno impetu capta et deleta Ausonum gens, quae loca veteri Latio adjecta, novo Latio nomen dederunt. Haec ex Liv. 8, 16. et 9, 25. P Adjective Aien. in Arat. 102. de Arctis: Ausone easdem Voce feras, Ursasque et Plaustra vocare solemus, h. e. vocabulo Latino.

AUSONĀ, ae, f. oppidum veteris et proprie dictae Ausoniae. Liv. 9, 25. [*Dirutae urbis vestigia adhuc apparent in loco, cui Fratle nomen, prope fontem fluvii, quem Ausente vocant, haud longe a Minturnis. F.]

AUSONES, um, m. plur. populi veteris Ausoniae: quorum urbes V. in AUSON. P Item populi Magnae Graeciae, quae et ipsa quondam Ausonia dicta est, quoniam Ausones tenuere primi, ut est apud Plin. 3, 10, 15. P Latius inde sumuntur pro ipsis Italis. Stat. Silv. 4, 5, 37. P Aurunci quoque a Graecis Ausones dicti sunt, teste Serv. ad A. 7, 727. P Denique etiam Sabini olim Ausones sunt appellati, si eidem Servio credimus ad G. 2, 167.

AUSONIĀ, ae, f. Aóovla, olim fuit pars Italiae maritima inter Amyclas et Cales, ut dictum est in AUSON. P Item Magna Graecia. V. v. praec. Sed paulatim tota ipsa Italia, quae Apennino finitur, Ausonia appellata est. Virg. A. 10, 54. magna ditione jubeto, Carthago premat Ausoniam.

AUSONIĀNUS, a, um, adj. ad Ausonium pertinens. Fulg. Mythol. proem. 1. Bissula Ausoniana, h. e. puella Bissula nomine, cujus laudes peragit Ausonius Edyll. 7. 8. 9. et 10.

AUSONIDAE, arum, m. plur. Ausoniae populi. Virg. A. 10, 563. ditissimus agri Qui fuit Ausonidum et tacitis regnavit Amyclis. Ausonidum dictum est per syncopen pro Ausonidarum, ut Serv. et h. l., et ad A. 12, 121. monet: nam Ausonidum est simpliciter genitivus pluralis ab Ausonis, idis, f. P Late etiam sumuntur pro Latinis, Romanis aut Italis. Virg. A. 12, 121. Procedit legio Ausonidum, etc. Lucan. 9, 998. grata vice moenia reddent Ausonidae Phrygibus, Romanaque Pergama surgent.

AUSONIS, idis, f. adj. ad Ausonium pertinens: et sumitur plerumque pro Romana aut Itala. Or. Fast. 2, 94. Ausonis ora. Sil. 9, 187. pater ipse superbus aquarum Ausonidum Eridanus. Claud. B. Get. 627. Ausonidum gemmata monilia matrum. Aien. Perieg. 308. Ausonis dextra. Et ib. 309. Ausonis gens.

AUSONIUS, a, um, adj. ad Ausoniam pertinens: et accipitur fere pro Romano aut Italo. Virg. A. 4, 349. Ausonia terra. Id. G. 2, 385. Ausonii coloni. Id. A. 5, 83. Ausonius Tiberis. Hor. Od. 4, 4, 56. Ausoniae urbes. Or. Met. 5, 350. Ausonium Pelorum, h. e. promontorium Siciliae, quod ad Italiam spectat. Id. Pont. 2, 2, 72. Ausonium imperium, h. e. Romanum. Mart. 9, 87. Ausonio ore potens, h. e. Latina facundia. Id. ib. 9. Ausonius pater, h. e. Domitianus imperator. Id. 12, 6. Ausonia aula, h. e. imperatoris R. domus. P Ausonium mare dicitur a geographis, quod alluit Magnum Graeciam, quae quondam Ausonia dicta est, nempe inter Tyrrenum, quod ad fretum Siculum terminatur, et Ionium, quod alluit Salentinos. Plin. 3, 10, 15. et 14, 6, 8. n. 6. P Ausonii, orum, sunt Ausoniae populi: et saepe accipiuntur pro Latinis, Romanis aut Italis. Virg. A. 12, 834.

AUSONIUS, ii, m. Decimus Magnus Ausonius, grammaticus et rhetor sui temporis doctissimus, poeta etiam elegans et ingeniosus, patriam habuit Burdigalam Aquitaniae urbem, fuitque praceptor Gratiani ac Valentiniani fratrum Imp. ob id promotus ad quaesturam et praefecturam praetorii, et demum ad consulatum, a. Chr. 379. Obiit sub Honorio ann. 394. Exstant ejus carmina varii generis atque argumenti: quaedam etiam prosa oratione scripta et praecipue Oratio ad Gratianum imp., in qua gratias ei agit pro delato consulatu: in quibus omnibus apparet studiosissimum fuisse, atque in omni Latinae ac Graecae eruditionis genere apprime versatum, et in optimorum scriptorum lectione assiduum: licet subinde a puritate verborum ac phrasium Latini sermonis discedat, et saeculum prodant, in quo scripsit, plerisque nihilominus suae aetatis, multis etiam superioris temporis scriptoribus sine dubio praefereendus.

AUSPEX, auspiciis, m. et f. αὐροσκοπός, quasi avispe, qui spiciendis, hoc est spectandis avibus,

ex eorum volatu, cantu aut pastu Deorum voluntatem interpretatur et res futuras praedicat. Cic. Att. 2, 7. Latrores et auspices legis curiatae, h. e. qui legem tulerunt, et qui pro ea ferenda de coelo servarunt. Hor. Od. 3, 27, 8. ego cui timebo Providus auspex, Oscinem corvum prece suscitabo. P Dicitur praeterea auspex, qui auspicium praebet. Plin. 10, 21, 24. de gallis gallinaceis: Hi magistratus nostros quotidie regunt: hi fasces Romanos impellunt, aut retinent: jubent acies, aut prohibent, victoriarum omnium toto orbe partarum auspices. P Item qui auctor et princeps est alicujus rei faciendae: ductum a more Romanorum, apud quos soli magistratus summi et in bello summus imperator, auspicia captabant et habere auspicia dicebantur. V. AUSPICIUM. Hor. Od. 1, 7, 27. Nil desperandum Teucro duce et auspice Teucro. [*Male Bentl. ad h. l. censet, hoc sensu non de homine, sed tantum de Deo dici posse. Sed V. Burm. ad Or. Fast. 1, 26.] P Hinc in specie in nuptiis auspex est conciliator ex parte viri (sicut pronuba ex parte mulieris) cujus ductu et consiliis matrimonium contrahitur, quique ad est dum dos adnumeratur, tabulae nuptiales conficiuntur, et cetera conjugii solemnia celebrantur. Quod ex eo ductum est, quia apud antiquos non solum publice, sed etiam privatim nihil gerebatur, nisi auspicio prius sumpto: quo ex more etiamnum auspices interponuntur: qui quamvis auspicia petere desierint, ipso tamen nomine veteris consuetudinis vestigia usurpant, ut Val. Max. 2, 1. n. 1. loquitur. Hoc idem docet etiam Cic. Div. 1, 16. Hujusmodi auspex dicitur Graece αὐροσκοπός. Cic. Cluent. 5. Nubit genero socrus nullis auspiciis, etc. Pl. Cas. prol. 85. Argentum si quis dederit, ultro ibit nuptum, non manebit auspices. Suet. Claud. 26. Messalinam C. Silio nupsisse, dote inter auspices consignata. Adde Tac. A. 15, 37. et ib. 11, 27., Juven. 10, 336., Lucan. 2, 731. et denique Claud. in Rufin. 1, 83., ubi in feminino genere usurpat: loquitur enim de Megaera, qua auspice nuptiae celebratae sunt inter Oedipum et illius matrem Jocastam et inter Thyestem et illius filiam Pelopeam. P Translate. Hor. Ep. 1, 3, 12. fidibusne Latinis Thebanos aptare modos studet auspice musa? h. e. bona quasi auspicia dante ac favente. Sic Dii auspices dicuntur, qui auxilium pollicentur, favent, secundant bono omne conatus nostros. Virg. A. 3, 19. Sacra Dionaeae matris, divisque ferebam Auspiciis coeptorum operum. Id. ib. 4, 45. Diis equidem auspiciis reor et Junone secunda, etc. Or. Fast. 1, 615. Auspiciisque Deis tanti cognominis heres, Omne suscipiat, quo pater, orbis onus. [*Dis auspiciis inscriptum Lapidem. V. Recueil de monuments anti-ques par Grivaud de la Vincelle Tom. II. Tab. XVIII. 4. Beier.] P Praeterea auspex dicitur qui alicui rei initium praebet, sicut auspicium pro initio ponitur. Eumen. Paneg. ad Const. 3. O Calendae Martiae, sicuti olim annorum volventium, ita nunc aeternorum auspices imperatorum! Pacat. Paneg. ad Theodos. 3. Ille felicitatis publicae auspex dies. P Adjective interdum usurpatur pro fausto et laeti auspicii. Claud. IV. Cons. Honor. 610. Auspice mox laetum sonuit clamore tribunal. Id. VI. Cons. Honor. 653. Auspex victoria. Id. in ep. ad Serenam 51. Auspex purpura.

AUSPICABILIS, le, adj. bonum praebens auspici-um: vel cujus auspicium optabile est. Arnob. 4. p. 131. Cujus horrenti fascino vestras inequitare matronas, et auspiciabile ducitis et optatis. Adde 7. p. 237.

AUSPICALIS, le, adj. ad auspicium pertinens, αὐροσκοπικός. Plin. 32, 1, 1. Res est etiam auspicalis pisciculus, hoc est unde auspicium peti potest. Mamert. Pan. ad Maxim. 6. Primus consulatus tui auspicalis dies. V. AUSPICOR. P [Auspicalis lapis dicitur qui primus auspicii causa statuitur in fundamentis alicujus operis inchoandi. Inscr. ap. Grut. 39, 5. Lapis Auspicalis Sacer Q. Caecilio Metello Pont. Max. sollempni cum precatione palam Populo Romano coniectus in fundamenta porticus Minervae Aventinensis. De hoc ritu V. Tac. Hist. 4, 53. F.]

AUSPICALITER, adv. auspiciato, auspicio prius capto. Hygin. Limit. constit. p. 153. Goes. Posita auspicaliter groma.

AUSPICATO, adverbialis vox, qua significatur captis auspiciis, augurato, αὐροσκοπία. Cic. Div. 1, 2. Romulus non solum auspiciato urbem condidisse, sed ipse etiam optimus augur fuisse traditur. [*Cf. infra AUSPICATUS, us.] Id. ib. 16. Nihil unquam gerere, nisi auspiciato. Liv. 6, 41. a med. Auspicato creare magistratus. P Et quia quod captis prius auspiciis fit, feliciter evenire creditur, hinc et pro feliciter, prospere ponitur. Pl. Pers. 4, 4, 56. Vide, ut ingrediare auspiciato. Ter. Andr. 4, 5, 12. Haud auspiciato huc me attuli. Plin. 7, 9, 7. Auspicatus enecta parente gignuntur. Id. 3, 11, 16. Auspicatus mutato nomine.

AUSPICATUS, a, um, part. ab auspico, quod V. P Est etiam partic. ab auspico, id. q. auguratus, capto auspicio rite factus aut consecratus.

Hor. Od. 3, 6, 9. Jam bis Monoeses et Pachori manus Non auspiciatos contudit impetus Nostros. Cic. Rabir. perd. 4. Qui in campo Martio, auspiciato in loco, crucem ad civium supplicium defigi jubes. P Ponitur etiam pro fausto, felici, et boni ominis; talia enim esse creduntur, quae captis prius rite auspiciis fiunt, tanquam a Diis approbata. Vell. 2, 79. Auspicatis omnibus ducere uxorem. Justin. 4, 5. Neque in bello male auspiciato amplius perseverandum. Id. 18, 5. Urbs toto orbe auspiciatissima. Plin. 13, 22, 38. Auspicatior arbor. Catull. 45, 25. Quis ullos homines beatiores Vidit? quis Venerem auspiciatorem? h. e. amorem feliciorum. Quint. 10, 1. Auspicatissimum exordium dare. Tac. G. 11. Auspicatissimum initium rebus agendis.

AUSPICATUS, us, m. id. q. auspicium. Plin. 10, 18, 20. Pici Martio cognomine insignes et in auspiciato magni. Ita Hard. Alii leg. auspiciis. [*Cic. Rep. 2, 29. In ea re publica, quam auspiciato Romulus condiderit. Ita Cod. a prima manu; mox factum auspiciato: quae lectio melior, ut observat A. Maius, qui et sic edidit; sed et illa haud prorsus absurda. B. A.]

AUSPICIUM, ii, n. αὐροσκοπία, avium observatio et ex earum volatu, cantu, pastu, etc. praedictio futurorum. Credebant enim voluntatem Deorum per hujusmodi signa hominibus manifestari: quasi avispicium, a spiciendis seu aspiciendis avibus. [*V. Varro L. L. 5, p. 73. ed. Bipp.] Quomodo differat ab augurio in ea voce dictum est. Cic. Div. 2, 38. Cur aliis a laeva, aliis a dextera datum est avibus, ut ratum auspicium facere possint? [*Auspicia et omina non raro conjunguntur; quae quomodo differant, docet Brem. ad Suet. Aug. 92. auspicia quaedam et omina pro certissimis observabat. (Sequitur „et ostentis maxime movebatur“ et „observabat et dies quosdam.“) Cf. Galb. 9. Ner. 46. Interdum alterum pro altero reperitur, ut Virg. A. 11, 589. omina ni reptant Argis.] P Saepissime sumitur pro augurio ex quacumque re capto. Cic. Div. 2, 18. Fulmen omnibus rebus optimum auspicium habemus, si sinistrum fuerit. (V. LAEVUS.) Pl. Stich. 3, 2, 6. Auspicio optimo exivi foras: mustela murem mihi abstulit praeter pedes. Plin. 18, 12, 30. Fabam e frugibus referre auspicii causa. Justin. 1, 10. Felix auspicium equus domino primus emisit. Suet. Ner. 41. Frivolo auspicio mente recreata, cum annotasset insculptum monumento, etc. Cic. Sen. 4. Optimis auspiciis gerere aliquid. Id. Att. 8, 3. Ferre leges contra auspicia. [*Hinc explicandus Cic. Rep. 2, 9. Romulus, qui sibi essent in auspiciis, ex singulis tribubus singulos cooptavit augures. Cf. Eund. Div. 2, 34, 71.] P De variis auspiciorum generibus caduco, jugi, pedestri, etc. V. suis locis. P Facere auspicia dicuntur ea, ex quibus auspicium capitur, ut est in allato exemplo Cic. Div. 2, 38. et apud Liv. 1, 34. P Auspicia habere dicuntur, qui auspiciorum captandorum jus habent. Hi autem apud Romanos fuere omnes urbani magistratus, secundum illud Cic. Leg. 3, 3. Omnes magistratus auspicium, iudiciumque habent. Sed in militia unus imperator auspicia habebat. Nam legati alique imperatori subjecti licet aliquando rem militarem administrarent, non tamen suis, sed imperatoris auspiciis omnia gerere dicebantur. Neque vero minor inde laus imperatoribus ipsis contingebat, quod vel morbo vel publica alia causa impediti ab exercitu abfuissent. Credebatur enim ab iis ipsis felix rei eventus provenisse, quibus Deorum voluntatem per auspicia aucupari, et omnium, quae vel per se, vel per alios gessissent, approbationem quodammodo obtinere contigisset. Hinc quibus aliquid pro se gerendum mandassent, suos ipsi Deos tradere dicebantur, ut est apud Hor. Od. 4, 14, 33. et apud Or. Trist. 2, 173. Hinc si ipsi per se gessissent, ductu et auspiciis suis vel imperio et auspiciis suis gessisse dicebantur: si per alios, auspiciis tantum. Vetus Inscr. ap. Plin. 3, 20, 24. Ejus ductu auspiciisque gentes Alpinae sub imperium Pop. Rom. redactae. Alia apud Liv. 41, 28. Tib. Sempronii Gracchi consulis imperio auspicioque legio exercitusque Populi R. Sardiniam subegit. Suet. Aug. 21. Domuit partim ductu, partim auspiciis suis Cantabrias, etc. Tac. A. 2, 41. Recepta signa ductu Germanici, auspiciis Tiberii. Plin. 2, 67, 67. Septentrionalis Oceanus majore ex parte navigatus est auspiciis D. Augusti, nempe ductu Drusi aut Tiberii. Pl. Amph. 1, 1, 41. Gessit rempublicam ductu, imperio, auspicio suo. P Aliquando auspicium sumitur pro potestate, jure, imperio. Virg. A. 4, 102. Communem hunc ergo populum, paribusque regamus Auspiciis. Servius interpretatur aequali potestate; et ductum est a comitiis, in quibus iisdem auspiciis creati, licet non simul crearentur, parem tamen habebant honorem: unde et consules pares sunt, cum necesse esset, ut unus prior crearetur. P Aliquando etiam pro privato cujusque arbitrio ac potestate. Virg. A. 4, 340. Me si fata meis paterentur ducere vitam Auspiciis, et sponte meas componere curas,

presso ter gutture voces Aut quater ingeminant, i. e. terque quaterque. Adde *Prisc.* 18. p. 1170. [**Liv.* 24, 31. vana aut levi aura. 21, 2. bello aut armis. 22, 7. quoniam duce aut quibus copiis. *q.* *Tac. A.* 12, 12. industriosque aut ignavos pax in aequo tenet. *coll.* 15, 47. Alii hujusmodi loci, in quibus aut pro et positum esse dicas, facile inveniuntur; sed hoc inde fit, quia aut non semper disjungendis, sed etiam copulandis sententiis inseruit, ut vice versa atque (et), quod V., interdum iis in locis reperitur, in quibus expectes particulam adversativam. Cf. *Ellendt.* ad *Cic. Brut.* 40. Verum autem non est, quod affirmat *Goer.* ad *Cic. Fin.* 4, 28. et — aut, vel aut — et sese vicissim excipere; certe parum idoneis exemplis utitur. Saepem in ejusmodi locis confunduntur et atque aut. V. *Bentl.* ad *Hor. Epod.* 9, 34. Neque tamen h. l. necesse est legas aut.] P Est interdum dubitativa et ponitur pro an. *Cic. Rosc. Am.* 21. Quaesivit num ille aut ille defensurus esset. [Hoc loco ne putes esse pro an dictum. Nam, ut optime *Matth.* ad h. l. non, inq., significatur dubitatio, quis e pluribus defensurus sit, sed an omnino quisquam hoc sit facturus. — Sic *ib.* §. 40. num aut ille lanista — aut hic discipulus. V. quos locos afferat in *addendis* p. 229. in f. (Alii addunt *Sall. Jug.* 14. an quoquam adire licet, ubi non majorum monumenta fuit? aut quisquam nostri misereri potest, qui aliquando vobis hostis fuit? Sed h. l. aut continuat interrogationem, an alteram opponit. *q.* Prorsus ita *Cic. Fam.* 9, 26. an quidquam me aliud agere censes? aut possem vivere, nisi in litteris viverem.)] *Pl. Aul.* 2, 6, 11. Coenaena causa aut tuae mercedis gratia nos nostras aedes postulas comburere? *Plin. Pan.* 84. Dubitare cogatur, utrum sit efficacius ad recte vivendum, bene institui, aut feliciter nasci. *Quint.* tamen 1, 5. monet minus recte hac ratione adhiberi. P [Saepem sequitur aut post negationes, quas constat vim suam cum particulis seqq. communicare; in his igitur est pro nec vel neque. *Liv.* 21, 4. nullo labore aut corpus fatigari, aut animus vinci poterat. *ib.* 31. nulla Gallica gente opibus aut fama inferior. *Id.* 23, 26. Sic nunquam aut — aut; et paulo post: ne multum quidem. [*Suet. Cal.* 24. ne pro concione quidem populi, aut apud milites; ut *Tac. H.* 2, 76. quem locum Noster supra attulit.] *Liv.* 24, 5. nemo aut — aut. et *ib.* 9. ne quis aut — aut. *Id.* 22, 12. minus aut — aut. *Id.* 22, 19. nondum aut — aut; et 1, 11. nihil — aut; ut *Cic. Tusc.* 1, 27, 66. nihil ne aut humidum quidem aut flabile. *Liv.* 23, 26. nec — aut — aut; (*Caes. B. G.* 4, 29. neque — aut — aut. Cf. *Herzog.*) *Id.* 24, 8. non Dei aut belli curam; et 24, 16. ne in portis quidem aut valle. *Id.* 21, 22. nusquam — aut; *id.* 21, 17, 24, 26. neque — aut. — Durius dictum est aut pro neque in loco *Liv.* 22, 2. Galli neque sustinere se prolapsi, neque assurgere ex voraginibus poterant; aut corpora animis aut animos spe sustinebant. *q.* Notandus etiam locus *Suet. Dom.* 20. nunquam aut historiae carminibus, aut stilo operam dedit.] P Pro alioqui. [*Idem fere est cum vulgari aut; sed ab initio positum gravius est.] *Plin.* 2, 70, 75. Neque enim mundus hoc polo excelsiore se attollit: aut undique cernerentur haec sidera. Et 19, 5, 30. Effodiuntur bulbi ante ver, aut deteriores illico fiunt. *Or. Met.* 10, 50. de Orpheo et Eurydice: Hanc simul et legem Rhodopeius accipit heros, Ne flectat retro sua lumina, donec Avernas Exierit valles: aut irrita dona futura. Adde *Lucr.* 1, 1010. *Quint.* 2, 17, et *Tert. Orat.* 13. Simile est illud *Virg. A.* 10, 630. Nunc manet insontem gravis exitus: aut ego veri Vana feror. Et *Prop.* 4, 1, 75. Certa feram certis auctoribus: aut ego vates Nescius aera rata signa movere pila. Et *Or. Her.* 18, 189. Aut ego non novi, quam sit temerarius, aut me In freta non cautum tunc quoque mittet Amor. In loco *Propertii* al. leg. *haud*, quod minus elegans est. P [Saepem confunduntur aut et *haud*, cf. *Burm.* ad *Virg. A.* 3, 43, 11, 393. *Manut.* ad *Cic. Fam.* 9, 26. aut et an, V. supra et *Hdf.* ad *Cic. N. D.* 2, 44, 115. et *Ellendt.* ad *Ej. Brut.* 44, 162. aut atque et, *id.* *ib.* 40, 144. aut et atque, V. *Cort.* ad *Sall. Jug.* 82, 2.]

*AUTACHATES, ae, m. legitur apud *Plin.* 37, 10. ed. *Hard.* ubi alii *Autachates*. *Salmas.* ad *Solin.* maxult *Stactachates*. V. ANTACHATES. B. A.

*AUTARIATAE, arum, populi Macedoniae. *Justin.* 1, 15. c. 2. ed. *Graec.* Al. leg. *Aberitas*. B. A.

AUTEM, $\delta\epsilon$, vero, sed, conjunctio continuandae orationi inservens. Est proprie accusativus ab *avris*, unde *avris*, iterum, autem. Semper postponitur uni, interdum etiam pluribus verbis: habetque multiplicem usum. *Cic. Or.* 1, 16. Est enim finitimus oratori poeta, numeris adstrictior paulo; verborum autem licentia liberior; multis vero orandi generibus socius, ac paene par. *Id. Div.* 2, 56. Croesus hostium vim se perversurum putavit: pervertit autem suam. *Id. Caec.* 6. Cum pecunia Caesenniae deberetur: eam porro in praedia collocari, maxime expediret; essent autem praedia, quae mulieri maxime convenirent; ea venirent, etc.

Id. Cluent. 60. Per quem porro datum venenum? unde sumptum? quae deinde interceptio poculi? cur non de integro autem datum? *Ter. Eun.* 5, 5, 22. Atque adeo autem cur non egomet intro eo? *Cic. Ferr.* 2, 3, 89. Vultis autem istorum audacias ac libidines aliqua ex parte reserare? Desinite dubitare, etc. *Id. Q. Fr.* 3, 1, 1. ad f. Sub grande cubiculum autem valde probavi. *Ter. Ad.* 3, 5, 16. Salve, Demea. De. quid autem? *Id. Eun.* 5, 7, 4. Quid hoc autem est? P Nonnumquam in interrogationibus servit correctioni. *Cic. Rabir. Post.* 5. Num quis testis Postumum appellavit? testis autem? num accusator? etc. *Id. Att.* 5, 13. Quid in republica fiat: fiat autem? immo vero etiam quid futurum sit, perscribere ad me omnia. *Liv.* 21, 44. Parum est quod Siciliam ademit, nisi adimat etiam Hispaniam: et, si inde cesserit, in Africam transcendet: transcendet autem dico? duos consules, etc. Aliquando omittitur. *Cic. Att.* 12, 43. Sed ferendus tibi in hoc meus error, ferendus? immo vero etiam adjuvandum. P Pro at, atqui. *Pl. Rud.* 3, 4, 21. La. Tu, senex, si istas amas, huc arido argento est opus. *Dae.* haec autem Veneri complacuerunt. *La.* habeat, si argentum dabit. P Hinc adhibetur in assumptione syllogismi. *Cic. Top.* 2. ad f. Jus civile est aequitas constituta iis, qui ejusdem civitatis sunt, ad res suas obtinendas: ejus autem aequitatis utilis est cognitio. Utilis est ergo juris civilis scientia. P *Ecce autem, porro autem, tum autem* eleganter habent locum in connexionibus. *Ter. Ad.* 1, 2, 72. Sperabam jam defervisse adolescentiam: gaudebam: ecce autem de integro, etc. *Sall. Cat.* 47. Porro autem anxius erat, quid facto opus esset. *Ter. Hec.* 2, 1, 14. Tum autem, ex amicis inimici ut sint nobis affines, facis. P Neque autem. *Cic. Fam.* 5, 12. Neque autem ego sum ita demens, ut etc. Adde *Lucr.* 6, 779. et *Appul. Flor.* n. 9, ubi paulo post etiam nec autem legitur. P Et autem. *Pl. Poen.* 4, 2, 19. Et adire lubet hominem: et autem nimis eum ausculto libens. P Interposito verbo, est mollius. *Lucr.* 1, 1008. Et quod inane autem est, finiri corpore cogit. *Suet. Aug.* 73. Et forensia autem, et calceos, etc. *Plin.* 16, 27, 50. Et caprifici autem, etc. P Habet vim similem *etiam* in his. *Pl. Most.* 3, 2, 91. Vehit hic clitellas: vehit hic autem alter senex. *Id. Mil.* 3, 1, 82. Liberae sunt aedes: liber sum autem ego. *Id. ib.* 4, 4, 13. Facile istuc quidem est, si et illa volt, et ille autem cupit. *Id. Merc.* 1, 2, 9. Et currendum et pugandum et autem jurgandum est in via. P *Pu. Servius* abundare in illo *Virg. A.* 2, 101. Sed quid ego haec autem nequidquam ingrata revolve? [*Integra haec, qualia a F. profecta sunt, reliqui. Quae si comparaveris cum hujus particulae doctrina in *Handii Tursellino*, non poteris non coniteri, haec toto quasi coelo inter sese distare. Itaque liceat mihi in hoc uno vocabulo appendicis loco, (quanquam in compendium redacta) adjungere rectiora illa, uberiora, doctiora, quae *Handius* proposuit, ut si qui, maxime apud exteras nationes, egregium illum librum nondum fortasse noverint, hoc specimine lecto ad eum comparandum excitentur. — Summa autem disputationis *Handianae* haec est: Ejusdem est haec particula originis cum v. aut; utrumque autem affine Gr. *av*. Syllaba *tem* (v. *dem*) eadem est, quae in aliis voc. apparet, ut in *item*, *itidem*, *quidem*; proprie igitur significat autem i. q. contra, *dagegen eben*; (vis enim syllabae *tem* exprimi potest per nostrum voc. *eben*). Est autem propria hujus particulae vis *oppositiva*, i. e. non rejicit aut restringit aliud quid, sed indicat discrimen, et quae sibi hac partic. opponuntur, sibi respondent invicem. Etenim quae re discreta intelligi volumus, oratione connectimus. Minus igitur recte, ut multi voluerunt, propriam h. v. vim dixeris *adversativam*. (Nostrum voc. *aber* proprie idem significat, quod Gr. *av*, ut monstrat voc. *abermals*, *und aber*.) — 1. Usus autem hujus voc. hic est: 1) rem opponit alii rei cum quodam distinctionis atque affirmationis adminiculo. *Cic. Acad.* 2, 28, 91. si haec et horum similia judicat, de se ipsa judicat. Plus autem pollicebatur, i. e. at vero, (at quidem). 2) Sed vulgari usu simpliciter opponit aliam rem alii rei, ut Gr. *de*, praegresso *av*, i. e. contra. *Pl. Men.* 5, 3, 9. ait se obligasse crus fractum Aesculapio, Apollini autem brachium. — Sic praecipue post pronomina, ut *ego*, *tu*, *ille* autem etc. *Id. Men.* 2, 1, 43. tu magnus amator mulierum es, Messenio: ego autem homo iracundus. *Id. Mil.* 4, 4, 13. si et illa vult, et ille autem cupit. — Oppositio diversas quidem res continet, neque tamen ideo vis particulae adversativa est: *Cic. Or.* 1, 8, 30. neque vero mihi quidquam praestabilius videtur, quam posse dicendo — voluntates impellere, quo velit, unde autem velit, deducere. 3) Ut apud Graecos $\delta\epsilon$ modo ad *zel*, modo ad *alla* proprium accedit, ita autem nunc magis ad conjunctionem inclinatur, nunc adversativam vim habere videtur. Hoc modo comparari potest cum at; nunquam tamen est i. q. sed; illo modo, quum copulativam vim habet, non est simpliciter

i. q. item, etiam, praeterea, sed est i. q. ex altera parte praeterea, item ex altera parte. *Cic. Dic.* 2, 56, 115. nam quum sors illa edita est opulentissimo regi Asiae, Croesus — hostium vim sese perversurum putavit, pervertit autem suam, i. e. at, at re vera. Pro item poni volunt in his: *Cic. Acad.* 1, 4, 17. quum Speusippum — Plato philosophiae quasi heredem reliquisset, duos autem praestantissimos studio et doctrina, Xenocratem Chalcedonium et Aristotelem Stagiritem. [**Suet. Cal.* 16. f. pluribus enumeratis honoribus, quos in Caligulam contulerant, ita pergit: decretum autem, ut etc. Cf. *Heusing.* ad *Cic. Off.* 1, 4, 2.] 4) In continuanda oratione per autem transitur ab alia in aliam rem. Inseruit hoc modo ornatui et perspicuitati et orationem concinnam reddit. *Cic. Acad.* 2, 42, 131. alii voluptatem finem esse voluerunt. — Voluptatem autem et honestatem finem esse Callipho censuit. 5) Historici autem usurpant in re describenda, *Caes. B. C.* 3, 9. oppidum oppugnare instituit. Est autem oppidum et loci natura et colle munitum. — Philosophi autem ad aliam demonstrationis vel conclusionis partem transeunt. Exempla sunt ubivis obvia, ut locus quem supra primum posuit F., *Cic. Or.* 1, 16, 70. — 6) Plures adeoque multas sententias continuat autem; cf. *Heusing.* ad *Cic. Off.* 1, 8. 7) Interdum in hac sententiarum continuatione etiam omittitur, ut *Cic. Sen.* 18, 65. haec morum vitia sunt, non senectutis. — 8) Notio aliqua ante proposita per autem iterum excipitur, eademque cogitatio per aliam sententiam ex altera quidem parte promovetur. *Cic. Pis.* 38, 94. admoneri me satis est. Admonebit autem nemo alius, nisi reipublicae tempus. *Id. Phil.* 11, 10, 24. — 9) Saepem legitur post parenthesin; nam hac particula excipitur superior sententia ab altera parte posita. *Nep. Dio* 3, 3. eodemque tempore etc. et *Brem.* ad h. l. *Cic. Off.* 1, 1, 2. nostra legens — de rebus ipsis utere tuo iudicio (nihil enim impedit) orationem autem latinam efficies profecto legendis nostris plenior. 10) Ibi quoque post parenthesin additur, distinctionis quidem causa, ubi non cohaerent membra. *Cic. Fin.* 3, 7, 24. — 11) Porro huic particulae locus est in enumerando, quum plura jam commemorata sunt. *Cic. Mur.* 13, 29. magnus dicendi labor, magna res, magna dignitas, summa autem gratia. Cf. *Matth.* ad h. l. — 12) Habet etiam locum in assumptione, et est i. q. at, atqui. Exempla V. supra. 13) Ego autem, ab initio sententiae ita positum, quasi esset *equidem*, ab hoc ita differt: *equidem*, $\epsilon\iota\omega\varsigma$ est i. q. ego ex mea parte, ego certe; *ego autem*, $\epsilon\gamma\omega\ \delta\epsilon$ est i. q. ego ex altera parte, quod saepe reddi potest per *ego etiam*. *Cic. Att.* 9, 13. ita paratus est, ut, etiamsi vincere non possit, quo modo tamen vinci ipse possit, non videam. Ego autem non tam $\gamma\omicron\upsilon\upsilon\epsilon\lambda\alpha\upsilon$ hujus timeo, quam $\pi\epsilon\iota\theta\alpha\iota\sigma\chi\eta\iota$. 14) In interrogationibus affectum animi et commotionem significat. Ac primum quidem exprimit a) quaerentis impetum et vehementiam, sive ea ab admiratione proficiscitur, sive ab indignatione et iracundia, maxime in reprehensione. *Pl. Asin.* 3, 3, 126. quem te autem Deum nominem? i. e. tandem. *Flor.* 3, 10, 11. Veni ad Caesarem? quis est autem Caesar? b) in epanorthosi s. in correctione. Exempla V. supra. c) tum ponitur, quando interrogatione interposita accuratorem considerationem in rem dictam intendimus. *Cic. Pis.* 37, 91. nobiles urbes atque plenas fateris ab hostibus esse captas, quibus autem hostibus? nempe iis etc. d) ponitur autem quum duae interrogationes sese excipiunt, quarum altera alteram tollere videtur. *Cic. Cluent.* 60, 167. quid unquam Avitus in se admisit, ut hoc tantum facinus ab eo abhorreere videatur? quid autem magno opere Oppianicum metuebat? e) inseruit reprehensionem vel ejus, qui ante locutus est, vel nostri ipsius. *Pl. Truc.* 3, 2, 27. St. Heu aedeplio hominem nihili. AS. anne autem ut soles? V. *Lambin.* Et *Virg. A.* 2, 102. sed quid ego haec autem nequidquam — revolve? 15) Nunquam ab initio ponitur. Saepem autem Comici post tertium quartumque demum voc. ponunt, neque semper ei voc. adjungunt, in quo fit oppositio. Exempla V. supra *sub f.* — [*De formulis: quis est autem et quis autem est, V. *Ellendt.* ad *Cic. Brut.* 49.]. *Quint.* 10, 1, 15. ibique *Frotscher.*, qui tamen male non improbat hanc scripturam: imitator est autem Atticorum. — P II. Usus hujus particulae, cum aliis vocabulis connexae. Ponitur autem 1) ubi distinguendi vim habet, post voc. *primum*, *principio* etc. et est i. q. deinde. Sic Gr. $\alpha\gamma\omega\tau\omicron\upsilon\ \mu\epsilon\upsilon$ — $\delta\epsilon$. *Pl. Ps.* 4, 3, 9. primum omnium jam hunc comparem metuo meum, ne deserat me atque ad hostis transseat. Metuo autem, ne dominus redeat. *Cic. Off.* 1, 14, 44. ibique *Heus.* et *Beier.* 2) Saepissime reperitur praecedente *quidem*. *Id. ib.* 2, 10, 36. admirantur igitur communiter illi quidem omnia, quae magna et praeter opinionem suam animadvertunt: separatim autem in singulis etc. 3) Excipiunt sese autem et sed. *Cic. Off.* 1, 11, 36. Popilius imperator tenebat provinciam: in cujus exercitu Catonis filius tiro militabat. Quum autem

Popilio videretur unam dimittere legionem, Cato- nis quoque filium dimisit. Sed quum amore pu- gnandi in exercitu permansisset, etc. 4) Efficiun- tur hac particula hae formulae si — si autem et nisi — si autem. *Pl. Cist.* 1, 1, 69. si quid est, quod doleat, dolet: si autem non est, tamen hoc hic dolet. Dicitur etiam *sin autem*, majore vi: *Id. Pers.* 4, 1, 5. si malus aut nequam'st, male res vortunt, quas agit: sin autem frugi'st, eveni- unt frugaliter. 5) Componitur autem saepe cum particulis temporis, ut *post*, *porro*, *tum*, *nunc autem*. Exempla V. supra ap. *Forc.* 6) Copulan- tur apud poetas et comicos adversativae particulae cum *autem*. *Virg. A.* 2, 101. V. supra in f. *Pl. Rud.* 2, 6, 15. sed autem quid si hanc hinc abstulerit quispiam sacram urnam Veneris? 7) Adjun- gitur etiam particulis copulativis, et *autem*, et — et *autem*. *Pl. Poen.* 4, 2, 19. V. supra. — Posteri- ori tempore, quum *autem* inserviret contradic- tioni, non conjungebantur et adscendente nega- tione dicitur. Exempla V. supra ap. *F.* 9) Con- junguntur etiam modo — modo autem, tum — tum autem. *Cels.* 5, 28, 14. modo unum, modo autem plura nascuntur. Sic edd. antiquae omnes. 10) *Autem* etiam raro conjuncta reperiuntur. *Cic. Fin.* 1, 18, 61. ecce autem alii minuti et angusti —: alii autem etiam amatoris levitatibus dediti. De- nique 11) saepe conjungitur *autem* cum *ecce*. Exem- pla V. supra. 12) Interdum *autem* aut sese excipi- unt, neque talis collocatio falsa putanda est. *Cic. Phil.* 12, 9, 23. Si autem aut domi est etc. P Confunduntur *autem* et *ante*, V. *ante* et *intpp.* ad *Pl. Cas. prol.* 8. *autem* et *enim*, V. *Wopk. II.* *Tull.* p. 90. *ed. Hand.* — et *item*, V. *Heus.* ad *Cic. Off.* 1, 4, 2, 3, 3, 13. — et *etiam*, *Id.* ad *Off.* 1, 39, 8.]

AUTHENTĀ et Autenta, ae, m. *αὐθεντίας*, Grae- ca vox, qua significatur dominus, qui pro arbitrio quilibet agere potest, nec ab ullo alio pendet: item auctor, cui refragari nemo potest. *Fulgent. continent. Virgil.* de Virgilio: O vatum Latiaris authenta! itane tuum ingenium clarissimum, etc.!

AUTHENTICUS, a, um, adj. *αὐθεντικός*. Apud Jctos *authenticum* dicitur, quod auctoritatem in- dubitatam et legitimam habet: qualia sunt instru- menta, quae vulgo dicimus originalia. *Paul. Dig.* 22, 4, 2. Quicumque a fisco convenitur, non ex indice et exemplo alicujus scripturae, sed ex au- thentico conveniendus est. *Ulp. ib.* 10, 2, 4. He- redem enim exemplum debere dare, tabulas vero authenticas ipsum tenere. *Id. ib.* 29, 3, 12. Te- stamentum authenticum. *Id. ib.* 10, 2, 8. Authen- ticae rationes. *Tert. Monog.* 11. Sciamus, non sic esse in Graeco authentico. P *Authentici* absolute sunt vel libri vel scriptores S. Scripturae utriusque Testamenti, *Sidonio ep.* 7, 9. et *Claud. Mamert. de statu anim.* 1, 2. et *ib.* 2, 9. in f.

AUTHEPSĀ, ae, f. *αὐθής*, vas duos habens fundos, in quorum superiore ponitur aqua cum iis cibis, qui coquendi sunt: in inferiore ignis, qui ita inclusus majorem vim habet, ac minima im- pensa rem conficit: ita dictum ab *αὐτός*, ipse, et *ἔψω*, coquo, elixo, quia ipsum per se coquit, fo- culi simul et vasis vicem praestans. *Cic. Rosc. Am.* 46. Domus referta vasis Corinthiis et Deliacis, in quibus est authepsa illa, quam tanto pretio nuper mercatus est, ut qui praetereuntes pretium enu- merari audiebant, fundum venire arbitrarentur. *Lam- prid. Elag.* 19. Primus authepsas argenteas habuit. Al. hic aliter leg.

AUTHOR cum derivatis. V. AUCTOR.
 AUTOCHTHONES, um, m. plur. *αὐτόχθονες*, po- puli in ipsa terra, seu regione orti, quam incolunt, non aliunde advecti; quales esse se praedi- cabant Athenienses, de quibus ita loquitur *Justin.* 2, 6. Soli, praeterquam incremento, etiam origine gloriantur: quippe non advenae, neque passim collecta populi colluvies originem urbi dedit, sed eodem in- nati solo, quod incolunt; et quae illis sedes, ea- dem origo est. *Tac. G.* 2. etiam Germanos hujus- modi fuisse dicit. Est autem Graeca vox ab *αὐτός*, ipse, et *χθών*, terra. *Appul. Met.* 11. p. 259. Au- tochthones Attici Cecropiam Minervam nominant. V. CICADA.

AUTODICE, es, f. *αὐτοδίκη*, quae se ipsam ju- dicat, nec alius iudicio stare cogitur. *Inscr. ap. Gud.* 360, 8. Nona Heliadis L. Autodice. F.]

AUTOGRAPHUS, a, um, adj. *αὐτογράφος*, pro- pria alicujus manu scriptus, non aliunde descri- ptus: vox Graeca ab *αὐτός*, ipse, et *γράφω*, scri- bo. *Suet. Aug.* 71. Autographa quadam epistola, Coenavi, ait, mi Tiberi, etc. Et *ib.* 87. Litterae ipsius autographae ostentant. P *Autographum*, i, absolute, quod *Gell.* 9, 14. *idiographum* appellat. *Symm. ep.* 3, 11. Vetustatis exemplum de auto- grapho tuo sumere.

AUTOLOLES, um, m. plur. populi Mauritaniae

inter Gaetulos, mira pedum pernitate celebres. *Plin.* 5, 1, 1. *Lucan.* 4, 677. et *Sil.* 3, 306.

AUTOLYCUS, ci, *Αὐτόλυκος*, m. (ab *αὐτός*, ipse, et *λύκος*, lupus, h. e. rapax.) Mercurii fi- lius, et avus maternus Ulyssis, artificis furtorum clarus. *Mart.* 8, 59. Non fuit Autolyca tam pi- ceata manus. Adde *Pl. Bacch.* 2, 3, 41. *Ov. Met.* 11, 313. et *Serv. ad A.* 2, 79. P [Est etiam cog- nomen Romanum. *Inscr. ap. Fabrett.* p. 613. n. 112. Q. Catucius Autolyceus. F.]

[AUTOLYTUS, i, m. a se ipso solutus, ab *αὐτός*, ipse, et *λύω*, solutus. Nomen Romanum servile. *Inscr. ap. Fabrett.* p. 292. n. 242. Auto- lytus M. Fabii dispensator. F.]

AUTOMATĀRIUS, a, um, adj. ad automaton pertinens. *Paul. Dig.* 30. l. 41. *ad f.* Sed et au- tomataria (sc. opera) et canthari, per quos aquae saliant, poterunt legari. P *Automatarius faber*, qui automata facit. *Inscr. ap. Grut.* 642, 5. et *Fabrett.* c. 10. n. 385. C. Caecilio Saturnino fabro automatario P. Domitius Maximus amico. Adde aliam apud *Murat.* 935, 8. V. CLEPSYDRARIUS.

*AUTOMĀTE, es, *Αὐτομάτη*, insula maris Ae- gaei, dicta et Hiera. *Plin.* 2, 87. et 4, 12. B. A.

AUTOMĀTON, ti, n. *αὐτόματον*, quod ab *αὐτός*, ipse, et *ἵνα*, moveor, unde *ἵναται*, vehe- menter cupio: machina ita artificiose contexta, ut dispositis intus ingeniosis rationibus, ipsa sua sponte moveri videatur, qualia sunt horologia et aliae id genus machinae versatiles. *Suet. Claud.* 34. Si automaton [*B. Crus. habet *automatum*], vel pe- gma, vel quid tale aliud parum cecisset. Quae- dam optimate edition. habent Graece *αὐτόματον*. *Petr. Sat.* 140. Dum frater sororis suas automata per clostellum miratur, h. e. motus sororis, quae cum ab alio extolleretur, per se videbatur surgere. P Adjective. *Id. fr. Trag.* 50. *Burm.* Plausum post hoc automatum familia dedit, h. e. spontaneum. *Serv. ad A.* 1, 124. Automata Venus, h. e. quae sponte adfuit, favitque Alexidi, et Meliboeae: de quorum nuptiis historia ibi narrat. V. EPI- DAETIA. P [Est etiam nomen servile Romanum. *Inscr. ap. Murat.* 2042, 4. Automato Caesaris No- stri Servus contrascriptor pistorum. F.]

*AUTOMĀTOPOEĒTUS, a, um, adj. *αὐτοματοποιήτος*, per se factus. *Vitr.* 9, 8. (al. 9.) Item aquarum expressione automatopeetas machinas multaque deliciarum genera, in his etiam horolo- giorum ex aqua comparationes explicuit. Sic ed. *Schneider.* Sed Graeca vox est, et Graecis literis scribenda. B. A.

AUTOMĒDON, ontis, m. *Αὐτομήδων*, auriga Achillis, ut *Ascon.* ad *Cic. Rosc. Am.* 35. docet, itemque *Virg. A.* 2, 476., ubi quia armigerum etiam vocat, subdit *Servius*, fuisse armigerum Pyrrhi. Per synecdochen ponitur pro quovis au- riga. *Juvenal.* 1, 61. dum pervolat axe citato Fla- miniam: puer Automedon nam lora tenebat. Adde *Cic. l. c.*

AUTONŌE, es, f. *Αὐτονόη*, filia Cadmi et Her- miones, soror Semeles, uxor Aristaei, mater Actae- onis. *Ov. Ib.* 471.

AUTONŌEUS, a, um, adj. ad Autonoei pertinens. *Ov. Met.* 3, 198. fugit Autonoeius heros, h. e. Actaeon Autonoei filius.

AUTOPYROS, i, m. *αὐτοπύρος*, panis cibarius, h. e. factus ex farina, cui nihil, aut sane parum admodum furfuris demptum sit, ut *Cels.* 2, 18. docet: ubi tamen Graece utitur. Est enim ab *αὐτός*, ipse, et *πυρός*, triticum. Latine legitur apud *Plin.* 22, 25, 68. et apud *Petr. fr. Trag.* 66. *Burm.*

AUTOR cum derivatis. V. AUCTOR.
 *AUTRIGONES, um, *Αὐτριγόνες*, populi Hispaniae Tarraconensis, in parte boreali. Autrigonum oppida Flaviobriga, Virovesca, Tritium, etc. *Plin.* 3, 3, 4. n. 4. *Flor.* 4, 12. edd. *Grav.* et *Duker.* ubi al. leg. *Aurigonas*, minus recte. B. A.

AUTRONĀNUS, a, um, adj. ad Autronium pertinens: quod est nomen Romani hominis, ut Autroniana domus. *Cic. Att.* 1, 13. sub f.

AUTUMNAL pro autumnalis vel pro autumnale, eadem ratione, qua *animal*, *capital*, etc. *Varr.* ap. *Charis.* 1. p. 94. Aequinoctium autumnal.

AUTUMNALIS, le, adj. *ὀπωρινός*, ad autumnum pertinens. *Liv.* 31, 47. Jam autumnale aequinoctium instabat. *Varr. R. R.* 1, 39. Autumnale tempus. *Ov. Met.* 8, 665. Corna autumnalia. *Plin.* 21, 4, 10. Rosa autumnalis. *Id.* 19, 3, 13. Im- bres autumnales. *Id.* 37, 8, 37. Coelum autum- nale.

AUTUMNESKIT, ebat, n. autumnus incipit. *Capell.* 6. p. 196. Cum hic ver pubescit, illic edo- mita aestas temporibus autumnescit. Al. leg. *autumnascit.*

[AUTUMNINUS, a, um, adj. ad autumnum pertinens, autumnalis. Cognomen Romanum. *Inscr.* ap. *Maff. Mus. Ver.* 422, 4. Attia Autumnina. F.]

AUTUMNĪTAS, atis, f. autumni tempus. *Cato R. R.* 155. Prima autumnitate cum pluvius est, [*ita *Schneider.*, antea *puleis*], tum maxime ab aqua periculum est. *Id. ib.* 5. Circum oleas au- tumnitatem ablaqueato. Adde *Varr.* apud *Non.* 2, 22. et *Arnob.* 2. p. 96. P Item autumni proven-

tus, *ὀπωρινός*. *Arnob.* 1. p. 12. Ex olivis atque vinetis plenam faciunt autumnitatem fundi. *Varr.* apud *Non. l. c.* (ut legit *Scalig.* in *Conjectan.* ad *Varr.* p. 47.) Cape hanc caducam Liberi mollem dapem, De fronde Bromiae autumnitatis uvidam.

AUTUMNO, as, n. 1. dies autumnales facere, autumnum inducere. *Plin.* 2, 50, 51. Mobilior aer mitiore hieme, et aestate nimbose semper quodammodo vernat, vel autumnat. *Id. ib.* 47, 47. Corus autumnat.

AUTUMNUM, i, n. idem quod autumnus. *Varr.* ap. *Non.* 2, 22. Etesiae uberius flaverant, et au- tumnum ventosum fuerat. *Charis.* quoque 1. p. 21. autumnum neutro genere agnoscit.

AUTUMNUS, a, um, adj. *ὀπωρινός*, ad autum- num pertinens, autumnalis. *Ov. Met.* 3, 720. fron- des autumnno frigore tactae. *Plin.* 19, 6, 33. Se- ritur ab aequinoctio autumnno. *Manil.* 2, 269. Au- tumna sidera. Et *ib.* 425. Autumnum tempus. *Gell.* 19, 6. Autumnna tempestas.

AUTUMNUS, i, m. *ὀπωρινός*, unum ex quatuor anni temporibus, medium inter aestatem et hie- mem, quo tempore vindemiae et majoris partis frugum collectio fit. Incipit, secundum veteres Latinos agricolas, pridie vel VI. aut VII. id. Au- gusti, occasu Fidiculae, ut *Varr. R. R.* 1, 28., *Plin.* 18, 28, 68. n. 2. et *Colum.* 11, 2. docent: desinit cum occasu Vergiliarum, nempe circa V. id. Novembr. ut *Varr.* et *Colum.* *ib.* tradunt. *Cic. Partit.* 11. Quae temporis quasi naturam notant, hiems, ver, aestas, autumnus. *Hor. Od.* 4, 7, 11. Pomifer autumnus fruges effudit. *Ov. Met.* 2, 29. Autumnus calcatis sordibus uvis. *Juven.* 4, 56. Letifer autumnus, *scil.* quia eo tempore solent morbi ingravescere. [**Hor. Sat.* 2, 6, 19. gravis.] *Plin.* 11, 29, 35. Locustae pariunt autumnum tem- pore. *Id. ib.* 36, 43. Insecta autumnno moriuntur. *Ov. A. Am.* 2, 315. sub autumnum. Al. leg. *sub autumnno*. *Tac. A.* 11, 31. Adulto autumnno. *Id. ib.* 4. vergente. Sic *Id. Hist.* 5, 23. Flexu au- tumni. P In plur. numero. *Hor. Od.* 2, 14, 15. per autumnos nocentem Corporibus metuumus au- strum. *Ov. Met.* 1, 117. Inaequales autumnni, h. e. qui modo serenos et calidos dies, modo pluvios et gelidos habent. *Id. ib.* 3, 326. Septem autumnni, h. e. septem anni per metalepsim. P Per metony- miam ponitur pro fructibus autumnni. *Mart.* 3, 58. Et multa fragrat testa senibus autumnis, h. e. vino veteri. P Quidam scribunt *auctumnum*, assensu etymologis, qui *Festo* auctore derivant a supino *auctum* verbi *augeo*, quod eo tempore maxime au- geantur hominum opes, coactis agrorum fructibus. Verum usus obtinuit, ut saepius sine c scribere- tur: quod et *Scalig.* ad *Fest.* et *Dausq.* in *Ortho- graph.* approbant. [*Non item probant recentio- res, qui jure eam scripturam praeferrunt, quam etymologia postulat.]

AUTUMO, as, avi, atum, a. censeo, judico, existimo, puto, opinor, *οἴμαι*, *ροῦλω*. *Cic. Or.* 49. Bene quam meritam esse autumas, dicis male mereri. *Ter. Heaut. prol.* 18. Factum hic esse id non negat, et deinde facturum autumat. *Hor. Sat.* 2, 3, 43. Quem mala stultitia, et quaecumque inscitia veri Caecum agit, insanum Chryssippi porticus et grex Autumat. *Pl. Ps.* 4, 2, 28. Quem hanc misisse ad me autumas? [*At his locis est, ut in sqq. i. q. dicere, affirmare, neque unus af- fertur locus, in quo sit i. q. putare, censere, licet hanc signif. *Gell.* l. infra l. agnoscat. V. *Ruhn.* ad *Vell.* 1, 6. (qui conferre jubet *Casaub.* ad *Appul. Apol.* p. 131.) et *Hdf.* ad *Hor. Sat.* l. 1. *Cic.* l. 1. ideo dixisse videtur *autumas*, ne bis ipsi dicen- dum esset *dicis*. Illud nobilissimum est et a vulgari usu remotius nec temere pro *dicere* usurpandum.] P Praeterea sumitur pro dicere, narrare. *Pl. Amph.* 1, 1, 150. Quatuor viros sopori se dedisse autu- mat. *Id. Trin.* 2, 2, 43. Ob eam rem haec, pa- ter, autumavi, quia etc. *Id. Capt.* 4, 2, 111. Iterum natus videor, si vera autumas. *Id. Men.* 5, 2, 7. Res plurimas afferit, quas si autumem omnes, nimis longus sermo sit. Adde *Pacuv.* et *Lucil.* ap. *Non.* 4, 7. Passive. *Pl. Poen.* 1, 2, 31. Soror, cogita, amabo, item nos perhiberi, quasi salsa muriatica esse autumantur, etc. P *Non. l. c.* pro *sperare* positum esse ait in illo al- tero *Pacuvii* loco: *Aut hic est aut hic adfore actu- tum autumo*; sed commodius ad primam putandi notionem trahitur. *Nigidius* ap. *Gell.* 15, 3. docet factum esse ex *ab*, et *aestumo* seu *aestimo*: quod *Gellius* improbat. *Voss.* putat derivari ab an- tiquo et obsoleto *auguo*, quod videtur significasse: ad agendum alicuius meo consilio et auctoritate impello; vel ab *auctor* eliso *c*, ut autumare pro- prie sit *auctorem esse*. Viderint alii. [*Ultimum maxime mihi arridet.]

AVULSIO, onis, f. *ἀβύσσις*. Inter sex modos, quos enumerat *Plin.* 17, 10, 9., quibus arbores et plantae per artem proveniunt, unus est *avulsio*, qua stolones una cum fibris et radiculis e stirpe aut corpore arboris abscinduntur, et sulcis seu scrobibus mandantur. *Id. ib.* 13, 21. Sabina her- ba propagine scitur et avulsione. *Virg.* de hac

avulsione intelligendus est G. 2, 23. Hic plantas tenero abscondens de corpore matrum Deposuit sulcis.

AVULSOR, oris, m. qui avellit, ἀποσχίζων. Plin. 9, 45, 69. de spongiis: Intellectum inesse his apparet, quia ubi avulsorem sensere, contractae multo difficilius abstrahuntur.

AVULSUS, a, um, part. ab avello, ἀνάσπαστος, ἀπόσπαστος, divulsus, abstractus, divisus. Cic. Dom. 57. Ut perpetuum dolorem, avulsus a meis, sustinerem. Virg. A. 2, 558. Avulsisque humeris caput. Id. ib. 4, 616. complexu avulsus Iuli. Plin. 4, 12, 23. Thera insula: ex ea avulsa postea Therasia. Et ib. 21. Euboea avulsa Boeotiae. Id. 17, 10, 13. Avulsi arboribus stiones.

AVUNCULUS, li, m. μητρῷδέλιος, matris meae frater; nam patris mei frater patruus appellatur. Dicitur est avunculus, quasi minor avus, quia minus habet auctoritatis in filios sororis, quam avus in nepotes. Cic. Or. 2, 84. P. Tubero Africanum avunculum laudans. P. Avunculus magnus est frater aviae, ut Cajus Dig. 38, 10, 1. et Paul. ib. 10. docent. Cic. Brut. 62. M. Drusus tuus magnus avunculus. P. Avunculus major est frater proaviae, qui et proavunculus dicitur. Paul. et Cajus l. c. P. Latini scriptores ponunt avunculum majorem pro avunculo magno, hoc est pro fratre aviae, non proaviae. Sic Suet. Claud. 3. Augustum vocat avunculum majorem Claudii. Erat autem Augustus frater Octaviae, ex qua nata est Antonia minor Claudii mater. Eadem ratione C. Julius Caesar dicitur ab eodem Suet. Aug. 7. et a Vell. 2, 59. dicitur avunculus major Augusti, licet esset tantummodo avunculus magnus, nempe frater Juliae minoris, quae fuit mater Atiae, ex qua Augustus genitus est. P. Avunculus absolute pro avunculo majore usurpatur a Tac. A. 4, 75. [*Id. ib. 2, 43. avunculus pro proavunculo. V. Lips.] P. Avunculus maximus est frater abaviae, qui et abavunculus nominatur. Paul. l. c. P. Accipitur aliquando avunculus latiore significatione pro marito sororis matris meae. Sic enim adhibetur a Seneca Consol. ad Helv. 17. P. In duobus lapidibus apud Maff. Mus. Ver. p. 308, 10. et 310, 7. legitur avunculus.

AVUS, i, m. πάππος, patris, vel matris meae pater, ut Paul. Dig. 38, 10, 10. docet. Cic. Mur. 7. Et proavus L. Muraenae, et avus praetores fuerunt. Hor. Sat. 1, 6, 3. Nec quod avus tibi maternus fuit, atque paternus. Ter. Ph. 2, 3, 48. Progeniem usque ab avo et atavo profers. P. Supra avum sunt proavus, abavus, atavus, tritavus, ut eos ordine recenset Pl. Pers. 1, 2, 5., de quibus V. suis loc. Deinceps carent proprio nomine, et majores appellantur. P. Interdum tamen avos dicunt poetae quoscumque majores, sive consanguinei sint, sive non. Ov. Her. 16, 173. Plejada, si quaeras in nostra gente, Jovemque Invenies: medios ut taceamus avos. Id. Pont. 4, 8, 17. Equites ab origine prima, Usque per immensos inveniemur avos. Id. Fast. 2, 30. Hoc apud intonsos nomen habebat avos. [*Hor. Sat. 1, 6, 3.] P. De homine sene. Albinov. 2, 4. Longius annoso vivere dignus avo. P. De apibus. Virg. G. 4, 209. Stat fortuna domus et avi numerantur avorum. P. Avum pro avorum habet Stat. Th. 3, 560.

[AUXANON, ontis, m. et [AUXANOSA, ae, f. αὐξανών, et αὐξανόουσα, crescens, Cognomen Romanum. Inscr. ap. Grut. 127. col. 4. P. Aelius Auxanon. Alia apud Fabrett. p. 141. n. 150. Aeliae Auxanusae. F.]

AUXESIS, is, f. αὐξήσις, Graeca vox et Graece usurpanda, quae significat augmentum, incrementum. Sumitur a rhetoribus pro parte orationis, in qua amplificamus et dicendo augemus rem aliquam. P. Est etiam nomen muliebri Romanum. Inscr. ap. Murat. 941. I. Auxesi citharoedae conjugii optima C. Cornelius Nerisus.

AUXILIABUNDUS, a, um, adj. qui auxiliatur vel ad auxilium ferendum intentus. Appul. de Deo Socr. p. 48, 10. Hinc illa Virgiliana Juturna, quae mediis millibus auxiliabunda fratri conversatur.

AUXILIARIS, re, adj. βοηθητικός, ἐπιούριος, qui auxilium fert, vel ad auxilium ferendum aptus. Ov. Met. 9, 698. De Lucina: Dea sum auxiliaris opemque Exorata fero. Lucan. 6, 523. Numen auxiliare. Plin. 23, 1, 11. Acotum auxiliarem contra eadem vim habet. Id. ib. 4, 40. Oleum auxiliare lethargicis. Id. 28, 2, 4. Carmen auxiliare luxatis membris. Ov. Met. 4, 334. Cum frustra resonant aera auxiliaria Lunae, h. e. Lunae eclipsi laborantis. P. Auxiliares milites et auxiliarii absolute in exercitu sunt, qui ab sociis et foederatis gentibus in auxilium mittuntur, σύμμαχοι. Caes. B. G. 3, 25. Auxiliares, quibus ad pugnam non multum Crassus confidebat. Liv. 30, 34. Auxiliares terga dant repente. Tac. A. 12, 39. Auxiliares cohortes. Id. ib. 1, 39. Auxiliares equites. Vell. 2, 112. Legiones nostrae auxiliaresque. Tac. A. 11, 18. Gannascus dux auxiliaris et diu meritis. V. AUXILIUM. P. Auxiliaria

Tom. I.

fulmina sunt quae advocata seu advocantium bono veniunt. Senec. Qu. nat. 2, 49. in f.

AUXILIARIUS, a, um, adj. idem quod auxiliarius. Pl. Truc. 2, 1, 6. Amicus consiliarius magis, quam auxiliarius. P. Auxiliarii milites, qui in auxilium ad exercitum accedunt, σύμμαχοι. V. AUXILIUM. Cic. Proc. cons. 7. Res in Sicilia a propraetore una cohorte auxiliaria gesta. Asinius Poll. ad Cic. Fam. 10, 32. ad f. Militem non modo legionarium, sed ne auxiliarium quidem ullum quoquam misi. Sall. Jug. 50. Auxiliarii equites.

AUXILIATIO, onis, f. auxilium. Usurpatur a Non. 4, 403. Est etiam qui legit apud Liv. 2, 33. quibus auxiliatio adversus consules esset. Sed pleriq. omn. auxilii latio.

AUXILIATOR, oris, m. βοηθός, ἐπικουρός, qui auxiliatur. Petr. Sat. 89. (in carmine): Infirmiter auxiliator. Quint. 12, 3. Litigantium auxiliator. Tac. A. 6, 37. Ornospadus Tiberio auxiliator. Stat. Silv. 3, 4, 23. de Aesculapio: maximus aegri Auxiliator adest.

AUXILIATRIX, icis, f. παραστάς, quae auxiliatur. Cassiod. ep. 2, 40. Auxilatrix gratia.

AUXILIATUS, a, um, part. verbi auxiliari, qui auxilium tulit. Auct. ad Her. 4, 27. Nihil Numantinis vires corporis auxiliatae sunt. P. Passiva significatione, qui auxilium accepit, βοηθηθείς. Lucil. apud Prisc. 8. p. 791. et 11. p. 927. A me auxiliatus si est. Vitr. 5, 8. Vox ab imis auxiliata, cum incremento scandens, ingreditur ad aures.

AUXILIATUS, us, m. idem quod auxilium. Lucr. 5, 1038. Alituum porro genus alis omne videmus Fidere, et a pennis tremulum petere auxiliatum.

AUXILIO, as, a. i. idem quod auxilior. Gracchus apud Diomed. l. p. 395. Quibus ego primus quomodo auxiliem? Adde Prisc. 8. p. 797. Hinc auxiliatus particip. passivum. V. AUXILIATUS, a, um.

AUXILIOR, aris, atus sum, dep. i. βοηθῶ, auxilium do, opem fero. Caes. B. G. 7, 50. ad f. Conantibus auxiliari suis, frustra, inquit, meae vitae subvenire conamini. Cic. Fam. 5, 4. Si mihi neque magistratum, neque senatum, neque populum auxiliari licuerit. Ter. Heaut. 5, 1, 50. Nonne id flagitium est, te alii consilium dare, tibi non posse auxiliari? Sall. Jug. 26. Neque mihi patris mei beneficia, neque vestra decreta auxiliantur. Caes. B. G. 4, 29. Neque ulla nostris facultas auxiliandi dabatur. Plin. 10, 8, 9. Columbae contra naturam accipitris auxiliantes sibi. P. De auxilio in medicina. Id. 27, 12, 98. Phalangitis flore vel semine auxiliantur contra scorpionum ictus. Id. 13, 22, 43. Ferulam quibusdam morbis auxiliari, dicunt medici. Ov. Pont. 1, 3, 23. Tollere nodosam nescit medicina podagram, Nec formidatis auxiliatur aquis.

AUXILIUM, ii, n. βοηθία, ἐπικουσία, adjumentum, subsidium, opem significat. Est ab αὐξω, augeo. Cic. Rosc. Am. 40. Auxilium sibi se putat adjunxisse, qui rem cum altero communicavit. Virg. A. 2, 691. Dare auxilium. Cic. Verr. 2, 2, 3. Ferre opem et auxilium alicui. Id. Cat. 2, 9. ferre alicui contra alicquem. [*Sall. Cat. 6, 5. auxilia portare, quod in nonn. libris legitur, ex aliis MSS. mutandum est in praestare. Beier. Minime. Portare enim in his locutionibus dicitur quum de re magna, sive bona sive mala, sermo est. V. Kritiz. ad h. l. et quem laudat Ruhnk. ad Ter. Andr. 2, 2, 1. et ad Heec. 3, 5, 63. Adde Döderl. Syn. I. p. 150.] Cic. Balb. 9. Juvare alicquem auxilio laboris et commeatu. Nep. Mil. 4. Auxilio alicujus facere aliquid. Et ib. 5. et Att. 11. Esse auxilio alicui. Id. Thras. 3. Venire auxilio alicui. Id. Timol. 1. Mittere alicquem auxilio alicui. Suet. Aug. 10. Contrahere milites in auxilium reipublicae. Caes. B. G. 3, 15. Reperire auxilium alicui rei. Cic. Or. 41. petere ab aliquo. Liv. 37, 1. extr. Est mihi plus auxilii in te, quam in illo. Sall. Jug. 57. Noctis auxilio integri abeunt. Quint. 5, 14. Uti auxilio legis. Suet. Caes. 60. Eriperere alicui auxilium fugae. Id. ib. 54. Emendicare pecuniam in auxilium aeris alieni. Liv. 5, 37. Civitas ultima experiens auxilia dictatorem dixisset. Quint. 7, 1. Auxilia liberorum. Ov. A. Am. 3, 259. Auxilia navis, h. e. gubernaculum aliaque instrumenta, in quibus est auxilium contra tempestates. P. Saepe dicitur de ope et remedio, quod ex medicina adhibetur morbis, ut ex Celso 2, 9. discimus. Id. ib. 11. in f. Nec posse vehementi malo nisi aequo vehemens auxilium succurrere. Id. Praef. 1. sub in. Auxilia adversae valetudinis. Id. 5, 26. n. 21. Auxilium adversus profusionem sanguinis. Id. 4, 22. Valentissimum auxilium. Plin. 25, 3, 6. Reperta est auxilio herba, quae vocatur Britannica. P. In re militari auxilia sunt milites sociorum et foederatorum, qui augendarum virium, et opis ferendae causa ad exercitum se adiungunt, σύμμαχοι, συμπαροστάται, τὸ ἐπικουριόν. Tales erant in Romano exercitu pedites et equites sociorum et Latini nominis, qui levis armaturae loco habebantur, obtinebantque in acie proprium ordi-

nem extra legiones. Interdum tamen auxilia a sociis distinguuntur, et auxiliorum nomine significantur milites exterarum nationum; sociorum vero Latini nominis et Italici. V. Lips. l. l. Milit. Rom. Dial. 7. et in Analect. et alios. Porro nonnulli putant, hanc esse primam et propriam hujus vocis significationem. Auxilia enim dicta esse ab augendo, quod augeant exercitum et vires ejus, ad quem accedunt, ut Varr. L. L. 4, 16. et Festus in Auxiliares tradiderunt. Ceterum legitur passim hac significatione apud Latinos scriptores, praesertim historicos. Cic. Parad. 6, 1. Tueri sex legiones et magna equitum ac peditum auxilia. Id. Deiot. 8. et Sall. Jug. 7. Imperatoribus nostris auxilia mittere. Caes. B. G. 3, 24. Duplici acie instituta, auxiliis in mediam aciem conjectis. Suet. Aug. 49. Legiones et auxilia provinciatim distribuere. P. In sing. num. Ov. Met. 11, 386. colloque infusa mariti, Mittat ut auxilium sine se, verbisque precatur Et lacrimis. P. Interdum auxilia dicuntur propriae alicujus ducis militares vires et copiae. Caes. B. C. 3, 106. Sed Caesar confusus fama rerum gestarum, infirmis auxiliis proficisci non dubitaverat. Justin. 1, 6. Astyages contractis undique auxiliis ipse in Persas proficiscitur. P. Apud veteres Auxilium Deus fuit, quemadmodum Salus, Fides, Victoria etc. Hunc Deum Plautus prologum facientem inducit, Cist. a. l. sc. 3. P. In illo Hor. Epod. 1, 21. non ut adsit, auxiliatura plus praesentibus: auxili pro auxili dicitur est, contractis per synaeresim duabus vocalibus, metri causa. Sic uti pro uti dixit Virg. G. 4, 564. et peculi pro peculi, Ecl. 1, 33. P. Appul. Met. 11. Antistes manibus ambabus gerebat altaria, i. e. auxilia, quibus nomen dedit proprium Deae summatis (Isidis) auxiliaris providentia.

AUXILLA, olla parva. Festus. AUXIM, is, it. V. AUGEO. *AUXIMA, oppidum Hispaniae, i. q. Uxama. Flor. 3, 22. extr. V. Uxama. B. A.

AUXIMATES, um, m. plur. cives Auximi, quod est oppidum Italiae in Piceno, nunc Osimo, de quo Vell. 1, 15. Inscr. ap. Grut. 258, 2. et 259, 9. Auximates publice. Caes. B. C. 1, 14. At Caesar Auximatibus agit gratias. [*Adde Plin. 3, 5. Caes. B. C. 1, 13. P. Auximon audit Auximum oppidum Lucan. 1, 466. et Ausimum Tab. Peutinger. Alii Auximates scribunt. B. A.]

*AUXIQUA, oppidum maritimum in regione Syrtica. Anton. Itin. B. A.

[AUXON, ontis, m. αὐξών, augeus, amplificans. Cognomen Romanum. Inscr. ap. Fabrett. p. 101. n. 232. L. Aurelio Auxonti. F.]

[AUZIENSIS, se, adj. ad Auziam sive Auzeam pertinens, coloniam Numidiae, cujus meminit Tac. A. 4, 25. nunc Burgh-Hamza. Inscr. ap. Donat. 287, 1, 9. Gargilio Q. F. Dec. duarum. Coll. Auziensis et Ruscuniensis. F.]

AX

AXAMENTA dicebantur carmina Salaria, quae a Saliis sacerdotibus componebantur in universos homines. (V. AXARE.) Nam in Deos singulos versus facti a nominibus eorum appellabantur, ut Januallii, Junonii, Minervii. Haec Festus. Legitur et assamenta. Contraria Festo docuit Jos. Scal. in Conjectan. ad Varr. nempe assamenta fuisse carmina in unum solum hominem condita etc. Ejus verba V. in ASSO, as V. ASSAMENTA et AXARE.

AXARE, nominare. Festus. Legitur et assare. Ab hoc videtur duci axamenta, fortasse quia in iis nominabantur illi, de quibus ea carmina composita erant. Scal. tamen, quem sequitur Voss. in Etymol. axamenta seu assamenta ideo dicta putat, quia ea carmina in axibus seu assibus, hoc est tabulis describebantur, quemadmodum Solonis leges ab Atheniensibus. (V. AXON.) Quia enim legitime concepta erant illa carmina, propterea non minus ediscebantur a Saliis, quam a Legulejis actiones et juris formulae: et Cicero ait a pueris praetextatis carmen Saliare, tanquam legitimas formulas, disci solitum. Haec Scal. [*Cf. Gutherlet. de Saliis p. 114. sq. Beier.]

*AXATITANUS, a, um, adj. ad Axatin pertinens oppidum Hispaniae Baeticae. Inscr. ap. Grut. 432, 7. L. Lucretio Severo in municipio Flavio Axatitano decurioni. B. A.

AXE adglomerati, universi stantes, i. e. cohortibus, aut legionibus. Festus. Illud axe quid sit, nemo interpretum docet: nec vero expedire facile est.

AXEDO, onis, videtur esse idem quod axis vel asserculus. Marcell. Empir. 33. sub f. Ubicumque minxerit, supra lotium ejus obicem, id est axedonem ex usu figes.

AXENUS PONTUS, ἄξενος, hoc est inhospitalis dicitur esse olim, qui nunc Euxinus appellatur: ab a privativa, et ξένος, peregrinus, hospes; quia illud mare quondam vix adibat propter barbariam Seytharum, qui loca maritima incolentes, mactare appulos hospites eorumque carnibus vesci solebant. Ov. Trist. 4, 4, 55. Frigida me cohibent Euxini

76

litora Ponti: Dictus ab antiquis Axenus ille fuit. *Id. ib. 3, 13, 27.* Dum me, terrarum pars paene novissima, Pontus, Euxini falso nomine dictus, habet. [**Cic. Rep. 3, 9.* Quam multi, ut Tauri in Axino, ut rex Aegypti Busiris. Fortasse legendum *Axeno. B. A.* Altera forma non minus recte habet.]

*AXETODUNUM, oppidum Britanniae, aliis hodie *Hexham*, aliis *Brough*. *Notit. Imper. B. A.*

*AXIACAE, arum, populi Scythiae Europaeae vel Sarmatiae. *Mela 2, 1. Plin. 4, 12. B. A.*

*AXIACES, ae, Scythiae Europaeae vel Sarmatiae fluvius. *Mela 2, 1. Plin. 4, 12.* Hodiernum nomen *Solina. B. A.*

AXIARIUS, ii, m. qui axibus fabricandis artificium exercet, vel qui axes vendit. *Inscr. ap. Murat. 977, 7. M. Sergius M. L. Eutyclus axiarius sibi, et M. Sergio M. L. Philocalo axiario patrono. In lapide est *axarius.**

AXICIA, ae, f. forfex, qua tondentur capilli, *quails.* Videtur dicta esse a secando: nam *seco* in compositis mutat aliquando e in i, ut *exsico* pro *exseco*, apud *Pl. Rud. 1, 2, 34.* et *proseco* pro *proseco*, apud *Eund. Poen. a. 2. c. 8.* Itaque a *seco* fit *adsico* seu *assico*, a quo *assicia*, quae paulatim in *axicium* transit cognatione litterarum. *Id. Curc. 4, 4, 21.* At ita meae volsellae, pecten, speculum, calamistrum meum bene me amassant, meaque axicia linteumque extersui. Pro *axicia*, quidam leg. *exicia*, vel *exsicia* eod. sensu, ut sit ab *exseco*, seu *exsico*, *as*, quod verbum certe est in usu, non item *assico*. *Lambinus* de suo reposuit *excitia*, exponens parvam scopam, qua excutitur pulvis et vestibus. Sed ejus conjectura minus placet *Vossio Etym. in Prosecta*, et aliis.

AXICULUS, li, m. parvus axis, circa quem aliquid vertitur, *axior.* *Vitr. 10, 14.* Tympanum versatile, in cultro collocatum, et in axiculo conclusum. P Item trabecula, vectis, palus. *Vitr. 10, 21.* Axiculi ex torno facti duo, e quibus funes alligati retinebant arietem. *Colum. 6, 19.* Ut velut in caveam quadrupes possit induci, nec exire alia parte prohibentibus axiculis. P Item parva tabula sectilis. *Amnian. 21, 2.* Axiculis, queis orbis (*h. e. scutum*) erat compaginatus, in vanum excussis, ansa remanserat sola. *Id. 16, 8.* Dionysius aedem, ubi cubitare solebat, alta circumdedit fossa, eamque ponte solubili superstravit; cujus disjectos asseres et axiculos secum in somnum abiens transferrebat. P Legitur et *axiculus* in locis nonnullis supra allatis.

AXIES, mulieres sive Dii dicebantur una agentes. *Fest. in Axitiosi.* Sed legendum est *Axites*, mulieres, sive viri, etc. ut *Scalig. et Voss. l. 5. Gramm. c. 41.* moment. [**Gloss. Gr. Lat. Axites, ἀπειρομαχια.* Cf. *Turneb. Advers. 23, 18. B. A.*] *Axites* autem est ab *axim* antique dicto pro *egerim*, ut *Fest. ib. tradit.*

AXILLA, ae, f. *μαχαλή*, locus sub brachiis concavus, ubi enascuntur pili. Vox obsoleta, pro qua *alam* Latini elegantiae causa usurpant, ab ea per syncopen factam. *Cic. Or. 45.* Quomodo enim vester axilla, ala factus est [**V. paulo infra*], nisi fuga litterae vastioris? quam litteram etiam e maxillis, et taxillis, et vexillo, et paxillo consuetudo elegans Latini sermonis evellit. [**Axilla* etiam est cognomen Serviliorum, quorsum respicit *Cic. l. 1.* Quomodo enim vester *Axilla*, Ala factus est, nisi fuga litterae vastioris? *V. Sigon. de Nom. Rom. c. 5. Vaillant. Numism. Aer. Imper. 1. p. 89. B. A.*]

AXIM. V. AGO.

*AXIMA, oppidum Galliae Narbonensis, in regione Centronum, ut placet *Ptolemaeo*. *Axuma*, quod habet *Tab. Peutinger.*, fortasse mendum est. *B. A.*

AXINOMANTIA, ae, f. *ἀξινωμαντία* divinatio quae per seures seu ascias fit: ab *ἀξινη*, ascia, securis, et *μαντεία*, divinatio. *Plin. enim 30, 2, 5.* species magices, seu divinationis enumerat per aquam, aerem, lucernas, pelves, seures etc. *Id. 36, 19, 34.* Hoc dicuntur uti magi in ea, quam vocant axinomantiam. *Salmas. in Solin.* legit *axinomantiam*, hoc est divinationem per ea, quae uri possunt, a *καύσιμος*. Putabant enim magi, si quid, quod facile comburi solet, in ignem injectum peruri acquireret, significari id eventurum, quod quis in votis haberet.

AXIOMA, atis, n. *ἀξιώμα*, Graeca vox, quae Latine pronuntiatur, enunciatio, enunciatum, eflatum a *Cic.*, profatum, proloquium a *Varr.*, verbum etiam a *Ter. Eua. 1, 2, 95.*, teste *Donato*. appellatur: est autem oratio seu propositio, aut dictum absolutam aliquam sententiam complectens, quam necesse est, aut veram, aut falsam esse, ut si dicam, *Scipio Numantiam delevit*, *Neque bonum voluptas est*, *neque malum*. Ejus varia genera faciunt dialectici, de quibus *Gell. 16, 8.* et *Appul. Dogm. Plat. 3.* seu *De syllog. categor.* P Dicitur etiam *ἀξιώμα* in disciplinis eflatum verum per se et clarum, nec ulla indigens probatione, quod vulgo principium vocant, quale est illud: *Quae eidem sunt aequalia, inter se quoque aequalia esse necesse est.* P Haec vox Latine scripta legitur apud *Appul.*

l. c., rectius tamen Graece adhibebitur a Latino scriptore.

*AXIOPOLIS, is, f. *Ἀξιόπολις*, oppidum Moesiae inferioris. *Anton. Itin. et Tab. Peut. B. A.*

[AXIOTHEA, ae, f. digna spectaculo, spectanda, ab *ἄξιος*, dignus, et *θεία*, spectaculum. Cognomen muliebri Romanum. *Inscr. ap. Murat. 1490, 5. Pompejae Axiotheae. F.*]

AXIS, is, m. *ἄξωρ*, lignum illud teres, circa quod rota currus, aut alia quaequam res vertitur, ab agendo dictum, est *axis*. *Virg. G. 3, 172.* valido nitens sub pondere faginus axis Instrepat. *Or. Met. 2, 317.* temone revulsus Axis. *Vitr. 9, 9.* Tympano medio axis versatilis est inclusus; inque eo axe mollis catena est involuta etc. *Id. 3, 3.* Axes volutarum ne crassiores sint quam oculi magnitudo. *V. Interpretes. Plin. 15, 8, 8.* Axes amurca ungerent. P Per synecdochen accipitur pro ipso curru. *Or. Her. 4, 160.* de sole: Purpureo tepidum qui movet axe diem. *Prop. 3, 3, 13.* spoliis onerato Caesaris axe. *Senec. Herc. Oct. 1442.* Phoebeus axis. *Sil. 16, 360.* Sinuare axem. Et *ib. 407.* propellere. *Adde Val. Fl. 5, 431.* P In plur. num. *Or. Met. 4, 632.* qui solis anhelis Ae- quora subdit equis et fessos excipit axes. *Adde Met. 2, 148.* P Saepae *axis* dicitur linea imaginaria, quae ab uno coeli cardine seu polo per centrum terrae transiens, in alterum terminatur: circa quam universa mundi machina circumvolvi dicitur. Simili ratione tribuitur aliis minoribus sphaeris, seu circulis in ipso coelo contentis. Omnes enim circa proprium axem verti dicuntur. *Cic. Acad. 4, 39.* Terra circum axem se summa celeritate convertit et torquet. *Id. N. D. 1, 20.* Mundus versatur circum axem coeli admirabili celeritate. *Lucan. 4, 333.* Axis Cancrī, *h. e. Tropici Cancrī. Seecr. Actn. 231.* de luna et sole: Haec brevior cur bisenos cita pervolet axes, Annus ille meet, *h. e. duodecim signa Zodiaci.* P Saepae accipitur pro ipso polo, seu cardine coeli, ubi axis infigitur. Per axes itaque intelligitur uterque polus arcticus et antarcticus. *Lucan. 7, 422.* Te geminum Titan procedere vidit in axem. *Id. 8, 175.* Axis inocciduus, gemina clarissimus Arcto. *Id. 9, 876.* Imus in adversos axes. *Vitr. 6, 1.* Meridianus axis. P Interdum etiam *axem* absolute dicimus polum arcticum, quia is a nobis semper cernitur, cum alter sub terra lateat. *Cic. Tusc. 1, 28.* Globum terrae duabus oris habitabilem: quarum altera, quam nos incolimus, sub axe posita; altera australis ignota nobis. *Virg. G. 2, 270.* qua parte caelae Austrinos tulerit, quae terga obverterit axi. [**et ib. 3, 351.*] *Or. Pont. 4, 7, 1.* Missus es Euxinas quondam, Vestalis, ad undas, Ut positus reddas jura sub axe locis. *Adde Manil. 4, 589.* P Frequenter sumitur pro toto coelo. *Virg. A. 4, 482.* maximus Atlas Axem humero torquet stellis ardentibus aptum. *Or. Trist. 1, 2, 46.* Aetherius axis. *Stat. Th. 5, 86.* serenus. [**Id. Sil. 3, 3, 76.* stelliger.] *Id. Th. 10, 758.* in terras supero demissus ab axe. P Hinc sub *axe* aliquando est sub dio, sub aere aperto. *Virg. A. 2, 512.* Aedibus in mediis nudoque sub aetheris axe. *Id. ib. 8, 28.* in ripa gelidique sub aetheris axe. P Aliquando accipitur pro aliqua coeli plaga, regione, climate. *Plin. 27, 1, 1.* Exustus sideribus axis, *h. e. zona torrida.* *Or. Met. 4, 214.* et *Lucan. 3, 359.* Hesperius axis, *h. e. Occidens vel Hispania.* *Or. Trist. 4, 8, 41.* Axis boreus, *h. e. regio septentrionalis.* P *Axīs* etiam vocatur ferrum illud, in quo januae cardo vertitur. *Stat. Th. 1, 346.* jam claustra rigentis Aeoliae percussa sonant, etc. venti transversa frementes confligunt, axemque emoto cardine vellunt. V. ASSAMENTA.

P A *Vitruvio*, ubi describit machinam Aesibicam ad extollendam aquam, appellatur *axis* epistomium vel potius tabella epistomii vicem reddens, qua obturatur os seu naris canalus aquam effundentis. Ejus verba sunt 10, 12. In quo catino fiant axes, in superioribus naribus fistularum, coagmentatione subtili collocati, qui praeburant foramina narium, non patiuntur exire id, quod spiritu in catinum fuerit expressum. P *Axīs stellatus* significat rotam radiatam, cui humi positae agger seu turris latericia inaedificatur, quae, phalangis suppositis, urbis expugnandae moenibus admovetur: cujus fabricandae rationem docet *Caes. B. C. 2, 9.* et 10. *Lucan. 3, 455.* Stellatis axibus agger Erigit, geminasque aequantes moenia turres Accipit: hae nullo fixerunt robore terram, Sed per iter longum causa repere latenti. Alii leg. *curru.* *Sil. 13, 109.* Hic latera intextus stellatis axibus agger, *h. e. agger*, sive turris tum in basi, tum in lateribus tignis cancellatim in stellae modum dispositis colligabatur. P Sunt qui putent significare etiam clyvum, montem, locum editum, ducta fortasse significatione a polo septentrionali, qui nobis sublimis est, et proprie axis dicitur. Affuerunt locum *Juven. 4, 117.* Dignus Aricinus qui mendicaret ad axes (Sed axes rectius alii exponunt currus et rhedas illac transeuntes. [**Alii malunt arces.*] *Prop. 4, 1, 125.* Scandentisque axis consurgit vertice murus (Al. rectius leg. *arcis*) *Claud.*

aziz fortem significat. *Imp. Julianus II. Orat. 4. p. 150. ed. Lips.* Ἀξίος λεγόμενος ὑπὸ τῶν οὐρανῶν τὴν Ἐδεσσαν Σύρον, ἡλλοῦ προσημαίνει, *h. e. Mars a Syris Edessam incolentibus Azizus dictus, Solis est antebulbo.* *Inscr. ap. Neumannum, Popul. et Reg. nummi vet. ined. T. 1. p. 87.* Deo Azizo bono propugnatori pro salutem (sic) DD. NN. Imp. Gallieni, et Valeriani Augg., et Corneliae Saloninae Aug., et Legionis V. Macedoniae III. (tertium) Piaae Fidelis Donatus Praef. Leg. ejus templum inceptum perfecit. *F.*]

AZONI Dii, Ἄζωνοι, dicuntur, qui certas in coelis zonas seu sphaeras non habent, ut habent

Cons. Mall. Theod. in proem. 16. Contulit alternas Pythius axis aves, *h. e. mons Parnassi: sed alii commodius interpretantur oram, regionem.* P *Axīs*, is, f. nomen est ferae in India, hinnulei pelle, pluribus candidioribusque maculis. *Plin. 8, 21, 31.* P *Axīs* scriptum pro *assis*. V. ASSIS. P [**Commutantur passim axe, ante, arte, V. Burm. ad Prop. 2, 19, 66. axis et arx, Burm. ad Oc. Am. 3, 10, 21. V. etiam supra.*]

*AXITES, V. v. seq. et supra AXIES.

AXITIOSI factiosi dicebantur, cum plures una quid agerent, facerentque: ab antiquo *axit* pro egerit. *Fest. Hinc Plaut. in fragm. apud Varr. L. L. 6, 3.* Axitiosae annonam caram e vili concinnant viris. Al. leg. *actiosae.* [**Scal. ad h. l. laudat e glossario hanc vocem: Axites, ἀνομιολογία.* Sed neque ex hac interpretatione loco Plautino lux affunditur. Sed V. AXIES.]

*AXIUS, i, ἄξιος, Macedoniae amnis, in Paeonia, in sinum Thermaicum cadens. *Mela 2, 5. Plin. 4, 10. Liv. 39, 54. 44, 26. et 43. et 45, 29.* P *Axius*, i, nomen Romanum, ut Q. Axius, de quo *Varr. R. R. 3, 2. seqq. Cic. Att. 3, 15. et 4, 15. etc. B. A.* [**Gruter. 374, 5. F.*]

AXON, onis, m. ἄξων, in horologiis solaribus est linea πρὸς ὀρθὰς posita radio aequinoctiali: ita dicta a mathematicis ad similitudinem axis coelestis, qui Graece ἄξων vocatur. *Vitr. 9, 8.* P Item unum ex membris balistae in modum axis rotae formatum. *Id. 10, 17.* P *Axones* sunt axes, seu tabulae, in quibus descriptae erant leges Solonis, ut *Gell. 2, 12.* docet. Atque ob id ipsae leges *axones* dicuntur ab *Ammiano 16, 5.* P Denique *Axon* fluvius est Cariae apud *Plin. 5, 27, 29.*

AXONĀ, ae, nunc l' *Aine*, fluvius Belgarum in extremis Remorum finibus, Augustam Suessionum alluens. *Auson. Mos. 461.* Non tibi se Liger anteferet, non Axona praecipit.

AXONES, um, m. plur. populi Galliae Belgicae. *Lucan. 1, 423.* et Biturix longisque leves Axones in armis. *Grotius* monet legendum *Suessones.* [**Sic etiam in libris reperitur. Mart. Lag. versum inistitium esse putat.*]

AXUNGIA, ae, f. ἄξια, ἰώδες, adeps suillus inveteratus, ita dictus ab *axendis axibus*, ut *Plin. 28, 9, 37.* docet, quia eo perunguntur curruum axes, ut rotae facilius vertantur. Graeci quoque recentiores ἀξυγγίαν et ὀξύγγιον appellant sumpto a Latinis vocabulo, ut *Plin. ib.* testatur: ubi varios ejus usus in medicina percenset. *Id. ib. 10, 43.* Axungiam cum calce tusam admovere. *Edicet. Diocl. p. 24.* Axungiae Ital. P. unum X duodecim.

AXURUS. V. ANXUR.

*AXYLOS, ἄξυλος (sc. terra, est enim proprie adjectivum), Galatae regio, vel forte in confinio Bithynorum et Galatarum. *Liv. 38, 18. B. A.*

AZ

*AZA, ae, Armeniae minoris oppidum. *Plin. 6, 9. Anton. Itin. B. A.*

[AZALII, orum, m. plur. populi Pannoniae a *Ptol. Ἀζαλοὶ* appellati. *Inscr. ap. Grut. 490, 2. L. Volcatio V. F. Vel. Primo in Pann. Praef. ripae Danuvii, et civitatum duarum Boior., et Azalior. Plin. 3, 25, 28.* Praeterea Arivates, Azali, Amanes, Belgites. *F.*]

AZAN, anis, m. mons Arcadiae, Cybelae Deorum matri sacer. *Stat. Th. 4, 292.* Idaeis ululatus aemulus Azan.

AZANIAE nuces pineae dicuntur, quae, si non decerpantur in tempore, se ipsae in arbore dividunt. Estque haec Graeca vox ab ἄξω, arefio, quia longiore mora in arbore aridiores factae dehiscunt. *Plin. 16, 26, 44.*

*AZANIUS, a, um, ad Azaniam spectans. Fuit autem Azania Aethiopiae regio maritima, secundum *Ptol. Azanium mare* sive *sinum Azanium* meminit *Plin. 6, 24. 28.* et 29. *B. A.*

[AZETINUS, a, um, adj. ad Azetium pertinens, urbem Apuliae Peucetiorum seu Calabriae, prope Norbam, nunc *Rutigliano*, in cujus nummis apud *Romanelli, Topograf. Napol. T. 2. p. 178.* legitur *AZETINON.* *Plin. 3, 11, 16.* Calabrorum mediterranei Aegitini, Apamestini (*corrigere* Azetini, Apamestini) Butuntinenses, Norbanenses. *F.*]

[AZIZUS, i, m. nomen Martis apud incolas Edessae Mesopotamiae urbis, quia Syriace

aziz fortem significat. *Imp. Julianus II. Orat. 4. p. 150. ed. Lips.* Ἀξίος λεγόμενος ὑπὸ τῶν οὐρανῶν τὴν Ἐδεσσαν Σύρον, ἡλλοῦ προσημαίνει, *h. e. Mars a Syris Edessam incolentibus Azizus dictus, Solis est antebulbo.* *Inscr. ap. Neumannum, Popul. et Reg. nummi vet. ined. T. 1. p. 87.* Deo Azizo bono propugnatori pro salutem (sic) DD. NN. Imp. Gallieni, et Valeriani Augg., et Corneliae Saloninae Aug., et Legionis V. Macedoniae III. (tertium) Piaae Fidelis Donatus Praef. Leg. ejus templum inceptum perfecit. *F.*]

AZONI Dii, Ἄζωνοι, dicuntur, qui certas in coelis zonas seu sphaeras non habent, ut habent

Juppiter, Venus, Mars, Saturnus etc.: ab a privativa, et ζώνη, zona. Capell. 1. p. 17. Ex cunctis igitur coeli regionibus advocatis Diis, ceteri, quos Azonos vocant, ipso commoente Cyllenio convocantur. Serv. ad Virg. A. 12, 118. Dii communes sunt, qui αζωνοι dicuntur, id est, qui coeli certas non habent partes, sed generaliter a cunctis coluntur: ubique enim eos esse manifestum est: ut Mater Deum, cujus potestas in omnibus zonis est, et cum omnibus est communis. V. COMMUNIS.

[AZONICUS, a, um, adj. αζωνικός, ad Azonam pertinens, quae fuisse videtur eadem ac Deum Mater. V. AZONI. Not. Tir. p. 88. Azona, Azonicus. F.]

*AZORIUM, i, Ἀζόριον, oppidum Thessaliae, in Pelasgiotide, ut placet Ptolemaeo, Azorus vel Azorum dictum Liv. 42, 53. et 44, 2. B. A.

*AZOTUS, i, Ἀζωτός, oppidum Judaeae, quod et Asdod dictum. Plin. 5, 13. B. B.

*AZURITANUM OPPIDUM, idem quod Assuros vel Assurae, in Numidia. Plin. 5, 4. B. A.

AZYMUS, a, um, adj. αζυμος, non fermentatus: ab a privativa, et ζύμη, fermentum: et dicitur de pane. Scribon. Compos. 133. Cibos assae carnis dare cum pane azymo. P. Paenultima corripitur a Prud. Apoth. 421. Lascivire choris, similaginis azymon esse, Cum fermentati turgescant crimine mores. (Azymon Graeca positione dictum est pro azymum; et absolute neutrorum more positum est pro pane azymo.) Graeci tamen produxerunt, ut Nicand. in Ἀλεξίφαρμ. v. 521. Μη μὲν δὴ ζύμωμα κακὸν χθονὸς ἀνέγα κήδοι. Quare si quis Latine proferret longa paenultima, haberet quod se tueretur, nam Prudentius malus habendus prosodiae auctor.

DE LITTERA B

B Littera muta [*quam, ut Capell. dicit 3. p. 58. labris per spiritus impetum reclusis edicimus] est, quae non in sonum suum, sed in sonum e litterae finitur. Hanc Graeci βῆτα nominant. Gerit virtutem et potestatem mediam inter p et ph. Quare nos ob litterarum affinitatem dictiones Graecas traducunt nonnunquam p et ph in b convertimus, ut πῆδος, buxus, ἴμφο, ambo. [*V. Quint. 1, 4. qui Byrrhum pro Pyrrho et Benenam pro Helena antiquos scripsisse monet. Quin fascinum dixere pro βασιάνιον.] Et e contrario, quod illi b scribunt, nos cum ph traducimus, ut Φολαμβος, triumphus. P. Saepae transit in v, cujus rei exempla multa habentur in veteribus inscriptionibus etiam probae aetatis. Hinc ababus pro abavus, abe pro ave, bixit pro vixit, curbatus pro curvatus, et alia sexcenta apud Grut. et Reines. V. eorum Indices cap. De his, quae ad Grammaticam pertinent, et Pier. ad A. 7, 627. [*Quae quidem permutatio litterarum B et V. inprimis in iis monumentis, quae a saeculo quarto prodierunt, frequens facta est. Eadem perpetua fere est in Cod. antiquissimo Pandect. Florentin. Cf. Lips. Var. Lectt. 2, 28. Lambin. ad Cic. Att. 1, 15. Spanhem. de U. et Pr. Numm. dissert. 2. p. 120.] His adde habeo pro aveo apud Cic. Tusc. 1, 8. ad f. ex optim. MSS. codicib. [*V. Maj. ad Cic. Rep. 1, 4. B. A.] P. B in praepositione ab in duobus tantum verbis mutatur in u, aufero et aufugio, ut advertit Cic. Or. 47. In aliis transit etiam in c, ut occurro; in f, ut sufficio; in g, ut suggero, in m, ut summitto; ut p, ut nubo, nupsi etc. P. In notis lapidum inscriptorum fere est bene. [*Item B significat in litteris antiquis Brutum vel Balbum. Item Bonum, ut B. AV. bonis auspiciis seu bonis avibus; B. I. I. Bonum iudicis iudicium; B. F. Bonum factum, qua formula in edictis proprie utantur. V. Turneb. Adv. 3, 22. Brisson. Form. p. 173. Graece ἀγαθὴ τύχη. P. Elegans exstat de hac littera, epigr. Mart. 5, 27. quod V. — Nec minus est elegans epigr. aenigmaticum in Symposio Lactant. n. 42. Tota vocor Graece, sed non sum tota Latine: Ante tamen mediam cauponis scripta tabernam: In terris nascor, lympha labor, ungor olivo. Gesner. p. 86. sic exposuit: Versu primo significatur βῆτα, be; altero B littera, quae notat bonum; tertio beta olus. Haec Gesnerus.]

BA

BA, interjectio avertentis aut fastidientis. Pl. Asin. 1, 1, 24., ubi plerique omnes leg. ah.

BAAL et Bahal, m. indecl. Baal, Hebraice בַּעַל, nomen est Dei, ab Assyriis, Phoenicibus, et aliquando etiam a Judaeis culti, qui et Bel seu Belus dictus est, consecratus a Nino Beli filio in honorem patris, ut Hieron. in cap. 23. Ezech. docet. Augustin. autem Quaest. super Jud. quaest. 7, 17. Punicam vocem esse scribit, et significare dominum: eoque nomine Jovem cultum fuisse. P. Prima syllaba est longa apud Prud. Apoth. 393. Fluxe-

rat ornatus, caput et jam coctile Baal etc. Sedul. tamen corripuit 5, 147. Tunc coluere Baal, nunc elegere Barabbam.

BABA, ae, m. insignis fatuitatis homo temporibus Senecae, cujus is meminit ep. 15. et Apocol. ante med.

BABAE, βαβαι, παπαι, interjectio admirantis, plaudentis et approbantis. Pl. Pers. 5, 2, 25. Hui! babae! basilice te intulisti et facete. Id. Ps. 1, 3, 130. Ca. Fur. Ba. babae. Ps. fugitive. Ba. bombax. Ca. fraus populi. Ba. planissime. P. Apud eund. Pl. Stich. 5, 7, 3. babae, tatae, papae sunt voces hilariter ludentium, saltantium, atque invicem plaudentium.

*BABANENSES, ium, populi Hispaniae citerioris, in Conventu Carthaginensi, quos inter celeberrimos stipendiariorum collocat Plin. 5, 4. B. A.

*BABBA, ae, f. oppidum Mauritaniae Tingitanae, Caesaris Augusti colonia, dicta et Julia Caepestrus. Plin. 5, 1. B. A.

[BABBUS, ii, m. idem ac baba, stultus, a βαβῆζω, inarticulatam vocem edo, ideoque etiam in Gloss. Isid. Babiger, et baburrus, stultus. Inscr. in Giorn. Arcad. T. 5. p. 274. Gajus Nonius Vitalis, qui et Babbus. F.]

BABECALUS vel Babaecalus, i, m. Est vox a Graeco βαβῆζ; hinc Latine in Gloss. Philoxeni legitur babit, gloriatur, et babiger, baburrus in Gloss. Isid. et Orig. 10., unde recte derivatur babeccalus, seu babeccalus Campana fortasse pronuntiatione: Itali dicunt babbaccio, babbione, quae omnia stultum, ineptum, nugatore denotant. Frustra itaque sunt, qui lectionem sollicitant. Eiusdem originis est babulus, quam V. infra. Arnob. 4. p. 141. Pellicibus atque amiculum delectatus impatientiam suam spargebat passim, ut babeccali adolescentes solent. Petr. fr. Trag. 67. Burm. Videtis, inquit, mulieris compedes? Sic nos babeccali despoliamur. Adde ib. 37. in f. [*V. Cangii Glossar. in v. Baburrus. B. A.]

*BABEL, elis, civitatis Assyriae nomen, quod a confusione linguarum accepit. Transfertur mystice ad Ecclesiam corruptam. Augustin. de Civ. Dei 16, 3. et 11. Cf. Joseph. Jud. Antiq. 1, 5. Ἐβραῖοι γὰρ τὴν σύγχυσιν Βαβὴλ καλοῦσι. B. A.

*BABIA, ae, f. oppidum Italiae inferioris, vitiibus ferax nequaquam spernendis, ut auctor est Plin. 14, 6. B. A.

*BABIGER, a, um, adj. Fatuus, stultus, ineptus. Gloss. Isid. Cf. v. seq. B. A.

BABULUS, i, m. idem fortasse, quod stultus, ineptus. Appul. Met. 4. p. 149, 7. Tunc e re nata subtile consilium ego et iste babulus tale comminiscimur. Alii leg. baburrus eadem significatione. V. v. seq.

*BABURRUS, Stultus, ineptus Gloss. Isid. et Orig. 10. Gloss. Gr. Lat. Barburra (sic), ἀργαῖος, ἀνόητος, μίαισος. Graecis Βαβῆζ est vanus, fatuus. Antepenultimum corripuit Guald. in vita S. Anscar. 95. Ac quidam de plebe truces, hominesque baburri. Cf. Babiger. B. A.

*BABYLO, onis, m. Nomen servi apud Ter. Ad. 5, 7, 17. ubi interpp. deceptant, utrum casus rectus sit Babylus an Babylo. Hoc unice verum. Vide post Bentl., Burm. ad Suet. Ner. 36. Ruhuk. ad Ter. p. 208. Schopp. (Gr. Βαβυλὼν et Βαβυλὸς et Βαβυλῆς dicitur. V. Salm. ad Solin. p. 185. B. A.)

BABYLON, onis, f. Βαβυλὼν, urbs Chaldaearum gentium caput, in Babylonia, celeberrima et ex maximis Asiae, ad Euphratem fluvium interfluentem, in vastissima et laetissima planitie. Conditam est a Nembroth seu Belo filio Chusan, nep. Cham, postea a Semiramide amplificata et moenibus cincta, quibus sexaginta passuum millia complectebatur: obtinuitque diu summam claritatem in toto orbe. Nunc tota in ruinis jacet. V. apud Plin. 6, 26, 30. et Curt. 5, 6. plura. Mart. 9, 76. Nec latere cocto, quo Semiramis longam Babylonia cinxit etc. Babylona accusativus est Graecae positionis pro Babylone. [*Vide Bremi ad Corn. Them. 2, 8. ad Cic. Fat. 15.] Sil. 14, 657. Vestis spirantes referens subtemine vultus, Quae radio caelat Babylon, h. e. variis coloribus intexta ex arte acu pingendi, quae Babylone ortum habuit. Sic Mart. 14, 150. Babylonis acus. V. BABYLONIUS.

BABYLONIÄ, ae, f. pars Mesopotamiae atque Assyriae, ita dicta a Babylone urbe, quae ejus regionis caput fuit. Plin. 6, 26, 30. P. Sumitur etiam pro Babylone. Justin. 1, 2. Haec Babylonia condidit, murumque urbi cocto latere circumdedit. Id. 12, 13. Ejus adventum Babyloniae operiri. Adde Curt. 4, 6.

BABYLONIÄCUS, a, um, adj. Babyloniensis. Manil. 4, 578. Cum Babyloniae submersa profugit in undas, h. e. in Euphratem, qui Babyloniae interluit.

BABYLONICUS, a, um, adj. Βαβυλωνικός, ad Babyloniae pertinens. Mart. Dig. 39, 4, 16. §. 7. Pelles Babylonicae, pelles Parthicae, h. e. ex Babylonia advectae. Pl. Stich. 2, 3, 54. Babylonica peristromata, h. e. variis coloribus intexta. V.

BABYLONIUS. Sic Mart. 8, 28. Babylonica picta superbe texta. [*Festus s. v. Solla: Solaria quibus illa insternuntur vocantur Babylonica.] P. Babylonica pellis, Itali dicunt marroccino, a loco, in quo comparabatur, appellata est nobilior, ac peculiari βυρσοδεμεικής artificio parata, quae cum pelle Parthica jungitur in Dig. 39, 4, 16. §. 7. Species pertinentes ad vectigal, cinnamomum, piper, opus byssicum, pelles Babylonicae, pelles Parthicae etc. Edict. Diocl. p. 22. De pellibus Babylonicis, sive Trallianis, sive foenicis (lege phoenicis). Pellis Babylonica primae formae X. quingentis (fortasse legendum quinquagenis), formae secundae X. quadraginta. Id. p. 24. Succi Babylonicus puri. P. Babylonicum, ci, et frequentius Babylonica, orum, absolute sunt vestes Babylonia arte pictae. P. Syrus Mimogr. ap. Petr. Sat. 55. Plumato amictus aureo Babylonicus. Al. leg. aulaeo pro aureo. Lucr. 4, 1023. Cum Babylonica magnifico splendore rigantur. Ulp. Dig. 34, 2, 26. Stragula et Babylonica, quae equis insterni solent. Haloander edidit Babylonicas, ut sit femininum pluralis numeri.

BABYLONIENSIS, e, adj. Babyloniensis. Pl. Truc. 1, 1, 66. Babyloniensis miles.

BABYLONIUS, a, um, adj. ad Babylonem pertinens, Βαβυλωνίος. Pl. Truc. 2, 5, 19. Babyloniensis miles. Oo. Met. 2, 248. Euphrates Babyloniensis. Curt. 5, 1. Babylonia arx. Lucan. 6, 50. Babylonia moenia. Plin. 6, 26, 30. Seleucia Babylonia, h. e. quae in provincia Babylonia condita fuit a Nicatore, in conflente Euphratis fossa producta et Tigris, ut Id. ib. narrat. Id. 21, 18, 72. Babyloniensis juncus, h. e. juncus odoratus, qui laudatissimus circa Babylonem nascitur. P. Babyloni, orum, sunt Babyloni incolae. Horum celebre fuit studium in astrorum totiusque coeli motibus perscrutandis, atque in universa astronomia perdiscenda, ex qua futura praesciri arbitrabantur. Cic. Div. 2, 46. in f. Nam quod ajunt, quadringenta et septuaginta millia annorum in periclitandis experiundisque pueris quicumque essent nati, Babyloniis possuisse, falsum est. Hor. Od. 1, 11, 2. nec Babyloniis Tentaris numeros, [*i. e. noli vitae exitum explorare ex subducto secundum Babyloniurum artem stellarum numero. Pro Babyloniis rationibus eodem sensu Chaldaicas rationes ponit Cic. Div. 2, 47.] P. Horum quoque inventum fuit et subtiliter exulta ars pingendi acu vestes variis coloribus, atque in illis varias texendo figuras exprimendi, non secus ac pictores in tabulis penicillo. Plin. 8, 48, 74. Aurum intexere in Asia inventi Attalus rex: colores diversos picturae intexere Babylon maxime celebravit et nomen imposuit.

*BABYTACE, es, f. oppidum memorabile, de quo sic Plin. 6, 27. In septemtrionali Tigris alveo oppidum est Babytace. Abest a Susis CXXXV. mill. pass. Ibi mortalium soli aurum in odio contrahunt, id defodiunt, ne quo cui sit in usu. Adde Solin. 54. p. 85. Steph. Byz. Βαβυτάκη, πόλις Περσική. B. A.

[BACALUSIA, ae, f. vox composita a bacca seu bacca et lusia, h. e. bacca, quae per lulum comedi solet. Erat fortasse carica, praesertim Thebaica, cujus otiosi conviviae comedeant, ut hodie edimus ciceres virides, qui vulgari sermone spassapensieri appellantur. [*Rectius comparaveris eum apud nostros usum, ex quo amygdalae cum putaminibus (Krachmandeln) in mensa apponuntur, quae per lulum saepe fractae comeduntur.] Petr. fr. Trag. 41. Postquam itaque omnes bacalusias consumpsit, duravi interrogare etc. Burm. habet babazusias, at cod. Trag. diserte bacalusias. Haec deprompta ex Francisco Orioli in Opusc. Letter. di Bologna T. 1. p. 65., qui putat id nominis impositum principio quidem veris dumtaxat bacis, postea latius usurpatum fuisse ad indicandos edules fructus omnigenos, quorum usus in epulorum pausis erat, ne scilicet, dum carnes scinderentur, otiarentur maxillae. F.]

*BACACUM, i, oppidum Galliae Belgicae, in regione Nerviorum. Tab. Peut. Dicitur etiam Bacacum. Anton. Itin. B. A.

BACAR, vas vinarium simile bacroni. Festus. [*Ex eo quod cum bacrone comparatur, patet genus vasis fuisse longiore manubrio instructi.] Scallig. docet scribendum esse baccar duplici cc. Nam legi in Gloss. Isid. Bacarium, vas aquarium. In Gloss. tamen Philox. Bacar, εἶδος ἀγγείου. [Adde βλαος, βελον, βελδιον idem significare, quod Itali dicunt bicchiere. Hinc est in Gloss. Philoxeni Bacario, πορνωδιόχορος, h. e. meretricibus aquam infundens. (V. de hoc hominum genere Salm. in Vopisc. Carin. 21. B. A.) V. AQUARIOLUS. F.]

BACCA, ae, f. κόκκος, ἀκρόδερμον, nomen generale, quo significantur minutiores ac rotundiores fructus arborum, praesertim silvestrium, ut oleae, lauri, corni, myrti, platani etc., item quarundam herbarum, ut hyssopi, ebuli etc. Quomodo differant ab acinis, V. in ACINUS. Cic. Div. 2, 6. Agricola cum florem oleae videt, baccam quoque se visurum putat. Cat. R. R. 101. Baccae myrti.